NOVVS
THESAVRVS
PHILOLOGICO - CRITICVS

SIVE

LEXICON IN LXX ET RELIQVOS INTERPRETES GRAECOS AC SCRIPTORES APOCRYPHOS

VETERIS TESTAMENTI

POST BIELIVM ET ALIOS VIROS DOCTOS

CONGESSIT ET EDIDIT

IOH. FRIEDER. SCHLEVSNER

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR
HVIVSQVE PROF. P. O. AEDI ARCIS PRAEPOSITVS
SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR

PARS PRIMA

A ET *B*

LIPSIAE CIↃIↃCCCXX
IN LIBRARIA WEIDMANNIA

IMPRESSIT BENEDICT. GOTTHILF TEVBNER

Χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίνοντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα.

GALENUS.

LECTORI BENEVOLO

SALVTEM ET OFFICIA.

Quemadmodum ego in omnibus, quae mihi per omnem vitam meam hucusque contigerunt, sapientem ac providam Dei O. M. rerum mearum curam semper usu meo expertus sum, ita quoque libri a me hucusque editi fata sua habuerunt, non coeca illa, sed quibus beneficio divino uti mihi licuit. Iuvenis adhuc eram, magna quidem, immo ardentissima literas graecas et hebraicas discendi ac docendi cupiditate flagrans, sed, quia mihi admodum angusta res domi erat, subsidiis literariis haud bene, certe non ex voto meo instructus, cum in lucem publicam prodiret *Ioh. Christiani Bielii* Past. quondam ad D. Vlric. et Ioan. Brunsvic. *Novus Thesaurus Philologicus, sive Lexicon in LXX et alios Interpretes et Scriptores Apocryphos Veteris Testamenti,* quod ex B. Auctoris MSCto cum praefatione ediderat *E. H. Mutzenbecher* tunc temporis V. D. M. Eccl. Luther. Haganae tribus partibus *Hagae Comitum* 1779. octonis. Quo diutius et avidius hoc Lexicon a Viris Doctis expectatum fuerat, eo maiori desiderio

illud mihi comparandi et ego, ut bene adhuc memini, ferebar, sed quominus ei satisfacere possem, egestate me impediri, per aliquot annos admodum aegre ferebam. Singulari quodam providentiae divinae nutu et casu admodum secundo accidit tandem, ut post integrum et quod excurrit biennium facultates adquirerem comparandi mihi exemplum admodum splendidum huius libri praestantissimi, utilissimi ac omni laude mea maioris, quo quomodo usus fuerim, *Spicilegium Lexici in Interpretes graecos V. T. maxime Scriptores Apocryphos*, quod *Lipsiae* 1784. sumtibus *S. L. Crusii* octonis prodiit, quemlibet docere facile potuit. Hoc Spicilegio maxime, quo, ut aliis Viris doctis, ita inprimis Celeb. et Doct. *Heynio* de meliori innotescere mihi contigit, factum est, ut mihi brevi post inopinato demandaretur provincia admodum honorifica theologiam ac speciatim exegeticam tradendi auditoribus in *Celeberrima Academia Georgia Augusta*, cui Deus semper faveat, in qua, corona Virorum Clarissimorum et Doctissimorum cinctus, per decem et quod excurrit annos commoratus sum, et praeter alia scripta minoris pretii a me edita ac continuationem *Spicilegii* supra iam commemorati, omne mihi a reliquis laboribus academicis concessum otium ac indefessam operam elaborationi ac editioni *Novi in Novum Testamentum Lexici* (cuius quarta unice genuina editio proxime superiore anno *Lipsiae* prodiit,) impendi. Non defuerunt quidem iam tum viri docti ac harum literarum studiosi, qui me passim partim coram partim per literas cohortarentur, ut, qua

incepissem via, pergerem, et vel novam Operis *Bieliani* editionem curarem, vel novum huic simile opus in Versiones Graecas V. T. conficerem, sed horum desideriis et votis vel ideo respondere non potui, quia munerum gravissimorum in Academia Vitebergensi mihi postea demandatorum ratio me ita studiis rerum magis necessariarum distentum et quasi vinctum tenuit, ut raro tantum, ac aliud agendo ad interpretes graecos V. T. oculos meos retorquere potuerim. Dum haec ita gerebantur, exarsit funestum illud bellum Franco-gallicum, quod non solum per omnem Europam saeviit, sed etiam Vitebergae meae ac speciatim Vniversitati literarum ibi *fundatae* (cuius olim florentis Musarum sedis nil amplius nisi umbram adhuc superesse, nunquam dolere desinam,) tristia ac calamitosa adduxit tempora, et non solum effecit, ut maxima negotiorum cum muneribus meis coniunctorum pars prorsus cessaret, sed etiam ipsa Academia, cui omnem vitam ac *fidem* meam consecraveram, non sine *perfidia* nonnullorum, quos posteritati iudicandos relinquo, antiquam ac venerandam sedem suam mutare cogeretur. Postquam anno huius saeculi decimo tertio, excepta unice praestantiore bibliothecae meae parte, omnia mea, tres nempe domos ac omnem supellectilem, flammarum ab oppugnatoribus *fortiter* excitatarum vi perdideram, Lipsiam, urbem patriam meam, secedere coactus, toleratis praeterea terroribus et vitae periculis, quae cum proelio gravissimo ad portas fere huius urbis eodem anno commisso coniuncta erant, incidi tandem in febrem, quam neurodem medici

vulgo appellare solent, et quae ad summum vitae periculum me, vexationibus hostium iam satis debilitatum, adduxit. Sed Deus prolationem vitae mihi benigne decreverat. Vix autem restitutus, summo virium defectu adhuc laborans, auxilioque divino unice fretus, consilium iam abiectum recepi de edendo hoc Thesauro, ad quem adornandum inde a primis vitae meae in literis transactae annis tam multa parata habebam, et quem iam exantlatis feliciter omnibus laboribus ac molestiis, ac omni otio meo in eum impenso, lectori benevolo tradere eo minus dubito, quo certius mihi certe persuasum est, libro huic nihil eorum deesse, quibus ornatus prodire e manibus meis debuit, quanquam non omnia ita a me exhausta arbitror, ut nulla addendi, dissentiendi, fortasse quoque carpendi, certe vituperandi adsit materia. Ita nunc, Deo ita volente, in eo desinat dilegentia et assiduitas mea ac bene merendi studium, a quo ante hos triginta et quinque annos inceperat. Sic, ut multis quoque aliis adhuc probare possem, habuit hic quoque liber meus fata sua, quae Dei benignitati unice gratissima mente tribuo.

Non possum vero hunc librum e manibus dimittere, quin etiam de consilii, quod in eo edendo secutus sim, ratione, ac de subsidiis, quae mihi profuerint, lectores breviter admoneam. Iam vero vel ex ipso titulo huic libro praefixo luculenter apparet, me hoc maxime spectasse, ut omnia, quae partim a *Bielio*, partim a viris doctis, quos aetas nostra tulit, post *Bielium* ad illustrationem et emendationem versionum graecarum ac librorum apocryphorum

V. T. hucusque prolata fuerunt, summa cum dilegentia collecta et in iustum ordinem redacta ita exhiberentur, ut et *Bielii Thesauro*, ac reliquis omnibus, quae partim a me ipso, partim a *Bretschneidero*, *Kreyssigio* aliisque Viris Clarissimis ad illum locupletandum collata et scripta fuerunt, harum literarum studiosi omnino nunc carere commode possint. In hoc vero negotio brevitatis, ut par erat, omnem rationem habui, ac ne libri moles pretiumque nimis incresceret, alia contraxi, alia, quae mihi non ad rem pertinere videbantur, resecui, quod inprimis factum est in versione latina Glossis graecis *Hesychii*, *Suidae*, aliorumque, ubique fere a *Bielio* addita. Praeterea quoque Viros nonnullos partim coram partim per literas rogavi, ut, si quid in his literis periclitati fuissent, emendationes ac observationes suas benigne mecum communicarent. Quod cupiebam unice a doctissimis et humanissimis Viris *Kreyssigio*, Professore Misenensi, et *Zimmermanno*, concionatore aulico Darmstadiensi, quos nunc honoris causa nec sine gratissimo animi mei sensu commemorare mihi liceat, impetravi, qui summa cum humanitate collectanea sua arbitrio meo permiserunt, ut ex iis, quaecunque mihi usui futura essent, expromerem. His quoque in adornando hoc Thesauro meo, sed ita usus sum, ut, ne mea cum alienis miscerem, aut aliorum observationes pro meis venditarem, aut uncis, aut aliis modis, qui facile cognosci potuerunt, ubique fere additis siglis *K* et *Z*, ipsorum observationes a meis rite distinguerem. Sed nec in his, quanquam non pauca erant, substitit industria mea, immo ut ad summam,

quantum per me fieri poterat, perfectionem hoc opus perduceretur, iteratis vicibus diligentissimam collationem versionum graecarum V. T. cum textu hebraico eo consilio institui, ut omnes voces graecas ac hebraicas a *Bielio* omissas, quarum magna mihi se obtulit copia, enotarem ac suis locis insererem, quas, ut eo facilius a reliquis distinguerentur, asteriscis notare placuit. His addidi permultas significationes ac phrasium proprietates a *Bielio* itidem non observatas, quarum quot deprehenderim, vel solus aspectus et subitaria perlustratio abunde satis commonstrat. Suscepi praeterea in me molestum ac taediosum negotium rudem illam et indigestam variarum lectionum aut potius mendarum farraginem, quam *Holmesio* suae LXX Intt. editioni (cuius octo priores tomos tantum videre mihi benevolentia Illustris et amici carissimi *Reussii* contigit,) addere placuit, perlustrandi et conferendi, e qua autem me parum profecisse ingenue fateor. Addidi quoque ea, quae *quartus liber Maccabaeorum*, ut vulgo dicitur, et cuius *Bielius* nullam prorsus rationem habuerat, ad augendum et ornandum hunc Thesaurum suppeditare mihi poterat. In eis locis autem, ubi LXX ac reliqui Interpretes Graeci a textu hebraico discrepare videntur, sunt autem, uti omnes sciunt, haud pauca, maxime in *Iesaiae* ac *Proverbiorum* libris, haud minima pars laboris mei erat haec, ut rationes discrepantiarum investigarem, ac variis modis, inprimis reliquarum linguarum orientalium ope, dissensum tollere studerem, ubi nempe fieri potuit. Quis enim omnium illarum discrepantiarum rationem reddat? aut

quis dixerit, unde omnia interpretamenta et additamenta graeca originem duxerint? His omnibus denique, ne quid huius rei studiosi desiderent, singulis fere paginis adieci observationes criticas ad emendationem textus versionum graecarum V. T. admodum corrupti pertinentes, haud raro quoque coniecturas criticas, quarum catalogum index in fine libri exhibebit, quas tamen, quanquam non omni probabilitate destitui mihi certe videbantur, aliis ideo obtrudere nollem. At vix opus esse videtur, ut descriptioni huius operis diutius immorer. Quid in hoc libro edendo spectaverim, ac quid vere praestiterim, ut lectores ipso libri usu suo cognoscant, quam per me intellegant, vel ideo malo, ne quis, operis mei patrocinium suscipere me voluisse, temere suspicetur. Ad externam huius libri formam quod attinet, ab ea, qua quarta editio Lexici mei in N. T., quae nuper tantum prodiit, se omnibus, quantum equidem scio, commendavit, minime differt, sive typorum elegantia seu chartae candor spectetur. Dilegens vitiorum typographicorum correctio in hoc quoque libro Viro Doctissimo, ac de me, ut de omnibus literis, quae ab humanitate nomen habent, optime merito, *Godofredo Henrico Schaefero*, Professori Lipsiensi Celeberrimo, unice debetur. Iam vero vale, erudite lector, quem iterum salutandi mihi nunc omnis spes fere ademta videtur, atque his, quibus ex sapientissimo *M. Catonis* praecepto otii mei literarii *) rationem aliquam extare

---

*) Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Solon* ap. *Plutarch.* Tom. I. pag. 382. *Reisk.*

volui, ita fruere, ut meae de his literis bene merendi voluntati aequitatem tuam, ut hucusque consuevisti, praestare pergas. Qui enim dat, quod habet, ab eo, quod non habet, exigi non debet.

Scripsi Vitebergae d. IV. Februar. CIƆIƆCCCXX.

D. IOH. FRIED. SCHLEVSNER.

PRAEFATIO

E. H. MVTZENBECHERI.

Prodit tandem in lucem diu et avide a Viris doctis expectatum Lexicon Viri graece doctissimi *Io. Christ. Bielii in LXX et alios Interpretes et Scriptores apocryphos V. T.* et prodit tale, quale ex τοῦ μακαρίτου schedis accepimus. Cuius consilii rationes antequam exponam, non abs re esse duco, paucis L. B. docere, quae me occasio ad Editoris partes suscipiendas vocarit.

Cum ante hos quatuor fere annos singulari providentiae divinae nutu Goettinga Hagam Comitum evocatus essem, ut hic apud coetum Lutheranorum sacra facerem, S. V. *Ierusalem,* insigne Germaniae decus, primus iniecit mentionem de quaerendo in Batavis librario, qui, quod multi, iique primarii in Germania librarii suis aliorumque inter Germanos celeberrimorum virorum precibus negarant, sumtus ad hunc Thesaurum edendum suppeditaret. Quod Viri summi consilium cum S. V. *Nicolao Barkey*, Theologiae Professore et Ecclesiaste Hagano, communicatum huic ita arrisit, ut pro ardenti suo in omne literarum genus studio *Bouvinkium,* Bibliopolarum Haganorum non postremum, auctoritate sua impelleret ad *Bielianum* opus eo, quo nunc prodit, nitore excudendum. Huic igitur inprimis graecarum literarum studiosi, si grati esse velint, operis editionem acceptam referre de-

bent, praesertim cum idem ultra progressus, ne molestiam quidem speciminum typographicorum mecum inspiciendorum refugerit. Verum cum minutae literarum hebraearum graecarumque formae optimi senis oculos fatigarent et multae gravissimae cum muneris tum studiorum occupationes illum huic rei vacare haud sinerent, totam operis curam mihi delegavit. *Bielianum* autem opus ad me transmisit tali patre dignus filius *C. A. Bielius*, Ictus, et Curiae iuridicae Guelpherbytanae adsessor, Vir mihi amicissimus. Ipsam adeo auctoris orthographiam religiose servavi, nec quicquam mihi iuris arrogavi in opere, quod ille tot annis tanto studio elaborasset.

Non ignoro quidem, per hos triginta quatuor annos, quibus *Bielii* Lexicon, quamvis iam anno huius seculi quadragesimo quinto absolutum, in schedis iacuit, Criticae sacrae tam Vet. quam N. Foederis eruditissimorum virorum scriptis multum affusum esse lucis, qua si *Bielio* nostro iam frui licuisset, opus suum mirum in modum emendare et locupletare potuisset. Ac fuit Vir eruditissimus inter Germanos, cui *Bielianus* Thesaurus his novis subsidiis ornandus et amplificandus videretur. Sed ne dicam, me saltem eum non esse, qui hic loci et in hoc meo muneris vitaeque genere quaedam afferre posset, *Bieliano* opera digna, (pannum vero unum alterumve splendidae vesti assuere religio vetat) ipse inprimis ab hoc consilio me deterruit metus, ne sic in infinitum quasi excresceret suapte natura iam satis amplum et copiosum opus. Et quid aliud, nisi libri moles Germanos librarios, quibus non semel oblatus est, ab eo literarum formulis exscribendo revocavit? Praeterea cum opus verae philologiae studiosis maxime inservire possit, ratio ineunda erat, ut modico pretio possit ab omnibus comparari. Quid? quod ipsi in hac re iudices peritissimi (inter quos unum illustrem *Michaëlis* nominasse satis sit) optimum putarunt, *Bielii* opus nec auctum nec mutatum, i. e. quale auctor reliquisset, in lucem proferri. Ac sane eam habet praestantiam, ut nativa sua forma, spretis aliorum

lenociniis, placere audeat. Ipsi adeo in arte critica, sacra inprimis, apud Germanos exercitatissimi viri, *Ernesti, Michaëlis, Tellerus*, aliique, editionem Lexici, quod ex specimine, *Exercitationi* adiecto, *de Lignis ex Libano ad templum Hierosolymitanum aedificandum petitis, Brunsvigae* 1740. 4. satis cognorant, publice privatimque optarunt. Utantur igitur Philologiae sacrae cultores hoc opere, quale id auctor ipse illorum usui pararat. Quicunque autem longius in hoc genere sunt provecti, peculiaribus libellis, si ita videatur, illud vel augeant, vel emendent. Ita futurum auguramur, ut plurium doctorum studiis coniunctis Clavem, qua adhuc caremus, in LXX et reliquos V. T. graecos interpretes omnibus numeris perfectam habeamus.

Ipsum studium LXX interpretum, quod paucis demum abhinc annis vehementius quam unquam celebrari coepit, *Bieliano* opere multum iuvari posse omnes fatebuntur. Sed et N. T. libri multum inde illustrantur, cum *Bielius* praecipuas quasque voces ac loquendi formulas ex LXX Intpp. in N. T. derivatas solerter notaverit, multisque adeo locis N. T. multum lucis attulerit. Cuius rei exempla ipse nuper dedi in *Specimine illustrationum Variorum N. T. Locorum* ex b. *Bielii Thesauro philologico*, quod *Fasciculo primo Classis secundae Symbolarum litterariarum Haganarum* inseruit V. S. R. *Barkey*, pag. 1 sqq.

Iudicium vero de hoc Opere meum interponere quid attinet, cum ipse *Bielius* in praefatione *Exercitationis* supra dictae de illo vere et accurate statuerit? Cuius verba hic addere non alienum puto.

„Cum iam in eo sim", inquit, „ut *Novum Thesau-* „*rum philologicum*, sive *Lexicon in LXX et alios* „*interpretes apocryphos V. T.* longe plenius et auctius, „quam Cl. *Io. Andreas Keslerus* in *Appendice Criticae* „*Sacrae Eduardi Leigh*, aliique *B. Fabricio Bibl. Graec.* „Vol. X. p. 94 sq. laudati, ediderunt, condam, illudque „prelo fere paratum habeam, *Specimina* quaedam inde „addere visum est. In illo autem Lexico omnes voces

„apud dictos Interpretes et Scriptores Apocryphos V. T. „occurrentes iuxta literarum seriem exhibeo. Singulas „autem initio quidem ita expono, ut primo statim obtutu „appareat, quid significent, et quibus significationibus „apud eosdem Interpretes et Scriptores veniant. Deinde, si „voces, apud LXX et alios Graecos V. T. Interpretes oc- „currentes, spectemus, Hebraeas vel Chaldaeas illis re- „spondentes ad ductum Concordantiarum Trommianarum, „ordine rursus Alphabetico, insero, et loca quaedam, qui- „bus occurrunt, et e quibus earundem significationes et „structurae perspici possunt, subiungo. Sique in Graecis „vocibus quaedam inveniantur, quibus Hebraeae vel Chal- „daeae non apud LXX, sed in *Aquilae, Symmachi, Theo- „dotionis*, et ceterorum Interpretum fragmentis tantum „expressae sunt, vel etiam, quae in Scriptoribus Apocry- „phis alio significatu, vel alia constructione, quam apud „Interpretes Graecos, leguntur, loca eo spectantia in fine „cuiusque vocis addo. Inque illis, quae in laudatorum In- „terpretum fragmentis reperiuntur, haud exiguo mihi usui „fuit summi Viri, *Bernardi de Montfaucon, Lexicon „Graeco-Hebraicum, reliquiis* Hexaplorum *Origenis, „Paris.* 1713. fol. editis, subiunctum, et ad calcem *Con- „cordantiarum* Cl. *Trommii* repetitum. Neque omitto loca, „quibus nullas in textu authentico voces Graecis respondere „deprehendi; praesertim si Graeca vocabula alia ibi notione, „quam in reliquis locis, usurpentur, vel ad confirmandam „significationem vocum, alibi extantium, facere possint. „Praeterea multas voces et phrases, in subsidium adhibitis „exteris scriptoribus, Glossariis item Graecis, tam editis, „quam ineditis, antiquitatibus, imo et Philologis et Criti- „cis praestantissimis, expono, et cum illis subinde confero „voces et phrases apud Scriptores Novi Foederis occur- „rentes. Cumque inter Glossaria Graeca *Hesychius* „magno mihi emolumento fuerit, Glossae, quas inde sub ti- „tulo *Hesychii Sacri* aliquando edere constitui, hic maxi- „mam partem comparebunt.

„Minime autem Lexicon illud ex Concordantiis solum-„modo Trommianis, et aliis Lexicis Sacris, sed ex ipsis „etiam praesertim Interpretibus Graecis et Scriptoribus „Apocryphis, cum studio quodam a me perlectis, me con-„cinnasse facile aliquis perspiciet, qui voces quasdam, vel „in his Speciminibus extantes, cum Concordantiis lauda-„tis et aliis Lexicis Sacris contulerit. Sic, e. c. quae in v. „*Ἴσος* ex Iob. V, 14. XIII, 28. XV, 16. XXIX, 14. it. Iob. XI, „12. XIII, 12. XXVIII, 2. in *Λόγον ἔχω* ex Tob. V, 26. et X, „14. in v. *Μετὰ* ex Es. LII, 3. Prov. XXIV, 12. 1 Reg. II, „28. 1 Par. XVII, 2. Iud. VI, 12. 2 Reg. VII, 3. Deut. XXXI, „10. et in v. *Ὅτι* ex Iob. XXXIII, 3. Ps. LVIII, 18. 3 Reg. „I, 13. Gen. XIV, 23. XX, 2. Ps. XXXVI, 20. Iud. I, 19. „Es. II, 6. Iud. XV, 3. 1 Reg. II, 25. Ps. CXV, 1. Es. X, 23. „1 Reg. XIV, 39. Exod. XIII, 17. 1 Paral. XVII, 6. allata et „citata sunt, in Concordantiis Trommianis et aliis Lexicis „frustra quaeruntur.

„Quantum ad utilitatem huius Lexici, illam nemo, „credo, in dubium vocabit. Primo enim ad Alexandrinos, „quorum versionem ad intelligendum textum Hebraeum „utilem imprimis, imo necessariam iudicarunt Viri Erudi-„tissimi, aliosque Interpretes Graecos, et scriptores Apo-„cryphos V. T. explicandos et illustrandos haud parum „faciet. Multumque aliquis de vocum significationibus, qui-„bus illae apud Graecos Interpretes reperiuntur, confir-„mari poterit, si statim ex hoc Lexico videre possit He-„braeas et Chaldaeas voces, quibus in textu authentico re-„spondent. E. c. quod vox *ἀγορὰ* etiam *plateam*, *λόγοι* „*prophetias*, *νόμος canticum*, *ὅτι certe*, *profecto*, *quare*, „*φωτίζω doceo*, significent, de eo aliquis eo facilius per-„suadebitur, si videat, quod *ἀγορὰ* aliquando Hebr. שוק et „חוץ, *λόγος* נבואה, *νόμος* שיר, *ὅτι* אך, אבו, למה, *φωτίζω* הירה, „respondeat.

„Deinde cum Novi Foederis Scriptoribus multa ex „Graeca Alexandrinorum V. T. versione depromta, quin „omnia paene eorum verba et loquendi formulae, docente „Cel. *Schwartzio* not. ad *Olear. de Stil. N. T.* p. 294., inde

„profecta sint, manifestum, quod e Lexico, in quo voces „et phrases Alexandrinorum Interpretum paulo curatius „explicantur et illustrantur, Scriptores N. T. magnam „lucem possint accipere. Illudque vel ex Speciminibus, „quae nunc in lucem prodeunt, iam haud obscure apparere „puto. Vide, si placet, quae v. *Ἑτοιμάζω* ex Matth. XXV, „34. v. *Θόρυβος* ex Marc. V, 38. et Matth. IX, 23. v. *Κατα-*„*φέρω* ex Luc. VI, 22. v. *Λόγος* ex 1 Thess. IV, 15. et Luc. „III, 4. in *Λόγον ποιέομαι* ex Act. XX, 24. *Μετὰ* ex Marc. X, „30. v. *Παραδίδωμι* ex Rom. I, 28. v. *Νόμος* ex Ioh. X, 34. „XV, 25. v. *Πρῶτος* ex 1 Cor. XV, 3. v. *Συγκλείω* ex Rom. „XI, 28. v. *Τριετὴς* ex Matth. II, 16. v. *Ὕαλος* ex Apoc. „XXI, 18. 21. sunt allegata.

„Porro alii Thesauri Graecae Linguae, et Lexica tam „sacra, quam profana, magna augmenta inde poterunt „capere, et Lexicon praesertim *Pasoris*, cuius novissima „Editio, Cel. *Schoettgenio* procurata, Titulo omnibus vo-„cibus LXX aliorumque Graecorum Interpretum, Apocry-„phorum item V. T. aucta perhibetur, aliquot centuriis „vocum, longe pluribus autem earum significationibus et „phrasibus augeri poterit. Ut dictis aliquam fidem faciam, „voces enarrabo, quae in prima statim litera Lexici illius „deesse deprehendi. Sunt illae numero 98 sequentes: *Ἂ ἄ.* „*Ἀβαρά. Ἀγριολάχανα. Ἀγρώτης. Αἰσχύνωμα. Ἄκαν. Ἀκα-*„*ριαῖος. Ἀκιδωτός. Ἀκλεής. Ἀκλεῶς. Ἄκμα. Ἀλλοτρίως. Ἅλμα.* „*Ἀμερής. Ἀμνησικακία. Ἀμορίτης. Ἄμυλος. Ἀμυντήριον. Ἀνά-*„*γλυφον. Ἀνακτάομαι. Ἀνακυλίζω. Ἀναληπτήρ. Ἀνάλωσις.* „*Ἀναμεταξύ. Ἀναπήγνυμι. Ἀναπίνω. Ἀναπνεύμασις. Ἀναῤῥέο-*„*μαι. Ἀναῤῥοφέω. Ἀναστέλλομαι. Ἀνάφυσις. Ἀνδρείως. Ἀνδρίς.* „*Ἀνδρωδῶς. Ἀνελεημόνως. Ἀνελεημοσύνη. Ἀνενδεής. Ἀνθρά-*„*κινος. Ἀνιῶμαι. Ἀνομοιογενής. Ἄνταρσις. Ἀντιδιακείμενος.* „*Ἀντιδίδωμι. Ἀντίθετος. Ἀντικαθίζω. Ἀντιπρόσωπος. Ἀν-*„*τίῤῥησις. Ἀντισταθμίζομαι. Ἀντιστρέφω. Ἀντισχύω. Ἀξιοπρε-*„*πής. Ἀπαγγελία. Ἀπαδικέω. Ἀπαναισχυντέω. Ἀπαραιτήτως.* „*Ἀπαυτομολέω. Ἀπειρημένος. Ἀπέχθεια. Ἀπέχθομαι. Ἀπεψία.* „*Ἄπλετος. Ἀποβάλλομαι. Ἀποδύρομαι. Ἀποκέντησις. Ἀπολέ-*„*γομαι. Ἀπόληγμα. Ἀπομιτρόω. Ἀπόμοιρα. Ἀπομοχθόω. Ἀπο-*

„παύω. Ἀποπετάζω. Ἀπόρησις. Ἀποῤῥυέω. Ἀποσείομαι. Ἀπο-„σκέπτομαι. Ἀποστέργω. Ἀποστρωννύω. Ἀποσυσκευάζω. Ἀπο-„σχέω. Ἀποτυγχάνω. Ἅρμα. Ἁρμονία. Ἀρπῶμαι. Ἀρωματίζω. „Ἀσέληνος. Ἀσθενῶς. Ἀσινής. Ἀσκοπυτίνη. Ἀσμίζω. Ἀσπιδο-„φόρος. Ἄστεκτος. Ἀστραγάλειος. Ἀστραγαλωτός. Ἀτάρ. Αὐ-„τοφόρος. Ἄφημαι. Ἄχραντος.

„Augeri etiam et emendari inde aliquando poterunt „Concordantiae Trommianae, si denuo illas alicui edere „visum fuerit.

„Denique Glossaria Graeca *Hesychii*, *Suidae*, aliorum-„que, tam edita quam inedita, magnam lucem, et in voci-„bus corruptis non raro medicinam inde accipient.

„Quo vero instituti mei rationem paulo penitius aliquis „introspicere, et de illa iudicare possit, dicti Lexici Speci-„mina quaedam, et quidem ex singulis Alphabeti literis „duas voces, hac occasione dare volui. Mirumque in modum „et me, et alios, quorum usui idem Lexicon illud destina-„tum est, sibi obstrictos reddet, qui, si vel singulares ob-„servationes quasdam in voces et phrases Graecorum inter-„pretum, et Scriptorum Apocryphorum V. T. habeat, vel „glossas ineditas praeter illas, quibus mihimet ipsi iam uti „licet, possideat, illas communicare mecum haud fuerit „gravatus. Uti autem mihi iam licet Glossis e Lexicis duo-„bus MStis *Cyrilli*. Alterum extat Oxonii in Bodleiana inter „Codices Baroccianos hoc titulo: Λεξικὸν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου „Ἀλεξανδρείου, συντεθὲν παρὰ τοῦ κυρίου Ἀντωνίνου τοῦ φιλο-„σόφου. Suntque illi adiectae: 1) Λέξεις τῶν Προφητῶν. „2) Λέξεις Ἰεζεκιὴλ τοῦ Προφήτου. 3) Ἐκ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἱερε-„μίου. 4) Ἐκ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ. Ita hic vocatur Ecclesiastes „Salomonis. 5) E quatuor Libris Regum, quae conveniunt „cum illis, quas Celeberrimus *Fabricius*, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, „in *Bibl. Graec.* Vol. X. p. 67 sq. ex Codice, quem ex Bi-„bliotheca B. D. *Abr. Hinckelmanni* possedit, publicavit. „Et alterae ex alteris saepe emendari possunt. 6) Λέξεις τῶν „ᾠδῶν τοῦ ψαλτῆρος. Sunt voces ex Canticis Scripturae. 7) „Λέξεις τῆς Παναρέτου. Ita hic appellatur Sapientia Salomo-

„nis. 8) Ὀνόματα τῶν Ἀποστόλων ἑρμηνευόμενα. 9) Λέξεις τῶν „Πράξεων. 10) Ex Epistola ad Hebraeos. Alterum in Bi„bliotheca Amplissimi Senatus Bremensis adservatur. Eius„que usum, quod gratus profiteor, olim cum Bremae age„rem, pro mirifico suo bonas literas promovendi studio „concessit humanissimus aeque ac eruditissimus, dum vi„veret, Reipublicae Bremensis Syndicus, *Gerhardus von „Mastricht*. En eius titulum: Κυρίλλου εἰς τὰς ἀπορουμέ„νας λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς. Estque illud ipsum, cuius men„tionem facit in literis suis ad laudatum modo Fabricium, „Cl. *Reimaro* de Vit. et Script. Eiusdem recensitis p. 226. „Venerandus sacrorum Vratislaviensium Antistes, *Io. Fri„dericus Burg*, cum quo antehac Lipsiae ad pedes Philo„logi atque Theologi praestantissimi, *Gottfridi Olearii*, „iam inter beatos coelites triumphantis, (cuius in me me„rita nulla delebit oblivio) me sedisse, iucunda recordatio „est. Nec immerito de Glossario illo Vir Doctissimus „scribit, quod forte usu in illustranda dictione τῶν Ἑβδο„μήκοντα non destitueretur, si dari posset ad illius colla„tionem aditus. Plane autem illud differt ab aliis Lexi„cis, quae *Cyrilli* nomine in Bibliothecis extant, et quo„rum exemplum non solum Oxonii in Bodleiana usur„pavi, sed etiam Lugduni Batavorum in Bibliotheca Aca„demica me evolvisse, memini. Et praeter voces Scriptu„rae multae etiam ex profanis Scriptoribus Graecis in illo „explicantur."

His Bielii verbis praefationi finem impositurus essem, nisi partes, quas suscepi, postulare viderentur, ut de vita scriptisque Viri de re literaria praeclare meriti pauca addam, quae lectoribus non iniucunda fore existimo. *Bielii* quidem nomen inter eruditos minime obscurum est, quod etiam insignis illa *Albertina Hesychii* editio, ad quam symbolas contulerat, iustis laudibus ornatus ab *Alberto* in Praef. p. XXXIV. seq., valde apud exteros nobilitavit. Nec parum ad eius gloriam pertinet, dignum existimatum esse ab acerrimo ingeniorum iudice *Richardo*

Bentleio, quocum sibi aliquid familiaritatis et literarum commercium esse vellet. Quo magis miror, ipsum *Bielium*, Germanum, a Germano, *Ioechero* puta, in Lexico Eruditorum Lipsiae 1750 seq. edito ne verbo quidem memorari, cum *Bielius* anno huius seculi quadragesimo quinto iam de vita decesserit. Quare de vita et scriptis auctoris nostri haec habeas, L. B., quae maximam partem mecum communicavit unicus superstes filius, V. C. supra laudatus.

Natus vero noster Brunsvigae anno seculi praeteriti octogesimo septimo d. XII. Maii, literis, quibus aetas puerilis impertiri solet, in utroque patriae urbis Gymnasio bene excultus, contulit se ad tres florentissimas Germaniae Academias, primum ad Lipsiensem anno huius seculi septimo, deinde ad Rostochiensem anno 1711. et sequenti anno ad Helmstadiensem, et ibi non intermissa sedulitate scholas celeberrimorum Theologorum, Philologorum ac Philosophorum frequentavit. Hoc spatio decurso Belgium et Angliam petiit, nec urbes modo invisit, sed et cum eruditis, qui urbes nominis sui fama illustrarent, amicitiam contraxit, quam postea commercio literario magis excolere studuit. In Anglia inprimis Londini, Oxfordiae et Cantabrigiae commoratus, prae ceteris ex thesauris bibliothecae Bodleianae multa excerpendo et annotando in usum suum convertit, idemque institutum in Belgio secutus est, praesertim in alma Batavorum Leidensi, cuius locupletissimam Bibliothecam non quasi per transennam strictim adspexit, sed tanta diligentia excussit, ut inde non pauca in futuros usus depromeret. Ab itinere in patriam reduci immortalis nominis vir *G. G. Leibnitius*, cui se probaverant ingenium ac doctrina *Bielii*, munus quoddam insigne Petropoli suscipiendum illi proposuit, suorum autem amore dulcique consuetudine ductus hanc sibi tam honorificam vocationem recusavit et sacro Brunsvicensium ministerio anno huius seculi decimo nono se adiungi passus est. Aliquot annis post Pastor ad

D. Ulrici et Ioannis in patria urbe creatus, munus hocce, quod, nec molestum, nec late patens, gratum illi otium faciebat, aliis amplioribus praetulit, quae illi dein sponte tam in patria quam extra illam oblata sunt. Etenim *Bielius* ea ministri sacri officia, quae in coetibus nimis amplis occurrunt et animum magis debilitant quam recreant, illis reliquenda forte censuit, qui tum se studiis egregie defunctos esse putant, quando semel vel bis per hebdomadem sermonem coram populo habendum meditentur, reliquum vero temporis nugis, salutationibus, et alienis negotiis terant. Ille vero, quem nec res angusta domi luculentiora munera petere coëgit, omni quidem religione et cura contendit, ut muneris officiis pro virili satisfaceret; reliquum vero temporis in literis, quibus animus reficeretur, collocaret, et vel varia eruditionis specimina proferret, vel per literas de rebus ad philologiam pertinentibus cum viris sui temporis maximis, v. c. *Menckenio*, *Fabricio*, *Bentleio*, *Alberti*, aliisque ageret.

Inprimis vero ab anno huius seculi tricesimo secundo omnes fere horas subsecivas Lexico nostro dicavit, cuius specimen anno 1740., uti supra dixi, editum, iterum sub limam vocavit multisque locis emendatum anno demum quadragesimo quinto sic absolvit, ut nunc a nobis exhibetur. Et hoc ipso anno 1745. d. XVIII. Octobris tabe correptus inter vivos esse desiit. Sed adhuc vivit nomen *Bielii*, vivetque diu libris praeclaram eruditionem spirantibus, et memoria Viri, religionis amore, pietate in suos, comitate adversus omnes, exquisita doctrina, ceterisque eximiis virtutibus excellentis etiam posteris curae est futura.

Quae mihi praeter hoc Lexicon et notas ad Alberti Hesychium iam supra memoratas innotuere scripta *Bielii*, haec sunt:

1) *Hesychius sacer*, sive Glossae ex Hesychio Alexandrino, quae ad Voces et Phrases Scripturae S. expli-

candas, illustrandas facere possunt. Selegit, recensuit, versionem et notas cum eruditissimorum hominum tum proprias adiecit *I. C. Biel.* Brunsv. 1716. 4. „Continet octo paginas, quas etiam pro instituti mei ratione adhibui." Sunt verba *Alberti* in praef. ad Hesychium pag. XXXV. (Non edidit hunc Hesychium sacrum Bielius, forte *Rich. Bentleii* epistola ad se data, quae apud Albertum extat post praefationes, de hoc consilio depulsus.)

2) *Epistola* de Etymologico inedito, quod Photio vulgo adscribitur. (Extat in Actis Erud. Suppl. Tom. VI. pag. 253. ad quae et alias symbolas *Bielium* contulisse ex ipso hoc Lexico nostro apparebit, et laudatur b. *Fabricio* in Bibl. Graeca Vol. X. pag. 23.)

3) De purpura Lydia ad illustrandum locum Act. XVI, 14. Dissertatio. (Inserta est *Bibliothecae Bremensi* Cl. II. pag. 404. seqq.)

4) De Iudaeis ex omni gente sub coelo Hierosolymis commorantibus ad Act. II, 5. Observationes. (L. c. Cl. VI. pag. 1038. seqq.)

5) De Levi Iuda Thaddaeo Observatiuncula. (Cl. VI. pag. 1038. seq.)

6) Animadversiones ad Io. Georg. Altmanni de Lydia Thyatirensi et gallicinio Hierosolymis in aedibus pontificis audito Observationes. (Cl. VI. pag. 1041.)

7) Diatribe Philologica de voce Selah. (Exstat in Miscellaneis Novis Lipsiensibus Vol. III. P. I. pag. 14. seqq.)

8) Exercitatio de Lignis ex Libano ad templum Hierosolymitanum aedificandum petitis. — Accedunt specimina Novi Thesauri Philologici sive Lexici in LXX et alios interpretes et scriptores apocryphos Vet. Testamenti. Brunsvigae 1740. 4. (Exercitationem ipsam, satis raro obviam, Museo suo Hagano mox inserendam curabit S. V. Editor, *N. Barkey.*)

Secunda ac tertia huius Lexici pars, quibus totum opus absolvetur, primam, haud longa mora, uti spera-

mus, interiecta, sequentur. Ignoscant vero aequi lectores vitiis typographicis, quae, licet omnis cura adhibita sit, hic illic inepserint. Hoc demum in votis habeo, ut verae Philologiae statores atque doctores, *Valckenarii*, *Ruhnkenii*, *Saxii*, *Wassenbergii*, *Wyttenbachii* cet. inter Batavos, *Ernesti*, *Michaëles*, *Heynii*, *Mori* aliique inter Germanos hoc *Bielianum* opus patrocinio suo tueantur eiusque verum usum disciplinae suae alumnis commendent.

Scr. Hagae Comitum Id. Mart. MDCCLXXIX.

A

᾿*A*, ἆ, vox lamentantis et dolentis seu interiectio a sono facta, lat. *ah, heu, eheu,* אֲהָהּ idem. Iud. VI, 22. XI, 35. ἆ, ἆ θύγατέρ μου heu, heu filia mea, sec. *Vat.* In utroque loco libri alii οἴμοι habent. *Eustathius* ad Il. *A.* 441. p. 776. ἆ significare docet πάθος ταραχῶδες ψυχικὸν, οἷον ἢ σχετλιασμὸν, ἢ ὄνειδος, ἢ ἀγανάκτησιν ἢ ἔλεον. Conf. Intt. ad *Hesych.* s. h. v. et notata a me ad *Photii* Lex. s. h. v.

῎*A*, ἄ, ἄ, idem. אֲהָהּ. *Aqu.* Ios. VII, 7. ubi LXX δέομαι habent. Ez. IV, 14. ubi in *Hexaplis Montf.* perperam editum est ἄ, ἄ, ἄ, et in reliquis Intt. partim μηδαμῶς, partim ὢ legitur.

᾿*AA*, ἀὰ, idem. אֲהָהּ. *Aqu.* et *Hebr.* Psalm. XXXIX, 16. Ioel. I, 14. – הֶאָח הֶאָח. *Symm.* Ps. XXXIX, 21. et LXIX, 4. Adde *Aqu.* *Ez.* VI, 11. et *Eurip. Orest.* v. 162.

᾿*ABAMA*` est ipsa vox hebraica בָּמָה, *excelsum, in quo idola coluntur,* cum ה praefixo. Ez. XX, 29. ubi *Symm.* recte sine ה praefixo, quod ex antecedente מָה adhaesisse videtur, βαμὰ habet. In nonnullis codd. vitiose scribitur ἀβανὰ vel ἀββανὰ, unde est, quod Scholiastes quidam annotat: κατὰ μὲν Σύρους λίθος, ubi hebr. אֶבֶן et Syr. ܟܐܦܐ *lapis* in mente habuisse videtur. Conf. *Drusium* in *fragm. vet. Int. Graec.* p. 609. ac *L. Bosii notas* ad h. l.

᾿*ABAPA*´. *Bielius* in *Thes. Philol.* ad h. l. hanc vocem 1 Macc. VI, 43. tantum obviam *elephantem* significare opinatur, et verba: καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ἀβαρὰν ita transtulit: *et vidit Eleazar elephantem.* Addit: Cl. *Gagnierius Vindic. Kircherianis* p. 19. b. ad hanc vocem notat sequentia: *i. e.* את־הברה. *Latinis Barrus i. e. elephas lingua Sabina. Barritus vox elephantis. Sed* בר *Chald. et Arab. eremicolam vult dicere, qualis est elephas vel maxime. Alii Barrum alludere putant ad* בעיר *beir, quomodo iumentum vocant Hebraei, Syri et Arabes. Vide Bochartum Hier.* P. I. L. II. c. 23. p. 249. *Doct. Relandus autem in Diss. Miscell.* P. I. p. 183. *suspicatur, nomen* barro, *quo apud Indos vocari elephantem docet Isidorus Origg.* l. XII. c. 2. *posse deduci ex sermone Persico, qui saepius a scriptoribus antiquis cum Indico confundatur, et quo* Boru *notet castellum, propugnaculum, murum, turrim: illud-*

que nomen elephantibus convenire putat, qui in bello turribus fuerint instructi, et non tantum procul castellorum et turrium faciant speciem, sed quasi viva propugnacula et turres sint. Sed, ut recte monuit *Doederleinius* in *Bibl. Theol.* P. I. p. 14 sequ., omnia haec a *Bielio* congesta nullo modo probant, elephantem, qui l. l. diserte *θηρίον* vocatur, *ἀβαρὰν* dici. Vox haec, quae in *Ald.* tantum reperitur, et cuius loco in ed. *Rom.* ὁ *Σαυαρὰν*, et in *Compl.* *᾿Αυαρὰν* legitur, est sine dubio vitiosa, cui tamen lucem affundit locus *Iosephi*, qui in A. I. XII, 9, 4. Eleasarem cognomine *Αὐρᾶν* seu *Αὐαρᾶν* vocatum fuisse testatur, unde deinde *σαβαρὰν* et *ἀβαρὰν* ortum suum habuit.

᾿ΑΒΑΣΙ΄ΛΕΥΤΟΣ, qui est sine rege, rege carens, regi non subditus. מֶלֶךְ אַיִן *rex non.* Prov. XXX, 27. *ἀβασίλευτον* (sc. *ζῶον* aut *ἔθνος*, alii l. l. e correctione *ἀβασίλευτος*) *ἐστὶν ἡ ἀκρὶς* rege carent locustae. *Xenoph. Hist. Gr.* V, 2, 12.

῎ΑΒΑΤΟΣ, inaccessibilis, impervius, invius, desertus. אֵיתָן *perennis.* Amos V, 24. *ὡς χειμάῤῥους ἄβατος.* Sensum expresserunt. – אָלָה *execratio.* Ier. XLII, (al. XLIX,) 18. *εἰς ἄβατον* sc. *γῆν* in terram desertam: non male quoad sensum. – גְּזֵרָה *abscissio, excisio,* etiam *devastatio, desolatio.* Lev. XVI, 22. terra quasi abscissa a commercio et habitatione mortalium. *Vulg.* terra solitaria. Vide *Schultens. anim.* ad h. l. – עָיֵף *languens,* de terra, *arida, siticulosa.* Ps. LXII, 1. *ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ.* – עֲרָבָה *desertum.* Ier. L, 12. LI, 43. *Symm.* et *Inc.* Ies. XL, 3. ubi vid. notas *L. Bosii. Aqu. Symm.* Ies. XLI, 19. – *צִיָּה *siccitas, arriditas,* etiam *locus aridus, aestu solis exustus,* et ex adiuncto *desertum. Aqu.* Ps. LXXVII, 17. *Symm. et Inc.* Ps. LXII, 2. *Aqu.* Ies. LIII, 2. – שׁוֹאָה *vastitas.* Iob. XXXVIII, 27. – שׁוּחָה *fovea,* etiam *terra desolata.* Ier. II, 6. Secundum *Ald.* tamen vox *ἀβάτῳ* potius ad עֲרָבָה referenda est. – שַׁמָּה *desolatio,* etiam *locus desolatus.* Ier. XXV, 18. 38. et XLIX, 12, 16. – שְׁמָמָה idem. Ier. VI, 8. XXIV, 6. – *שׁוֹפָר *buccina.* LXX sec. ed. *Ald.* aut potius *Inc. Int.* Hos. VIII, 1. ubi pro שׁוֹפָר nonnulli שַׁמָּה legisse videntur. Sed totus locus obscuritate laborat. – תֹּהוּ *locus vastus et inanis.* Ps. CVI, 40. – תֵּל *tumulus,* speciatim *arenosus,* sec. arab. تَلّ Ier. XLIX, (30.) 2. *ἔσονται εἰς ἄβατον καὶ ἀπώλειαν,* coll. Bar. II, 4. ubi tamen *ἄβατον* cum *ὀνειδισμὸς* coniungitur, et, ut recte observavit *Zimmermannus, conditionem hominum desertorum et contemtorum* indicat. Sap. V, 7. *ἐρήμους ἀβάτους. Vulg. difficiles vias.* Ib. XI, 2. – *Hesych.* *ἄβατον, ἀδιόδευτον, ἀπέραντον. Phavorinus* addit: *ἢ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἔρημον. Suidas: ἄβατον, ἱερὸν, ἀπρόσιτον, ἔρημον, καὶ ὁδὸς ἄβατος, ἡ ἀπόρευτος.*

ἈΒΑΤΌΩ, *desertum reddo*, הֵשַׁם Hiph. a שָׁמֵם *vastare*. Ier. XLIX, 19. (seu XXIX, 20.) ἐὰν μὴ ἀβατωθῇ ἐπ' αὐτοὺς κατάλυσις ἐθνῶν, ubi *Compl.* male habet βατωθῇ.

ἈΒΒΑΝΆ. Vide supra s. v. ἀβαμά.

ἈΒΈΒΑΙΟΣ, *inconstans*, *instabilis*, *qui facile mutatur*, *infirmus*. לֹא נֶאֱמָן *non fidelis*. *Aqu. Symm.* Ps. LXXVII, 8. ἀβέβαιος πρὸς τὸν θεὸν τῷ πνεύματι τῷ ἑαυτῆς, non firma erga Deum spiritu suo, h. e. non constans in vero Dei cultu.

ἈΒΕΒΑΙΌΤΗΣ, *infirmitas*, *instabilitas*, *inconstantia*. לֹא הֶאֱמִין *non credere ac fidere*, *non firmitatem agnoscere in aliquo*, adeoque ex adiuncto *non posse confidere alicui*. *Symm.* Iob. IV, 18. bene quoad sensum. *Vulg.* non sunt stabiles, scil. in virtutis studio.

ἈΒΊΒ, vide Θὶλ Ἀβίβ.

ἈΒΙΈΣΕΡ in vers. Alex. *Chis.* Dan. I, 3. hebr. אַשְׁפְּנַז (pro quo in vers. *Theodot.* est ἀσφανὲξ et v. 11. ἀμελλασάρ) respondet. Ita enim recte scribitur hoc vocabulum et in *Chis.* et in *Corbeiensi* antiquo, non ἀβριέσερ, nec ἀβριεσδρὶ, uti apud *Hieronymum* (*Pro Asphanex in Editione Vulgata ἀβριεσδρὶ scriptum reperi.*) legitur, nec ἀβδιεσδρὶ, uti *Montfauconius* ex incerto auctore protulit. Sine dubio autem est explicatio verborum sequentium רב סריחיו, ut colligo e nota, quae est in editione Romana: *Syri utrumque nomen servarunt: Dixitque rex ad Asphaz magistrum eunuchorum, qui et Abieser praefectus spadonum dicitur.* Confer *Ephr. Syri Comment. ad h. l.*

ἈΒΛΑΒΉΣ, *innocuus*, *innoxius*, *innocens*, etiam *noxae expers*, *illaesus*, *sine damno*. Sap. XVIII, 3. ἥλιον ἀβλαβῆ solem non laedentem h. e. non urentem. *Vulg.* sine laesura. (*Polyb.* II, 61, 10.) Ibid. XIX, 6. ἵνα οἱ σοὶ παῖδες φυλαχθῶσιν ἀβλαβεῖς, ut filii tui servarentur *illaesi*, ut *Vulgatus* quoque bene reddidit. *Polyb.* IX, 4, 2. *Plutarch.* T. VI. p. 476, 3. *Reisk.*

ἈΒΟΗΘΗΣΊΑ, *auxilii defectus aut privatio*. Sir. LI, 10. ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων ἀβοηθησίας, in tempore, quo dominantur superbi, deficiente auxilio.

ἈΒΟΉΘΗΤΟΣ, *auxilio carens et destitutus*, *immedicabilis*. אֵין אֱיָל *non est fortitudo*, *cui omnes vires desunt*. Ps. LXXXVII, 4. ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ubi *Ald.* et *Compl.* ἀβόηθος habent, quae mihi vera lectio esse videtur. Sap. XII, 6. ψυχῶν ἀβοηθήτων. *Vulg.* *animarum inauxiliatarum*, ubi *Nannius* βουθυθέντων, i. e. *mactatarum instar boum*, legere mavult. 2 Macc. III, 28. ἀβοήθητον nullo sibi auxilium ferente.

*ἈΒΌΗΘΟΣ, idem. אֵין אֱיָל *sine viribus*. Ps. LXXXVII, 4. sec. *Ald.* et *Compl.* ubi alii libri ἀβοήθητος habent, quod vide supra.

'*ΑΒΟΥΛΕΥ'ΤΩΣ*, *inconsulto, sine deliberatione.* 1 Macc. V, 67. ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον ἀβουλεύτως, exire in bellum inconsiderate, s. inconsulto Deo, quia Dei opem prius non invocaverant.

'*ΑΒΟΥΛΙ'Α*, *consilii inopia ac defectus, imprudentia, stultitia, consilii pravitas, iudicium perversum,* ut legitur apud *Phlegontem Trallianum* cap. 2. אִוֶּלֶת *stultitia.* Prov. XIV, 17. πράσσει μετὰ ἀβουλίας, temere et inconsiderate agit. - הַוָּה *pravitas. Inc.* et LXX Prov. XI, 6. ubi ἀβουλία (pro quo in *Vat.* legitur ἀπώλεια) significare videtur *consilia ac desideria prava,* unde *Vulg. insidias* habet. *Montfauconius* male transtulit per *inconsiderantiam.* - שׁוֹלָל *spoliatus,* h. l. *privatus prudentia. Symm.* Iob. XII, 17. *Vulg.* in stultum finem. Bar. III, 28. ubi διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν est i. q. in antec. παρὰ τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν, ac vertendum *ob impietatem. Hesych.* ἀβουλία, μωρία. *Suidas:* ἀβουλία, ἀπαιδευσία, ἄνοια, καὶ μωρία.

"*ΑΒΡΑ.* Vox origine Syriaca חברה *socia.* Exstat in Chaldaico Exod. XI, 2. In notis ad *Hesychium* deducitur ab ἄβη, ἥβη *pubertas.* Aliis est ab ἁβρός. Graecis non quaevis ancilla seu serva ita dicitur, sed *ancilla herae domestica ac honoratior, quali matronae ditiores ad honestiora ministeria utuntur,* quae *delicata* latinis ac *pedissequa, Gallice fille de chambre* vel *fille d'honneur* vocatur, ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, οἰκότριψ καὶ ἔντιμος, ut ex *Pausania* et *Aelio Dionysio Eustathius* ad *Odyss.* τ' p. 1854, 15. interpretatus est, aut παιδίσκη τρυφερά, ut *Lex. Cyrilli MS. Brem.* habet. אָמָה *ancilla.* Exod. II, 5. ubi de filia Pharaonis sermo est. - נַעֲרָה *puella.* Gen. XXIV, 61. Exod. II, 5. Esther. II, 9. IV, 4. 15. *Suidas:* ἄβρα, οὔτε ἁπλῶς θεράπαινα, οὔτε ἡ εὔμορφος θεράπαινα λέγεται, ἀλλ' οἰκότριψ γυναικὸς κόρη, εἴτε οἰκογενὴς εἴτε μή. *Hesych.* ἄβραι, νέαι δοῦλαι. Id. ἄβρα, δούλη, παλλακή. Plura de hac voce vide apud *Grotium* ad *Iudith.* VIII, 33. *Steph. le Moyne* in *notis ad Var. Sacra* p. 287 sequ. *Bergler.* ad *Alciphr.* I, 34. et quos laudat *Sturzius* in *libro de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 142 seq.

*'*ΑΒΡΑΑΜΙ'ΤΙΣ*, *una e posteris Abrahami.* 4 Macc. XVIII, 20.

*'*ΑΒΡΑΜΙΑΙ'ΟΣ*, *Abrahamo plane dignus.* 4 Macc. IX, 21. Ib. XVIII, 1.

'*ΑΒΡΟ'Σ*, *venustus, elegans, mollis, delicatus, lautus.* מַעֲדַנּוֹת *amoenitates, deliciae. Symm.* 1 Sam. XV, 32. ubi *Vulg. pinguissimus. Phavorino* significat ἁπαλός. Vide et *Gloss. in Hippocr.* p. 602.

'*ΑΒΡΟΧΙ'Α*, *pluviae defectus, imbrium penuria, siccitas.* בַּצֹּרֶת *cohibitio pluviae.* Ier. XIV, 1. et XVII, 8. ἐν ἐνιαυ-

τῷ ἀβροχίας. Sir. XXXII, 20. ὡς νεφέλαι ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας. *Ioseph. A. I.* VIII, 13, 2. p. 458.

*ἌΒΡΩΤΟΣ, *esui ineptus, irrosus, inesus.* Prov. XXIX, 27. aut sec. ed. *Breit.* XXIV, 22.

ἌΒΥΣΣΟΣ, *abyssus, locus fundo carens, profundum, infinitae profunditatis vorago.* מְצוּלָה *locus profundus.* Iob. XLI, 23. – צוּלָה *profundum.* Ies. XLIV, 27. *Theodot.* Ion. II, 4. – רַחַב *latitudo. Theod.* et LXX Iob. XXXVI, 16. Arab. رحب notat *amplus, spatiosus fuit.* – תְּהוֹם *abyssus maris stupendae profunditatis.* Sic de mari, quod terram ambit ac olim tegebat, legitur Gen. I, 2. VII, 11. Iob. XXVIII, 14 etc. – Ps. XXXV, 6. ubi metaphorice *impervestigabile* notat. Sir. I, 3. ἄβυσσον καὶ σοφίαν, h. e. ἄβυσσον σοφίας sec. *Origenem. Hesych.* ἄβυσσος, πέρας οὐκ ἔχον, ὕδατα ἄπειρα, ἀκατάληπτα. *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 499. ἄβυσσος, πλῆθος ὑδάτων ἀπέραντον, ἢ τόπος ἐν θαλάσσῃ ἀπύθμαντος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἄβυσσος, ἀπύθμενον, ἀπέραντον ὕδωρ, πολὺ πλῆθος ὕδατος. Confer *Lexicon N. T. s. h. v.*

ἈΒΥ'ΣΣΩΝ πηγαὶ κάτωθεν, *fontes maris subterranei.* תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת *abyssus cubans seu iacens infra.* Deut. XXXIII, 13.

ἈΓΑΘΟ'Ν ποιέω *benefacio.* גָּמַל *retribuo.* Prov. XI, 17. τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ποιεῖ ἀνὴρ ἐλεήμων, sui curam non negligit, qui est erga alios benignus.

ἈΓΑΘΟΠΟΙΕ'Ω, *benefacio.* הֵיטִיב Hiph. a יָטַב idem. *Ano.* Iud. XVII, 13. Num. X, 32. ἀγαθὰ ὅσα ἂν ἀγαθοποιήσῃ κύριος ἡμᾶς, bona quibus Deus nos afficiet. Soph. I, 13. opponitur τῷ κακοποιεῖν. Ier. XXXII, 40. sec. *MS. Montf.* Tob. XII, 14. οὐκ ἔλαθές με ἀγαθοποιῶν. 1 Macc. XI, 13. 2 Macc. I, 2.

ἈΓΑΘΟΠΟΙΟ'Σ, *beneficus.* Sic, sed malo sensu, legitur Sir. XLII, 14. ἡ ἀγαθοποιὸς γυνή, quam mulier blanda et benefaciens, h. e. quae muneribus et comitate viros in sui amorem pellicit, ubi vid. *Corn. a Lapide* in *Comment.* ad h. l.

ἈΓΑΘΟ'Σ, *bonus, praestans, probus, fertilis* etc. (Aeque late patet ac טוֹב Hebraeorum, ita ut notio huic voci in singulis locis subiecta e serie orationis tantum sit intellegenda.) et τὸ ἀγαθὸν, *bonum, commodum,* et τὰ ἀγαθὰ, *bona, divitiae, opes, proventus, virtutes.* אֱמֶת *fidelitas.* Neh. VII, 2. Sic *Trommius* et ex eo *Bielius:* sed in omnibus codd. ibi non ἀγαθὸς, sed ἀληθὴς legitur. – בָּמָה *excelsum, regio montana admodum fertilis.* Ies. LVIII, 14. ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς, in *terram* admodum *fertilem.* coll. Ier. XXXI, 12. – דֶּשֶׁן *pinguedo.* Ies. LV, 3. Conf. *Hassii* Philol. S. p. 1129. – טָב Chald. *bonus.* Esdr. V, 17. εἰ ἐπὶ τὸν βασιλέα ἀγαθὸν, si regi ita *placet.* – טוּב cum Schurek *bonitas, bonum.* Gen. XXIV,

10. ἀγαθῶν, *rerum pretiosissimarum.* Sic quoque legitur ib. XLV, 18. 20. 23. Deut. XXVIII, 47. ἀγαθῇ καρδίᾳ, *hilari animo.* Esdr. IX, 12. ἀγαθὰ τ. γῆς, *proventus terrae.* coll. Neh. IX, 36. Prov. XI, 10. ἀγαθὰ, *felicitas.* Ies. LXIII, 7. κριτὴς ἀγαθὸς, iudex *aequus ac benignus.* - טוֹב et טוֹבָה cum Cholem idem. Exod. III, 8. γῆ ἀγαθὴ, terra *fertilissima.* Num. XIV, 7. ubi in codd. ἀγαθὸς et καλὸς invicem permutantur. 1 Sam. II, 26. ἦν ἀγαθὸν, *gratus erat, favore fruebatur.* Construitur ibi cum μετὰ, quod per *apud* reddendum. 1 Sam. III, 18. ubi ἀγαθὸν sequ. ἐνώπιον est quod *bonum videtur* seu *placet*, et *Compl.* habet ἀρεστόν. 1 Sam. XV, 22. ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθὴν, ubi loco ἀγαθὴν e *Compl.* legendum est ἀγαθὴ, hoc sensu: obedientia praestantior est victimis. 1 Sam. XVI, 12. ἀγαθὸς ὁράσει κυρίῳ, h. e. admodum *pulcher* et *formosus.* Ibid. v. 23. ἀγαθὸν ἦν αὐτῷ, *recuperabat amissam valetudinem.* 2 Reg. V, 12. de fluvio, quatenus *vim salutarem* ac speciatim *cutem purgandi* habet. Sic et nos voce *gut* uti solemus. 2 Par. VII, 3. ᾔνεσαν τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸν, ubi non reponendum est ἀγαθὸς, ut codex *Cantabr.* ex mera coniectura librarii habet, ἀγαθὸν enim cohaeret cum voce ἔλεος in sequentibus. Conf. v. 6. *Aqu.* Ps. XV, 2. τὸ ἀγαθὸν i. q. ἀγαθοσύνη *felicitas.* Prov. XIV, 22. παρὰ τέκτοσιν ἀγαθοῖς, ubi necessario reponendum est τ. ἀγαθῶν, partim ob oppositum τέκτονες κακῶν, partim ob seriem orationis, quae postulat architectos et auctores bonorum, non autem fabros peritos. Zach. VIII, 19. ἑορτὰς ἀγαθὰς dies festos laetos ac hilares. Esdr. IX, 12. coll. 3. Esdr. VIII, 25. - *חָלָב *lac. Syrus* sec. *Procopium* in *Cat. Nicephori* p. 484. Gen. XLV, 18. את חלב הארץ transtulit τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς, bene quoad sensum, coll. v. 20. - *חֵן *gratia. Symm.* Prov. XI, 16. γυνὴ ἀγαθή. Conf. *Thieme* de *puritate Symmachi* p. 22. - *יָפָה *pulcra.* 1 Sam. XXV, 3. sec. *Vatic.* ἀγαθὴ τῷ εἴδει, ubi reliqui libri καλὴ habent. - יָשָׁר *rectus.* Ier. XL, (47.) 5. τὰ ἀγαθὰ ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ubi in *Compl.* post ἀγαθὰ additur καὶ ἀρεστὰ, vel e glossemate, vel ex alio interprete. - מֵיטָב *bonitas, praestantia.* 1 Sam. XV, 9. τὰ ἀγαθὰ τῶν βουκολίων. - נָבוֹן *intellegens, prudens.* Prov. XIV, 33. ex usu loquendi S. S. ac maxime Salomoneo. Caeterum pro ἀγαθῇ reponere mallem ἀγαθοῦ, quemadmodum et *Aquila* ac *Theodot.* συνετοῦ habent. Postulat quoque hanc lectionem oppositio in sequenti membro. - נְכֹחָה *rectus, aequus.* Prov. XXIV, 26. ἀποκρίνεσθαι λόγους ἀγαθοὺς, apte respondere. - שָׁלֵם *integer, perfectus.* 1 Par. XXIX, 19. καρδία ἀγαθὴ animus integer, virtutis studiosus. - תִּקְוָה *exspectatio.* Iob. XVII, 15. ubi תִּקְוָה per metonymiam obiectum exspectationis, *bona, felicitatem* notat. Praeterea legitur Cohel. VII, 2. ubi nihil ei respondet in textu hebraico, ac est vel explicationis causa

additum, vel repetitum e sequ. v. — Sap. II, 6. τὰ ἀγαθὰ *proventus terrae*, ubi in sequ. per τὴν κτίσιν explicatur. Sap. III, 15. ἀγαθῶν πόνων, h. e. ut *Bretschneiderus* interpretatus est, *concubitus legitimi*. πόνος enim h. l. per euphemismum de *re venerea* sive *concubitu* dicitur. Sap. VIII, 19. ψυχὴ ἀγαθὴ, naturalis indoles animi bona. Sir. XII, 1. diligenter vide, in quem conferas *beneficia*, καὶ ἔσται χάρις τοῖς ἀγαθοῖς σου, ut gratiam eorum ineas, coll. XVIII, 15. et XX, 16. Sirac. XII, 3. οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ, nil boni manet. Ibid. XIII, 25. ἐν ἀγαθοῖς vulgo vertunt *in rebus secundis*, sed mihi καρδία ἐν ἀγαθοῖς positum esse videtur pro καρδία ἀγαθὴ, *cor hilare et laetum*. Sic *Syrus*. Ibid. XIV, 5. τίνι ἀγαθὸς ἔσται, cui *beneficus* aut *utilis* erit, coll. XXXIX, 27. et Ps. LXXIII, 1. Ibid. v. 14. ἀγαθὴ ἡμέρα, *laetus* et *iucundus* dies, v. c. convivii aut festi. Ibid. v. 25. ἐν καταλύματι ἀγαθῶν ubi, ἀγαθῶν positum est pro ἀγαθῷ, ut *Syrus* quoque expressit: domus omnis generis bonis repleta. *Vulg.* et requiescent in casula illius bona per aevum. Ibid. XVII, 7. ἀγαθὰ καὶ κακὰ ὑπέδειξεν αὐτοῖς, de discrimine bonorum et malorum docuit eos. Ibid. XVIII, 8. τί τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ τί τὸ κακὸν αὐτοῦ, quid potest Deo *boni* aut *mali* inferre. Ibid. v. 15. ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῷς μῶμον, *beneficiis* tuis ne addas reprehensionem aut exprobrationem: ubi ἀγαθὰ in sequ. cum δόσις permutatur. Ibid. XXII, 6. ἀγαθὴ ζωὴ, vita *proba*, non, ut olim interpretatus sum, vita splendida, ac prosper rerum status. Iudith XI, 8. Holofernes vocatur μόνος ἀγαθὸς ἐν πάσῃ βασιλείᾳ, h. e. praestantissimus s. fortissimus. *Hesych.* ἀγαθὸν, ἀνδρεῖον, γενναῖον. *Dio Cass.* L. XL. p. 247. ed. *Reimari*: τοὺς Ῥωμαίους ἠνάγκασεν ἀγαθοὺς εἶναι ἀπογνώσει τῆς σωτηρίας. Ibid. v. 23. ἀγαθὴ ἐν τοῖς λόγοις σου, bona in sermonibus tuis, h. e. *Baduello* interprete, *facultate dicendi praestans*. Sic *Aelianus* V. H. lib. II. c. 13. ἐν λόγοις ἀγαθοῖς, facultate dicendi praestantibus. 1 Macc. X, 55. ἀγαθὴ ἡμέρα, *faustus* dies. *Vulg.* *felix* dies. *Syrus* ܦܨܝܚ ܝܘܡܐ. – Adde 1 Sam. XVI, 18. ὁ ἀνὴρ ἀγαθὸς τῷ εἴδει, ubi nihil in textu hebraico respondet, et Cohel. VII, 13. ubi ἀγαθὸν post δώσει de suo addiderunt LXX sensus causa.

*'ΑΓΑΘΟΣΥ'ΝΗ, *bonitas*, *benignitas*, et per metonymiam causae pro effectu *ipsum beneficium*. טוֹבָה idem. Iud. VIII, 35. sec. *Ox. Ald.* et *Compl.* κατὰ πᾶσαν τὴν ἀγαθοσύνην (*Alex.* ἀγαθωσύνην), ἣν ἐποίησε, ubi *Vat.* habet κατὰ πάντα τὰ ἀγαθὰ, ἃ κ. τ. λ. *Aqu.* Ps. XV, 2. ubi *felicitatem* notat. Sed in omnibus his locis aeque ac in *Vet. Gloss.* ab *Hederico* laudatis *Friedemanno* scribendum videtur ἀγαθωσύνη.

*'ΑΓΑΘΟ'ΤΑΤΟΣ, *optimus* et, si de terra sermo est, *fertilissimus*. Vide infra s. ἀγαθώτατος.

'ΑΓΑΘΟ'ΤΗΣ, *bonitas, benignitas,* i. q. ἀγαθωσύνη. *Phavor.* ἀγαθότης καὶ ἀγαθωσύνη ταὐτόν. Sap. I, 1. ubi ἀγαθότης est *sanctitas, probitas, virtus,* i. q. ἁπλότης καρδίας in altero membro. Ibid. VII, 26. et XII, 22. ἀγαθότης tribuitur Deo O. M. ita ut in priore loco *complexum omnium virtutum divinarum* s. *maiestatem divinam* notet, in posteriore vero eius *benignitatem* ac *lenitatem* significet. Sirac. XLV, 23.

'ΑΓΑΘΟ'Ω, *benefacio, beneficiis afficio.* טוֹבָה *bonum, beneficium.* Ier. XLI, (44.) 27. ubi sensum expresserunt. - הֵיטִיב hiph. a יָטַב *benefacere.* 1 Sam. XXV, 31. (ubi in Codd. ἀγαθόω et ἀγαθύνω invicem permutantur.) Ier. XXXIX, (32.) 4. Sir. XLIX, 9. sec. *Vat.* ubi in aliis libris vox κατορθοῦν legitur. Caeterum construitur hoc verbum cum dativo pariter ac accusativo.

'ΑΓΑΘΥ'ΝΩ, *benefacio, bonum facio,* it. *exhilaro,* et in passivo ἀγαθύνομαι, *bonus sum, melior fio,* it. *gaudeo, hilaris sum.* Chald. טְאֵב *bonum fuit, placuit.* Dan. VI, 24. 23. πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, multum *laetatus* est de eo. - טוֹב, verbum, idem. Iud. XVI, 26. ὅτε ἠγαθύνθη ἡ καρδία, in animorum suorum hilaritate. 2 Sam. XIII, 28. ἀγαθυνθεὶς ἐν τῷ οἴνῳ, vino exhilaratus, s., ut loquimur, *poculum hilaritatis bibens.* - יָטַב et הֵיטִיב Kal et Hiph. Iud. XVIII, 20. *Inc.* et LXX Iud. XIX, 22. ἀγαθυνόντων et ἀγαθυνθέντων, ubi Vulg. non male habet: illis *epulantibus,* ac ἀγαθύνειν respondet vernaculo: *sich gütlich thun.* Ruth. III, 7 et 10. ἠγάθυνας τὸ ἔλεος, pietatis tuae documentum edidisti. *Theodot.* 1 Sam. II, 32. ubi ἀγαθύνειν notat efficere, ut aliquis bonis affluat, ac *Symmachus* voce εὐεργετεῖν usus est. Ibid. XXV, 31. ubi ἀγαθοῦν et ἀγαθύνειν in libris veteribus permutantur invicem. 1 Reg. I, 47. ἀγαθύναι ὁ θεὸς τὸ ὄνομα, *augustius reddat* Deus nomen. 1 Reg. VIII, 18. ubi ἀγαθύνειν cum καλῶς ποιεῖν in codd. permutatur. 2 Reg. IX, 30. ἠγάθυνε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, comsit s. *ornavit* caput, ubi Ald. et C. e glossemate aut ex alio interprete bene ἐκόσμησε habent. Ibid. X, 30. ἠγάθυνας ποιῆσαι, *perfecte satisfecisti.* Neh. II, 5. εἰ ἀγαθυνθήσεται, si eam ei *exhibere* velis *gratiam.* Ps. XXXV, 3. ubi *recte agere, virtuti studere* notat. Ibid. XLVIII, 19. ἀγαθύνειν αὐτῷ, sibi indulgere. - Ibid. CXXIV, 4. ἀγάθυνον τοῖς ἀγαθοῖς, benignum te praebe bonis. Offendit vox ἀγάθυνον absolute usurpata, h. l. *H. Stephanum* in *Thesauro l. Gr.* s. h. v. qui eam male scriptam pro ἀγαθύνου iudicavit. Ps. L, 19. *Aqu.* et LXX ἀγάθυνον τὴν Σιὼν, benefac Sioni.

'ΑΓΑΘΩ"Σ, *bene, recte.* טוֹב. 1 Sam. XX, 7. ἐὰν δὲ εἴπῃ ἀγαθῶς, si approbabit. - הֵיטִיב Infin. Hiphil a יָטַב, qui haud raro adverbiascit. 1 Sam. XVI, 17. sec. *Compl.* ἀγαθῶς ψάλλοντα, artis musicae peritum, i. q. v. 18. ἐπιστάμενον seu

εἰδότα ψάλλειν, ubi reliqui libri pro *ἀγαθῶς* habent *ὀρθῶς*. 2 Reg. XI, 19. *εἰκόνας αὐτοῦ συνέτριψαν ἀγαθῶς*, dilegenter seu summo cum studio destruxerunt simulacra, ubi alii libri habent *ἐπιμελῶς*.

*'*ΑΓΑΘΩ͂Σ ΠΟΙΕ'Ω*, i. q. *ἀγαθοποιέω*, *recte ago, probus sum.* הֵיטִיב. *Theod.* Gen. IV, 7. *ἂν ἀγαθῶς ποιῇς*.

'*ΑΓΑΘΩΣΥ'ΝΗ*, *bonitas, benignitas.* גְּדוּלָּה, *magnificentia, magnifica opera.* 2 Sam. VII, 21. sec. *Ald.* *πᾶσαν τὴν ἀγαθωσύνην*, omnia *illustria facta*, ubi reliqui libri *μεγαλωσύνην* habent. - טוּב. Neh. IX, 25. *ἐτρύφησαν ἐν ἀγαθωσύνῃ σου*, benignitate tua voluptuantes. Ibid. v. 35. *ἀγαθωσύνῃ σου*, *felicitas* a te concessa. - טוֹבָה idem. Iud. VIII, 35. Confer supra s. v. *ἀγαθοσύνη*. 2 Paral. XXIV, 16. Cohel. IV, 8. *στερίσκω τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀγαθωσύνης*, me ipse privo *huius vitae bonis* (coll. V, 17. et VI, 3. 6.). *Symm.* *ἀγαθοῦ*. Ib. V, 10. in notione *divitiarum*. Ib. VII, 14. *ἡμέρα ἀγαθωσύνης*, dies bonus s. *felix*. Ibid. IX, 17. *ἀγαθωσύνην πολλὴν*, multa bona instituta. *Symm.* Ps. XXVI, 13. *Inc.* sec. *Chrysostomum* Ps. CXLIV, 7. ubi LXX *χρηστότητα* habent. - Vocem *ἀγαθωσύνην* Iob. IX, 25. post *οὐκ εἴδοσαν* addidit *Grabius* ex mera coniectura, qua eo facilius supersedere possumus, quo magis constat, LXX Intt. non religioni duxisse hanc vel illam vocem in versione sua omittere. - *Clemens Alex. Strom.* lib. VI. p. 792. 13.

*'*ΑΓΑΘΩ'ΤΑΤΟΣ*, *optimus, fertilissimus, feracissimus.* מֵיטַב, *bonum, optimum. Hebraeus* et reliqui Gen. XLVII, 6. *ἐν ἀγαθωτάτῳ* (*Montf.* *ἀγαθοτάτῳ*) *τῆς γῆς*, in optima et fertilissima parte Aegypti, (Conf. *Fischeri Proluss. de Verss. GG. V. T.* p. 84.) pro quo LXX *ἐν τῇ βελτίστῃ γῇ*. Male inquit *Aelius Dionysius* apud *Eustathium* ad *Odyss.* α', p. 1384. 49. *ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος παρ' οὐδενὶ τῶν ἑλλήνων κεῖται*. Legitur enim hic superlativus apud *Diodor. Sic.* XVI, 85. et alios. V. Intt. *Phrynichi* p. 32. *Maittaire* in *l. de gr. l. dialectis* p. 44. ed. *Sturz. Sturz.* de *Dial. Alex.* p. 147. et *Fischer.* ad *Welleri Gr. Gr.* Sp. II. p. 95.

*'*ΑΓΑΘΩ'ΤΕΡΟΣ*, *melior, praestantior.* טוֹב sequ. מִ. Iud. XI, 25. sec. *Vatic.* ubi reliqui libri *κρείσσων* exhibent. Iud. XV, 2. *ἀγαθωτέρα ὑπὲρ αὐτήν*, ea pulcrior: ubi etiam reliqui libri, excepto *Vat.*, *κρείσσων* habent. Conf. supra ad vocem *ἀγαθώτατος*, *Sturzium* de *dialecto Maced. et Alex.* p. 143. ac *Fischeri anim.* ad *Welleri Gramm. Gr.* Spec. II. p. 95 sequ.

'*ΑΓΑΛΛΙ'ΑΜΑ*, *exultatio, laetitia*, etiam *id, in quo exultamus.* גָּאוֹן *magna animi elatio, magnus fastus.* Ies. LX, 15. *θήσω σε ἀγαλλίαμα αἰώνιον* efficiam, ut semper gaudere possis. Bene quoad sensum. - גּוּל *exulto.* Ies. LXV, 18. - גִּיל *gaudium, exultatio.* Ies. XVI, 10. - גִּילָה idem. Ies.

LXV, 18. ποιῶ ἀγαλλίαμα, exultantes prae gaudio eos reddam. - מְשׂוֹשׂ gaudium. Ps. XLVII, 2. ubi ἀγαλλίαμα, ut vernaculum *Freude*, obiectum laetitiae notat. - רֹן *cantatio, cantus.* Ps. XXXI, 9. - רִנָּה idem. Prov. XI, 10. - *רְנָנָה *iubilum, cantus. Inc.* Iob. III, 7. - שִׂמְחָה *laetitia.* Ies. XXII, 13. LI, 3 et 11. - שָׂשׂוֹן *gaudium*, ac *obiectum gaudii.* Ps. CXVIII, 110. Ies. XXXV, 10. - תְּהִלָּה *laus.* Ies. LXI, 11. - Sir. VI, 33. et XV, 6. στέφανος ἀγγαλλιάματος, corona praestantissima, quae solet sumi in diebus nuptialibus ac festis. Similis formula est ἔλαιον ἀγαλλιάσεως Hebr. I, 9. Ibid. XXX, 22. ubi ἀγαλλίαμα est i. q. εὐφροσύνη καρδίας, animus hilaris ac laetus, in antecedentibus, cum qua formula ἀγαλλίαμα καρδίας quoque permutatur ibid. XXXIV, 28.

'ΑΓΑΛΛΙ'ΑΣΙΣ, *exultatio*, *laetitia non modo animi, sed vocis quoque alacritate prodita.* - גִּיל idem. Ps. XLIV, 17. LXIV, 13. ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται, colles laetum aspectum praebebunt. - *שְׂחוֹק *risus. Tetrapl.* Iob. VIII, 21. ubi LXX γέλωτος habent. - רִנָּה *cantus, canticum.* Psalm. XXIX, 6. ubi ἀγαλλίασις fletui opponitur. Ibid. XLVI, 1. φωνὴ ἀγαλλιάσεως, vox iubila. Ibid. CXXV, 2. ubi *Aqu.* αἰνέσεως, *Symm.* εὐφημίας habent. coll. Ps. XCIX, 2. - רַנֵּן Inf. Pihel a רָנַן, *canendo.* Ps. CXXXI, 17. ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται. - רְנָנָה *cantus.* Ps. LXII, 6. χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου, laeta iubila os meum cantat. *Hebraeus* Iob. XX, 5. ubi ἀγγαλλίασις est i. q. εὐθηνία, *prosperitas*, apud *Symmachum.* - שָׂשׂוֹן *gaudium.* Ps. XLIV, 9. L, 9. ubi ἀγαλλίασις laetum nuntium notat, nempe promissionem remissionis peccatorum, in qua significatione quoque legitur ibid. v. 13.

'ΑΓΑΛΛΙΑ'Ω, vel in coniug. media ἀγαλλιάομαι, uti fere semper occurrit, *laetor, exulto, gaudeo.* גיל et in Hiph. הֵגִיל, *exultare, tripudiare prae gaudio. Aqu.* Ies. XLIX, 13. ἀγαλλίω. LXX ἀγαλλιάσθω. Idem et *Theod.* Prov. XXIV, 17. μὴ ἀγαλλιάσθω ἡ καρδία σου. LXX μὴ ἐπαίρου. LXX 1 Par. XVI, 31. Ps. II, 11. Ies. XXXV, 1. 2. ἀγαλλιᾶσθαι deserto ita tribuitur, ut sit i. q. ἀνθεῖν et ἐξανθεῖν. - הִגִּיד Hiph. a נָגַד *annunciare.* Ps. LXXIV, 9. ubi tamen LXX pro אַגִּיד legisse videntur אָגִיל, nisi praeferenda est lectio ἀπαγγελῶ loco ἀγαλλιάσομαι, quam *Grabius* exhibuit. Sed sine dubio est alius interpretis. Vide *Hexapla* ac *Buxtorfii Anticrit.* p. 514. - הִתְהַלֵּל Hitpael *glorior* ab הָלַל. Ies. XLI, 16. Ier. XXX, 4. (hebr. XLIX, 4.) τί ἀγαλλιᾶσθε τοῖς πεδίοις; quid *gloriamini* de vallium vestrarum fertilitate? - יָסַף *addo.* Ies. XXIX, 19. יָסַף שִׂמְחָה *addere gaudium*, h. e. admodum laetari, per ἀγαλλιᾶσθαι ἐν εὐφροσύνῃ recte redditur. יסף enim aliis verbis aut substantivis additum *summum alicuius rei gradum* indicare, satis constat. - עָלַץ *hilaris fuit, exultavit.* 2 Sam.

I, 20. Ps. LXVII, 5. Hab. III, 17. ubi tamen *ἀγαλλιάσομαι* mihi versio *Theodotionis* esse videtur. – עָלַן *exultabundus. Symm.* ac *Theod.* Ies. V, 14. – עָלַץ *hilaris fuit, exultavit*, i. q. עָלַז. Ps. IX, 2. LXVII, 3. – צָהַל *hinnio*, it. *iubilo.* Ies. XII, 6. – *רוּם *exaltari, efferre se. Symm.* Prov. XI, 11. ubi tamen *Iaegerus* in *obss.* ad h. l. *ἀγγαλλιάσονται* ad תַּעֲלֹץ v. 10. potius pertinere arbitratus est. Sed cum רוּם eandem habeat significationem, (v. *Alb. Schultens Opp. min.* p. 38 et 274.) hac coniectura facile supersedere possumus. – רָנַן *canto. Symm.* Ies. XXVI, 19. LXX Ps. V, 15. Ies. LXV, 14. Adde *Theod.* Deut. XXXII, 43. ubi hebr. הַרְנִין respondet. – שׂוּשׂ *gaudeo.* Ps. XVIII, 6. CXVIII, 161. *ἀγαλλιάσομαι*, maxime delector. – שָׂמַח idem. 2 Sam. I, 20. – Sir. XXX, 3. *ἐπ' αὐτῷ ἀγαλλιάσεται*, de eo gloriabitur aut gloriari poterit.

*'ΑΓΑΛΛΙΑ'ΣΕΙ 'ΑΓΑΛΛΙΑ'ΟΜΑΙ, *admodum laetor.* שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ, *gaudendo gaudeo. Symm.* et *Theod.* Ies. LXI, 10.

"ΑΓΑΛΜΑ, proprie *oblectamentum*, s. *omne quo aliquis delectatur*, speciatim *simulacrum, statua.* אִטִּים *incantatores, praestigiatores.* Ies. XIX, 3. *ἀγάλματα.* Videntur LXX ita ex coniectura transtulisse vocabulum hoc *ἅπαξ λεγόμενον.* – פֶּסֶל *sculptile, idolum sculptum.* Ies. XXI, 8. 2 Macc. II, 2. *Hesych.* "Ἄγαλμα, πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, ξόανον, ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. *Etymol. M.* "Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, καλλώπισμα. πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις καὶ χαίρει, κἄντε ἱμάτιον ᾖ, κἄντε εἰκών. Οἱ δὲ μεθ' "Ομηρον (Conf. *Schol.* ad *Homer. Il.* IV, 144.) ποιηταὶ ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. τὸ δὲ ἄγαλμα παρὰ τὸ ἀγάλλω.

'ΑΓΑ'ΛΜΑΤΑ 'ΑΣΤΑ'ΡΤΗΣ, *simulacra Astartae.* הָעַשְׁתָּרוֹת. *Aquila* 1 Sam. VII, 4. ubi vid. *Scholion* ed. *Bos.* LXX habent *τὰ ἄλση 'Ασταρώθ.* Cf. *Seldenum* de *Diis Syris Synt.* II. c. 2. p. 235.

*"ΑΓΑΝ, *valde, admodum.* 3 Macc. IV, 11. *ἄγαν εὐκαιροτάτῳ. Hesych.* "Ἄγαν, μεγάλως, λίαν.

'ΑΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, *indignor.* Sap. V, 23. *ἀγανακτήσει κατ' αὐτῶν ὕδωρ θαλάσσης, excandescet, effervescet,* h. e. magno impetu et furore mare aestuabit in impios. Ibid. XII, 27. Draco 33.

'ΑΓΑΝΩ'Θ, *Aganoth.* Est ipsa vox hebraica אַגָּנוֹת, pluralis ex אַגָּן *crater.* Ies. XXII, 24. sec. *Ald.* et *Compl.* *ἀπὸ σκεύους τῶν ἀγανώθ*, quae verba apud *Procopium* asterisco signata *Theodotioni* tribuuntur.

'ΑΓΑΠΑ'Ω, *amo, diligo.* אָהַב idem. Gen. XXII, 2. *ὃν ἠγάπησας*, tibi *carissimum.* Ib. XXIV, 66. de *amore coniugali.* Ibid. XXV, 28. *ἠγάπησε, magis amabat*, coll. XXIX, 31. (V. *Fesselii Advers. Sacra* l. X. c. 1. p. 444.) Exod. XX, 6. *τοῖς ἀγαπῶσί με*, veris meis *cultoribus.* coll. Deut. V, 10. Deut. IV, 37. *ἀγαπῆσαι, beneficiis afficere*, coll. VII, 13. Iud. XVI,

4 et 16. de *amore illicito*. coll. 2 Sam. XIII, 4. Ps. IV, 3. *ἀγαπᾷν, delectari, studiosum esse*. coll. X, 6. et XXXII, 5. Ps. XXXIII, 12. *ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθὰς*, qui *vult* ac *cupit* vitam agere felicissimam. Ps. XXXIX, 17. qui per te salvi esse *cupiunt*. Ps. CXIV, 1. *ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου*, quae verba *Bielius* reddidit: *acquiesco*, (seu *contentus sum*. *Lucian. Toxar*. c. 3.) quia exaudiet Dominus vocem precationis meae, provocans ad Prov. XII, 1. ubi *ἀγαπῶν παιδείαν* iuxta *Tremellium* est, qui castigationibus Dei *acquiescit*. Verum quidem est, *ἀγαπᾷν* ita et apud profanos scriptores accipi, ut docuit *Fesselius* l. l. p. 437. (*Ἀγαπᾷν - τὸ ἀρκεῖσθαι τινὶ, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν* *Lex. Seguer*. T. I. *Anecdot. GG*. ed. *Bekkeri* p. 324.) sed nec *diligendi* notio est ab utroque loco aliena. Prov. VIII, 36. *ἀγαπῶσι θάνατον*, mortem *amare videntur*, s. conciliant sibi perniciem. Ibid. IX, 8. *ἀγαπήσει σε*, *gratum se tibi profitebitur*. Ibid. XII, 1. *Incertus ἀγαπηθήσεται* pro אהב דעת, ubi non omisit vocem דעת in versione sua, sed eius loco רֵעַ legisse videtur: amant eum socii, h. e. amabitur. Male itaque *Semlerus* coniicit, loco *ἀγαπηθήσεται* reponendum esse *ἀγαπᾷ αἴσθησιν*, quod legitur apud LXX. *Aqu*. Prov. XVIII, 21. ubi LXX *κρατεῖν* habent, et Cohel. III, 8. Prov. XX, 13. *μὴ ἀγάπα καταλαλεῖν*. Ibid. XXI, 17. ubi pro *ἀγαπᾷ εὐφροσύνην* necessario reponendum est *ἀγαπῶν ε*. Ier. V, 31. *ὁ λαός μου ἠγάπησεν οὕτως*, et populus meus his omnibus *annuit*, haec *approbat*. Ibid. XIV, 10. *ἠγάπησαν κινεῖν πόδας αὐτῶν*, *solent*, *consuescunt* movere pedes suos, coll. Hos. XII, 7. *καταδυναστεύειν ἠγάπησε*, *solet* opprimere. Sic exteri etiam loquuntur. Vide *Fesselium* l. c. p. 441. - Hos. III, 1. *ἀγαπῶσαν πονηρὰ* legerunt אֹהֶבֶת רָע. Mal. II, 11. *ἐν οἷς ἠγάπησε*, dum amat. - אָהַב הָבוּ *amo dare*. Hos. IV, 19. *ἠγάπησαν ἀτιμίαν*, *delectantur* ista turpitudine. Solum אהבו expresserunt aut *προσθέσει* literae א legerunt bis אהבו. Vide et Prov. XXX, 15. - אֹהֲבִים *amatores*. Hos. VIII, 9. Sensum expresserunt. - *בָּרַךְ *benedico*. *Inc*. Prov. XXII, 9. Legerunt יְבָרֵךְ. - *הַב הַב Prov. XXX, 15. *ἀγαπήσει ἀγαπωμένη*. In mente habuisse nonnullis videntur vocem חָבַב, arab. حَبَّ *amore complexus est*, *amavit*. Vide tamen supra s. אָהַב הָבוּ. - הֵבִיא *adducere* Hiph. a בּוֹא. 2 Sam. VII, 18. *ὅτι ἠγάπησάς με ἕως τούτων*, quae versio cum textu hebraico ita optime conciliari poterit, ut statuamus, *ἀγαπᾷν* significare h. l. *amoris documenta dare minime dubia*, *beneficiis afficere*, quae notio latet quoque in formula hebraica: הֵבִיא עַד־הֲלֹם, quae in hac orationis serie notat: ad hoc fortunae ac dignitatis fastigium evehere, et quidem amore ductum. Idem valet de loco parallelo 1 Paral. XVII, 16. Erravit itaque *Doederleinius*, qui in *Bibl. Theol*. T. I.

p. 20. LXX אֶהֱנֵנִי legisse arbitratur loco הביאתני. - הִזְכִּיר Hiph. a זכר *commemorare*, etiam *laudare*. Cant. I, 3. *ἀγαπήσωμεν μαστούς σου ὑπὲρ οἶνον*. Nonnullis visum est reponere *ὑμνήσωμεν*, *celebrabimus*, qua tamen coniectura non opus esse videtur. - הֵסִית Hiph. a סות *incitare*. 2 Paral. XVIII, 2. *ἠγάπα αὐτὸν τοῦ συναναβῆναι μετ' αὐτοῦ*. Loco *ἠγάπα Bielio* legendum videbatur *ἠπάτα*, *persuadebat*, quo verbo alias (v. c. 2 Reg. XVIII, 32. et 2 Paral. XXXII, 11.) LXX hebraicum הֵסִית interpretari solent. Sed mihi non sollicitanda videtur lectio recepta, dummodo *ἠγάπα* cum *Fesselio* (*Adversar. SS.* lib. X. c. 1. p. 436.) vertatur: *blandis verbis compellavit*, de qua notione expositum est a me in *Lexico* N. T. s. h. v. Hinc etiam in *Compl.* pro *ἠγάπα* legitur *ἔπεισε* e glossemate, aut potius ex alio interprete, quem expressit *Vulgatus*, qui habet: *persuasitque illi*. V. infra s. פתה. - *חָטָא *peccare*. Hos. VIII, 11. *θυσιαστήρια ἠγαπημένα* pro aris exstructis ad peccandum. Nimis arguta est coniectura *Bahrdtii*, qui putat, hanc versionem ortam esse ex *Vulgato* interprete, ubi aliquis legisse ei videtur *dilecta* pro *delicta*, et inde illud *ἠγαπημένα* inseruisse. Mihi sensum paulo liberius expressisse videntur. Satis enim constat, idolorum cultum, de quo explicanda est h. l. vox חָטָא, in literis sacris haud raro cum libidine venerea comparari. Conf. Hos. IX, 10. - חָפֵץ *delector*. 1 Sam. XIX, 2. sec. *Compl.* ubi tamen *ἠγάπα* (quod *Montfauconius* invenit in margine Cod. *Regii*) non esse videtur LXX Intt., sed alius interpretis. Esther. VI, 9. Psalm. L, 7. - *כִּלְכֵּל Pihel a כול *sustento*. *Aqu. Symm. Ed. Vta et VIta* Ps. LIV, 21. sed, ut iam recte observavit *Doederleinius* in *Scholiis ad libros poeticos V. T.* ad h. l., non dubitandum est, quin *τὸ ἀγαπήσει σε* ad יְהָבְךָ (pro quo vel יאהבך vel יחבך legerunt a חבב *amare*) potius quam ad יְכַלְכְּלֶךָּ referendum sit. - מָשׂוֹשׂ *exultatio*. Ier. XLIX, 24. - נָדַד *fugere*. *Symm.* Psalm. LXVII, 13. ידודן *ἠγαπήθησαν*. Interpretatus est ex significatione יָדִיד, quod *dilectum* significat. Arab. ودّ *amavit*. - עָשָׂה *facio*. Ps. CXVIII, 165. *καὶ τὰς ἐντολάς σου ἠγάπησα*. Ita אָהַב ib. v. 47. 112. 158. etc. - פִּתָּה Pihel, *blandior*, *blandis verbis compello, et incito ad aliquid*. Ps. LXXVII, 36. *Grabius* in *Prolegg. ad LXX* (T. IV. c. 4. §. 1.) pro *ἠγάπησαν* substituit *ἠπάτησαν*. *Agellius* quoque in Comment. ad h. l. LXX *ἠπάτησαν* scripsisse putat, sed posteriores religione permotos substituisse *ἠγάπησαν*. At vanam esse hanc coniecturam, partim docent ea, quae sunt a me s. v. הֵסִית supra prolata, partim ipsa vox hebr. פתה, quae in Pihel notat *blandiendo allicere* s. *pellicere*, adeoque h. l. blandis verbis favorem Dei captare velle. Idem quoque est in formula: *ἀγαπᾶν ἐν τῷ στόματι*, h. e. amorem et fidem verbo tenus profiteri. *Vul-*

gatus habet *illexerunt*, ubi putet aliquis eum scripsisse *dilexerunt*. - *הִצְלִיחַ *prosperavit, secundavit*, Hiph. a צָלַח Prov. XXVIII, 13. sec. *Hex.* et notas ed. *Rom.*, sed, ut *Montf.* T. II. p. 391. recte monuit, ἀγαπηθήσεται respondet potius sequenti יְרֻחָם. - קָנָה *acquiro*. Prov. XV, 32. (al. XVI, 5.) ἀγαπᾷ ψυχήν. Ex *Iaegeri* ad h. l. sententia videtur interpres adscivisse notionem τοῦ קַנֵּא *aemulatur et affectat vitam*, h. e. studiose appetit. Mihi vero sensum expressisse videtur. - רָחַם *intime diligo, misereor*, et in Piial *misericordia afficior*. Ps. XVI, 1. Prov. XXVIII, 13. ubi v. supra ad הצליח. Ies. LX, 10. Zach. X, 6. - רָצָה *delector*. 1 Par. XXIX, 17. - שָׁמַר *servo, custodio*. Prov. XXVIII, 4. Dan. IV, 25. sec. Cod. *Chisianum* τούτους τοὺς λόγους ἀγάπησον, hos sermones benigne accipe, ac memori pectore conde. - Praeterea legitur Ies. III, 24. ubi nihil exstat in textu hebraico, et Prov. XXVIII, 17. ubi verba παίδευε — παρανόμῳ ex c. XXIX, 17. 18. desumta esse iam ante *Grabium* observavit *Drusius Anim.* II, 32. et loco ἀγαπήσει iudice *Iaegero* legendum est ἀναπαύσει. — Sir. VII, 35. ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ἀγαπηθήσῃ. *Vulg.* in dilectione firmaberis, ubi non legit ἀγαπήσεις, modo dilectionem non activam, sed passivam accipias. Sirac. XXX, 22. ἀγάπα τὴν ψυχήν σου, tui ipsius curam habe.

'ΑΓΑΠΩ'ΜΕΝΟΣ, *dilectus*. אָהוּב part. Pahul. id. Neh. XIII, 26. - יָחִיד *unicus, unigenitus*, et ex adiuncto *admodum dilectus*. Prov. IV, 3. 1 Macc. VI, 11. ubi ἀγαπώμενος *Houbigantio* est *contentus*, *cui nihil deest, qui sibi placet in sua vitae conditione*. Equidem mallem: *magni aestimatus*.

'ΗΓΑΠΗΜΕ'ΝΟΣ, *dilectus, amatus*. אָהֹב Infin. Hos. IX, 10. ἐγένοντο οἱ ἐβδελυγμένοι ὡς οἱ ἠγαπημένοι, ubi non legerunt כְּאֹהֲבִים, ut *Capello* placuit, sed versio haec ita optime cum textu hebr. conciliari potest, si כאהבם reddamus: *sicut amor* vel *amores eorum*, qui erant Dii alieni, quorum cultui se addixerant Israelitae. Ita autem potest reddi, sive אהבם sumamus pro nomine ab אהב formae קֹדֶשׁ, sive pro infinitivo, qui saepe sumitur pro nomine. Conf. *Buxtorfii Anticrit.* p. 630 sequ. - אֹהֵב partic. Ben. 2 Par. XX, 7. - אָהוּב Partic. Pahul. Deut. XXI, 15. 16. - נאהב Partic. Niph. 2 Sam. I, 23. ἠγαπημένοι, se invicem diligentes. - יָדִיד *dilectus, amicus*. Deut. XXXIII, 12. Ies. V, 1. - יְדִידוּת *dilectio*. Ier. XII, 7. - *יְשֻׁרוּן nomen populi Israelitici LXX Ies. XLIV, 2. secundum *Hieronymum*: *Isurun verbum hebraicum, quod caeteri* εὐθύτατον s. εὐθῆ, *i. e. rectissimum s. rectum, interpretati sunt. Soli* LXX *dilectissimum, iungentes de suo Israel* etc. - *הַבְהָב *donum*. Hos. VIII, 13. ubi legerunt מִזְבְּחֵי אֲהָבַי כִּי. - חָטָא *peccare*. V. supra s. v. ἀγαπάω. - שַׁעֲשֻׁעִים *deliciae*. Ies. V, 7. - שִׂרְיוֹן nomen proprium montis. Ps. XXVIII, 6. Deduxerunt a שׁוּר *considerare, diligenter curare*, aut potius re-

spexerunt notionem *diligendi*, quam arab. شرا habet. (Arab. شراشر *amoris affectus*, et* سرير *gratia.*) *Vulg.* *dilectus.* Non opus itaque est statuere, eos יְשֻׁרוּן legisse. – *שׁוֹשַׁנִּים *lilia.* *Theodot.* Ps. XLIV, 1. Sed loco ἠγαπημένοις apud *Theodot.*, qui LXX Intt. sequi solet, sine dubio scribendum est ἠλλαγμένοις, ut legerit שֹׁנִים *mutati* a שָׁנָה.

ἈΓΑ'ΠΗ, *amor, dilectio.* *אֳהָבִים *amores*, spec. *furtivi ac illiciti.* *Aqu.* *Theod.* Prov. VII, 18. *Vulg.* *cupitis amplexibus.* – אַהֲבָה *amor, dilectio.* 2 Sam. XIII, 15. Cant. II, 4 et 5. τετρωμένη ἀγάπης, amore languens. Ibid. v. 7. ἀγάπην, dilectam, pro ἠγαπημένην, coll. III, 5. et VII, 6. – *דֹּדִים *amores.* *Symm.* Ezech. XVI, 8. ubi de *amore coniugali* dicitur. – *חֶבְיוֹן *absconsio, occultatio.* LXX sec. *Compl.* Hab. III, 4. Derivarunt non a חָבָא *abscondere*, sed a חָבַב *impense diligere.* V. infra s. v. ἀγάπησις.

ἈΓΑ'ΠΗΣΙΣ, *amor, dilectio, necessitudo amatoria.* אַהֲבָה idem. 2 Sam. I, 26. Ier. XXXI, 3. ἀγάπησιν αἰώνιον ἠγάπησά σε, amavi te amore aeterno. Hos. XI, 5. Zeph. III, 18. – חֶבְיוֹן *absconsio, occultatio.* Hab. III, 4. Non autem legerunt אַהֲבָה, ut *Trommius* coniecit, sed putarunt חָבָה et חָבַב idem significare, nempe *diligere*, quemadmodum רָבָה et רָבַב, et alia sexcenta eiusmodi. Conf. supra s. v. ἀγάπη. — Sirac. XLVIII, 11. ἐν ἀγαπήσει κεκοσμημένοι, amicitia tua condecorati sunt. Sir. XVIII, 14. ubi, commate posito post τὸ φῶς, vox ἀγαπήσεως cum οὐκ ἄνεσιν coniungenda est, hoc modo: non dimittit ex amore, h. e. semper amat.

ἈΓΑΠΗ'ΣΕΙ ἈΓΑΠΩ'ΜΕΝΑΙ, *amore amatae*, הַב הַב. Prov. XXX, 15. Vide supra s. v. ἀγαπάω.

ἈΓΑΠΗΤΟ'Σ, *amatus, dilectus, carus, unicus.* *אָח, *frater.* *Inc.* *Ier.* XXII, 18. Sic אָח sumitur 2 Sam. I, 26. – *בַּת, *filia.* *Inc.* Cant. VII, 6. hebr. בַּתַּעֲנוּגִים, *in deliciis*, transtulit: ἀγαπητὴ ἐν σπατάλαις, *dilecta in deliciis.* Legit divisim בַּת עֲנוּגִים. – דּוֹד *amor, dilectus.* *Symm.* Cant. I, 13. LXX Ies. V, 1. – יְדִיד, *dilectus.* Ps. XLIV, 1. LXXXIII, 3. ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, quam suaves sunt tuae habitationes. – *יְדִידְיָה cognomen Salomonis. *Symm.* 2 Sam. XII, 25. – יָחִיד *unicus* et *admodum dilectus.* Gen. XXII, 2. λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, sume filium tuum unicum, unice dilectum. *Aqu.* ibi habet μονογενῆ. Ita *Homerus* Il. ζ, v. 401. ἀγαπητὸν iuxta *Scholiastam* dixit μονογενῆ. Vnde *Hesych.* Ἀγαπητὸν, μονογενῆ, κεχαρισμένον. Sic et *Pollux* l. III. c. 2. Καλοῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητὸς ὁ μόνος ὢν πατρὶ ἢ μητρὶ, ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ ἡ μονογενὴς, καθ' Ἡσίοδον. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Gen. XXII, 12. 16. Iud. XI, 34. Ierem. VI, 26. – יַקִּיר *pretiosus.* Ier. XXXI, 20. – מְאַהֵב part. Pihel *amans, amator.*

Zach. XIII, 6. – נָדַד *fugere. Symm.* Ps. LXXII, 13. ידודון, ubi tamen verba ἀγαπητοὶ ἐγένοντο non ab ipso *Symmacho* profluxisse, sed meram interpretationem *Eusebii* ad praecedens ἠγαπήθησαν pertinentem continere mihi videntur. In Commentario *Theodoreti* verba ἀγαπητοὶ ἐγένοντο in textu quidem reperiuntur, desunt autem in Cod. 2. Caeterum confer supra ad ἀγαπάω s. h. v. – Sir. XV, 13. οὐκ ἀγαπητὸν per miosin, *odibile, exsecrabile.*

*'ΑΓΑΠΗΤΩ͂Σ, *grate, amabiliter, libenter.* Reperitur in prologo *Siracidae*, qui est in editione *Complutensi.* Conf. *Locellam* ad *Xenoph. Ephes.* p. 258.

*'ΑΓΑΥΡΙ'ΑΜΑ, *elevatio animi.* Ier. XXXI, 2. sec. cod. Alex. ubi nihil in textu respondet. *Zonaras:* ἀγαυρίαμα, ἔπαρμα. Vide *Intt.* ad *Hesych.* s. h. v. Legitur quoque Iob. XIII, 12. in ed. *Compl.* pro vulgari γαυρίαμα, et Bar. IV, 34. *Breit.*

'ΑΓΓΕΙ͂ΟΝ, *omne quo aliquid recondi ac asservari solet ac potest, vas, receptaculum,* unde apud Medicos Vett., v. c. *Galenum*, de venis adeo, quae sunt receptacula sanguinis, teste *Budaeo* usurpatur. אָסוּךְ *lecythus, vas.* 2 Reg. IV, 2. sec. *Compl.* ἀγγεῖον ἐλαίου, ubi, ut obiter moneam, duae versiones coaluerunt. – בּוֹר *cisterna.* Prov. V, 15. ubi ἀγγεῖον de cisterna, aut fovea, qua continetur aqua, adhibetur. – טֶנֶא *canistrum. Aqu.* Deut. XXVI, 2. – כִּכָּר *tracta, placenta.* 1 Sam. X, 3. τρία ἀγγεῖα ἄρτων, tria *canistra* (1 Sam. IX, 7.) panum. Ita enim placuit h. l. interpreti vertere, sine dubio ob sequentia. – כְּלִי *vas.* Gen. XLII, 25. ἀγγεῖα, *saccos,* coll. XLIII, 11. Ier. XIV, 3. *aquarum receptacula.* Ibid. XLVIII, 38. ὡς ἀγγεῖον, ad instar vasis inutilis, aut, ut etiam verti potest, *facillimo negotio*, ὡς ἀγγεῖον ὀστράκινον, coll. XXXII, 14. – נֵבֶל *uter,* etiam *lagena*, et *urceus fictilis.* 1 Sam. XXV, 18. ἀγγεῖα οἴνου. Ies. XXX, 14. ἀγγείου ὀστρακίνου. Thren. IV, 2. – *פֶּה *os. Symm.* 2 Reg. XXI, 6. ὥσπερ ἀγγεῖον, ubi vel בּוֹר legit, vel, quia hebraismum *os ad os* in versione sua retinere nolebat, similitudinem aliquam, sensum formulae loquendi hebraicae exprimentem, nec male, posuit. Est autem similitudo desumta a vase aut alio receptaculo ita fluido repleto, ut fere effluat. — Sir. XXI, 15. *Syrus* ibi per *cisternam* exprimens alia imagine usus est, sensu tamen eodem. 1 Macc. VI, 53. βρώματα δὲ οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀγγείοις, ubi *Grotius* de *saccis* inepte cogitat: sed τὰ ἀγγεῖα sunt sine dubio h. l. *cellae frumentariae, horrea, receptacula frumenti aliorumque alimentorum,* quod apud nos *Frucht-Magazine.* Caeterum loco ἀγγείοις Cod. *Alex.* ἁγίοις habet, quae lectio commate sequenti egregie confirmatur, pro quo libri latini *in civitate,* ἐν τῇ πόλει, habent.

'*ΑΓΓΕΛΙ'Α*, *nuncium, annunciatio*, etiam *illud ipsum, quod annunciatur.* דָּבָר *verbum.* Prov. XII, 26. ἀγγελία ἀγαθὴ nuncius laetus. – טַעַם *gustus, sapor*, it. *ratio.* Prov. XXVI, 16. Legit e sententia *Iaegeri* שֶׁמַע animum referens ad c. XXV, 25. ut sermo ei sit de legato sollerti, legationem cumulate ad commodum voluntatemque regis obeunte. – *מְלָאכָה *factum insigne. Aqu.* Ps. LXXII, 28. ubi ἀγγελίαι notant *ea quae annunciari merentur*, h. e. facta insignia. Vox מְלָאכָה quoque proprie *legationem* notat, a לָאַךְ *mittere.* – עֶגְלָה *vitula.* Ier. XLVIII, (XXXI,) 34. Vox σιλεσίαν, quae proxime ἀγγελίαν sequitur, clare docet, LXX subst. עגלה, ut hebraice iacebat, graecis literis singularique modo expressisse. Male itaque *Kircherus* famam reddit. Secundum *Cappellum* in *notis critt. ad V. T.* p. 535. scripserant procul dubio LXX ἐγγελὰ, quod mutatum postea fuit in ἀγγελία. – *צִיר *legatus.* Ier. XLIX, (XXIX,) 14. *Symm.* secundum *Cyrillum*, ubi ἀγγελία pro ἄγγελος positum est, quod LXX habent. Abd. 1. – שְׁמוּעָה *auditio, fama. Inc.* Ps. CXI, 6. LXX 2 Sam. IV, 4. Prov. XXV, 26. Ies. XXVIII, 9. ἀνηγγείλαμεν ἀγγελίαν. Ez. VII, 26. XXI, 7. — Sap. V, 9. ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα, ubi ἀγγελία *famam, rumorem* notat. *Vulg.* tanquam *nuncius* percurrens. Conf. *Polyb.* III, 61. 8. *Phavor.* ἀγγελία· ἀκοὴ, φήμη. *Hesychius* explicat ἄγγελμα, ἀκοή.

"*ΑΓΓΕΛΟΣ*, *angelus, legatus, nuncius.* אַבִּיר *potens*, et generatim *praestans, eximius.* Ps. LXXVII, 29. ἄρτον ἀγγέλων, h. e. vel panem divinitus missum ex sententia Iudaeorum, vel panem s. cibum praestantissimum ex usu loquendi S. S. quae vocem ἄγγελος aliis substantivis addere solet ad summam rei praestantiam indicandam. Confer *Lexic. N. T.* s. h. v. – *אִישׁ *vir.* Gen. XXXII, 24. LXX sec. *cod. Cotton.* et *Iustin. M. Dial. c. Tryph. Iud.* p. 281. A glossemate sc. in textum illato. Conf. *Grabe Diss. de Vitiis LXX Intt.* etc. p. 36 sequ. Adde Gen. XIX, 6. – אֵל *Deus.* Iob. XX, 15. ex opinione Iudaeorum, qui Deum angelorum ministerio haud raro uti existimant. Huc pertinet quoque locus Ies. IX, 6. ubi verba μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, in cod. *Vat.* ex Iudaeorum officina profecta esse *Starckius* in *Carminibus Davidis* etc. Vol. I. p. 156 sequ. iudicavit. – אֱלֹהִים *Deus.* Gen. XXXI, 24. V. supra ad אֵל a me notata. Ps. VIII, 6. XCVI, 8. et CXXXVII, 1. ad quae loca recte intellegenda observandum est, אלהים in universum *colendum* significare, et quandoque in V. T. speciatim de *angelis* adhiberi. – *אֱלָהִין Chald. *Deus.* Dan. II, 11. sec. *Chis.* – בֵּן *filius.* בנים *filii* cum respectu ad Deum. Gen. VI, 2. sec. Cod. *Alex.* ad quem locum vide *Scharfenberg. Prol. de Iosephi et Vers. Alex. Consensu* p. 23. Deut. XXXII, 8. ubi vide quae ad h. l. observavit *Hodius* de *Bibl. text. orig.* p. 113. qui vult LXX ita transtulisse in gratiam Aegy-

ptiorum, qui septuaginta gentibus totidem angelos s. numina praefuisse existimabant. V. *Millii Diss. Selectas* p. 375 et 381. Iob. I, 6. et XXXVIII, 7. ubi suam opinionem secuti ita transtulerunt LXX. - *בַּר *filius* Chald. cum respectu ad Deum Dan. III, 92. (25.) sec. *Chis.* - חֶרֶב *gladius.* Iob. XL, 14. Sic quoque *Itala* et Latini. Loco ὑπὸ τῶν ἀγγέλων legendum videtur ὑπὸ τῶν λογχῶν, ut quoque rescribendum est in fragmentis *Theodotionis* Iob. XLI, 24. Ex sententia *Doederleinii Bibl. Theol.* T. I. p. 18. LXX vel libere verterunt vel legerunt הרביו aut אביריו, ac *Theodotion* pro לבלי habuit לברי aut לבני. - *יְהֹוָה Exod. IV, 24. ubi vide supra a me ad אֵל observata. - מַגִּיד part. Hiph. *annuncians* a נגד. 2 Sam. XV, 13. - מַלְאָךְ *legatus, nuncius.* Gen. XVI, 7. Exod. III, 2. Adde locis a *Trommio* laudatis 1 Sam. XXV, 42. sec. *Complut.* ubi reliqui libri παίδων habent. - מַלְאָכִי nomen proprium prophetae. Malach. I, 1. - מַלְאֲכוּת *legatio.* Hagg. I, 13. - מֶלֶךְ *rex.* 2 Reg. VII, 17. Sine dubio legit מַלְאָךְ, quae lectio quoque in textum recipienda est; nam per τὸν ἄγγελον esse *Prophetam* Elisam intellegendum, e commate 1. luculenter apparet. - עֶבֶד *servus, minister.* Ies. XXXVII, 24. Sunt autem per עבד h. l. ministri regis, aut eius legati intellegendi, nempe Rabsaces, coll. XXXVI, 1. - עֶבְרָה *excandescentia.* Iob. XL, 6. ubi per ἀγγέλους (in qua voce *Drusius* admodum haesitavit) intellegenda sunt *omnia, quibus ira ac furor se exserit*, et loco ὀργῇ fortasse reponendum est ὀργῆς. - *עֵדֶר *grex.* Iud. V, 16. ut expressum legitur in *Bibl. Polygl. Londin.*, ubi tamen iam *Flam. Nobilius* recte monuit legendum esse ἀγελῶν, (ut nunc recte scribitur in edit. *Bosiana*) quem etiam secutus est *Cappellus.* Non opus itaque est statuere, eos pro עדרים legisse עִירִים, quod *vigiles* et *angelos* significat. - עִיר Chald. *vigil* et *legatus. Theodot.* Dan. IV, 10. ubi *Aqu.* et *Symm.* habent ἐγρήγορος. Vide ad h. l. *Scharfenberg.* - *צַר *angustia.* Ies. LXIII, 9. Permutarunt צר cum ציר. - צִיר *legatus, nuncius,* a celeriter eundo, coll. ܨܳܪ *ivit, profectus est.* Prov. XIII, 18. XXV, 13. Ier. XLIX, 13. - *שַׂר *princeps.* Dan. X, 21. XII, 1. sec. *Chis.* Sermo enim ibi est de Michaele Archangelo. — Iudith I, 11. III, 1. ubi *nuncium quemlibet* notat. 3 Esdr. I, 50. 51. ubi *prophetae*, speciatim Ieremias, appellantur ἄγγελοι κυρίου, et ἄγγελοι κυρίου ac προφῆται invicem permutantur. 1 Macc. I, 44. et V, 14. ubi vid. *Syrus.* 2 Macc. XI, 6. ἄγγελον ἀγαθὸν numen auxiliare, aut auxilium simpliciter.

"ΑΓΓΕΛΟΙ "ΑΓΓΕΛΟΙ, אֵשׁ דָּת, *ignis legis*, h. e. *lex ignea.* Deut. XXXIII, 2. Legit sine dubio מְשָׁרֵת *minister*, quod de angelis interpretatus est. — Δι' ἀγγέλου, *per nuncium.* ביד *per manum*, i. e. manu et ministerio. Prov. XXVI,

6. δι' ἀγγέλου ἄφρονος ἀποστείλας λόγον, ministerio insipientis nuntium mittens. — Τιτρώσκομαι ὑπὸ ἀγγέλων, *vulneror ab angelis vel nunciis.* בַּקְּדֵשִׁים *inter cinaedos* Iob. XXXVI, 14. ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν τιτρωσκομένη ὑπὸ ἀγγέλων. Fortasse legit קְדוֹשִׁים, quod de angelis interpretatus est. *Semlerus* reponere maluit ἁγίων.

"ΑΓΓΙΣΤΡΟΝ. Vox haec legitur 1 Reg. VII, 40. apud *Aqu.* et *Symm.* pro hebr. יָעִים. Certe ita edi iussit in *Hex. Montf.*, qui, ἄγγιστρον idem quod ἀγγείδιον significare ratus, male divinando vertit *vasculum.* Sed recte monuit *Kreyssigius* in *Symbolis* ad *Bielii Thes.* P. I. p. 5. ἄγκιστρα, *hamos*, reponendum esse. Nam 2 Reg. XXV, 14. vocabulum hebr. יָעִים, quo *palas, quibus cinis ab altari removebatur*, Exod. XXVII, 3. notari constat, *Aquila* perperam ἄγκιστρα, *Symmachus* autem ἀναληπτῆρας reddidit.

"ΑΓΓΟΣ, *vas*, instrumentum quodlibet idoneum ad res ferendas, ἀπὸ τοῦ ἄγειν ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ φέρειν sec. *Phavor.* כְּלוּב, *canistrum, corbis.* Amos VIII, 1. 2. ἄγγος ἰξευτοῦ, ubi tamen ἄγγος *rete* significat. — כְּלִי *vas.* Lev. XI, 33. ἄγγος ὀστράκινον, coll. Ier. XIX, 11. Ezech. IV, 9. Deut. XXIII, 26. et 1 Reg. XVII, 10. — צַפַּחַת, *ampulla, lecythus. Aqu.* 1 Sam. XXVI, 11. Confer *Antonin. Lib. Metam.* c. 10. ibique Intt.

*"ΑΓΕ, adverbium *hortandi* et *compellandi, age, agedum*, ab ἄγω. הוֹאֵל, *velis.* Iud. XIX, 6. ἄγε δὴ αὐλίσθητι. Adde 2 Reg. IV, 24.

'ΑΓΕΛΑΙ'ΟΣ, *gregarius, vilis, trivialis.* 2 Macc. XIV, 23. τοὺς δὲ συναχθέντας ἀγελαίους (i. q. ἀγεληδὸν) ὄχλους ἀπέλυσε, copias instar gregum atque armentorum collectas dimisit.

'ΑΓΕ'ΛΗ, *grex.* גְּדֵרָה, *caula, septum.* 1 Sam. XXIV, 4. ubi non aliter legisse censendus est. Sensus enim redit eodem. — עֵדֶר, *grex.* 1 Sam. XVII, 34. Prov. XXVII, 23. Cant. I, 6. IV, 1. ubi ἀγέλαι positum est pro ἀγελῶν aut ἀγέλης, quemadmodum v. 1. περιστεραὶ positum est pro περιστερῶν. Eadem observatio valet quoque de loco VI, 4. 5. — שִׁפְעָה, *agmen.* Ies. LX, 6.

'ΑΓΕΛΗΔΟ'Ν, *gregatim, turmatim, catervatim.* 2 Macc. III, 18. ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀγεληδὸν ἐξεπήδων. Ibid. XIV, 14. ἔθνη συνέμισγον ἀγεληδὸν τῷ Νικάνορι. *Polyb.* XXXIV, 2. 14. *Hesych.* Ἀγεληδὸν, ἠθροισμένως, ἰδίως ἀγέλη. Idem fere tradit *Phavorinus.*

'ΑΓΕΡΩΧΙ'Α, *superbia, iactantia, insolentia.* Sap. II, 9. μηδεὶς ἡμῶν ἄμοιρος ἔστω τῆς ἡμετέρας ἀγερωχίας, h. e. quisque nostrum expromat suam petulantiam, insolentiam et superbiam. Ita vulgo hic locus vertitur, ubi tamen ἀγερωχία quoque de *luxuria, vita molli ac voluptuosa* explicari potest

Introducuntur enim loquentes h. l. homines voluptatibus gulaeque unice dediti, et sequitur πανταχῇ καταλείψομεν σύμβολα τῆς εὐφροσύνης. Non male itaque *Vulgatus* vertit: *nemo nostrum exsors sit luxuriae nostrae.* Favet quoque huic explicationi etymologia vocis deducendae ab ἀγείρω ὀχὴν, τοῦτ᾽ ἐστὶ τροφὴν, teste *Hesychio* et auct. *Etym. M.* 2 Macc. IX, 6. ὁ δὲ οὐδαμῶς τῆς ἀγερωχίας ἔληγεν, ille vero arrogantia et insolentia sua nullo modo desistebat, unde additur: ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεπλήρωτο. 3 Macc. II, 3. *Alciphron* lib. I. Ep. 6. p. 26. πέπαυσο τῆς ἀγερωχίας, et lib. III. Ep. 27. p. 334. οὐ παύσῃ, τάλαινα, τῆς ἀγερωχίας. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ʼΑγερωχείας, ὑπερηφανίας. *Gloss. MS.* τῆς Παναρέτου. ʼΑγερωχίας, ὑψηλοφρονίας.

*ʼΑΓΕʹΡΩΧΟΣ, *superbus, insolens.* Vox haec, a *Bielio* omissa, legitur 3 Macc. I, 25. τὸν ἀγέρωχον αὐτοῦ νοῦν ἐξιστάνειν, insolentem eius animum percellere. *Polyb.* lib. X. c. 35. sect. 8. iunxit ἀγερώχως et λίαν ὑπερηφάνως, et lib. XVIII, 17, 3. ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἠπάντα, superbius cum iis egit seu eos excepit. – *Hesych.* ἀγέρωχος· γαῦρος, πάνυ τετιμημένος, ἢ ὑπερήφανος. V. *Bretschneideri Spicil. Lex. Biel.* p. 19.

ʽΑΓΙΑʹΖΩ, *a communi usu separo et in peculiarem, maxime sacrum usum secerno, sanctifico, consecro* etc. הִזִּיר Hiph. a נָזַר, *separare.* Num. VI, 12. – כִּפֶּר Pihel et Pyhal, *expio, expior.* Exod. XXIX, 33 et 36. – קָדַשׁ in permultis locis, e quibus pauca tantum inprimis notabilia proferam. Gen. II, 3. ἁγιάζειν ἡμέραν, diem sacrum ac faustum esse velle ac ita quasi separare a reliquis. *Theodoretus* ad h. l. ἡγίασεν ἀντὶ τοῦ ἀφώρισεν τέθεικε. Lev. XXVII, 26. sec. *Compl.* οὐχ ἁγιάσει οὐδεὶς αὐτό: ubi ἁγιάζειν notat: *alii usui destinare.* Opponitur enim τῷ κυρίῳ εἶναι, unde apparet, quid sibi velit illud ἀλλάξει in *Oxon.*, quod in ἁγιάζει mutare nollem. Num. VI, 11. ubi ἁγιάζειν ad imitationem hebr. קָדַשׁ *purgare, mundare* notat. Conf. et Ios. III, 5. ubi ἁγιάζειν in libris veteribus cum ἁγνίζειν permutatur. 1 Sam. VII, 1. ubi pro ἁγιάζειν in *Alex.* ἀναγκάζειν legitur, de quo infra dicendi locus erit. 2 Reg. XI, 4. αὐτὴ ἁγιαζομένη ἀπὸ ἀκαθαρσίας, et illa *purgabat* se ab immunditie. ʽΑγιάζεσθαι enim est h. l. i. q. ἀπολούεσθαι, qua ipsa voce *Aqu.* h. l. usus est. Confer Lev. XVI, 19. Ies. XXIX, 23. ἁγιάζειν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, *celebrare* nomen divinum, honorem debitum ei exhibere, coll. Ez. XX, 41. XXVIII, 25. ἁγιασθήσομαι, sanctitatem meam manifestabo. Ibid. XXXVIII, 23. ἁγιάζεσθαι et ἐνδοξασθῆναι coniunguntur. Ioel. I, 14. et II, 15. ἁγιάσατε νηστείαν, *proclamate* ieiunium ritu sollemni et sacro. (coll. 2 Reg. X, 70. ubi ἁγιάζειν per κηρύσσειν explicatur. Confer *Drusii anim.* l. I. c. 19.) Ibid. v. 16. ἁγιάσατε ἐκκλησίαν, *indicite* conventum, et III, 9. ἁγιάσατε πόλεμον, parate bellum. coll. Mich. III, 5. Inde

Hesychius: ἁγιάσατε, κηρύξατε. *Suidas:* ἁγιάσατε, προευτρεπίσατε, κηρύξατε. – קָדוֹשׁ *sanctus.* 2 Par. XXV, 3. Ies. X, 17. καὶ ἁγιάσει αὐτὸν, ubi pro וּקְדוֹשׁוֹ legit sine dubio וַיְקַדְּשׁוֹ. Ps. XLV, 4. ἡγίασε. Legit קִדֵּשׁ. Ies. XLIX, 7. – קֹדֶשׁ *sanctitas.* Prov. XX, 25. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι, periculosum est praecipitanter aut inconsiderate *vota facere.* *Aqu.* ibidem habet καταπίεται ἡγιασμένος, ubi legere mallem καταπίνεσθαι ἡγιασμένους. Certe *Vulgatus* habet *devorare sanctos,* h. e. vota praecipitare. – Reperitur quoque haec vox in nonnullis locis, v. c. Exod. XL, 8. Lev. VIII, 11. et Num. XXVII, 14. ubi nihil ei in textu hebraico respondet. De voce ἁγιασθῶσι in Cod. Chisiano Dan. XII, 9. obvia vide *Segaar Observatt.* p. 86 sequ. — Sir. XIV, 16. ἁγίασον τὴν ψυχήν σου, quod *Tigurina* transtulit: dum sanctam conserves animam tuam, aut, ut ego interpretari mallem: ita sanctam conservabis animam tuam. – Ibid. XXXV, 8. ἁγίασον δεκάτην, ubi conf. *Vorstium de hebraismis N. T.* ed. *Fischeri* p. 208. Ibid. XLV, 5. ubi ἁγιάζειν in sequentibus explicatur per ἐκλέγεσθαι ἐκ πάσης σαρκὸς, et, ut obiter moneam, loco αὐτοῦ reponendum est αὐτὸν, sc. Mosen. Ita habet quoque *Cod. Alex.* Confer quoque Iudith. XI, 13. et 3 Macc. II, 9. 2 Macc. I, 25. ἁγιάσας est idem, qui in antecedentibus dicitur ὁ ποιήσας ἐκλεκτούς.

ἩΓΙΑΣΜΕ'ΝΟΣ, *sanctificatus, consecratus.* מְקֻדָּשׁ Partic. Pyhal. 2 Par. XXVI, 18. τοῖς ἡγιασμένοις, hanc in rem consecratis s. quorum hoc munus est et officium. Esdr. III, 5. ubi de diebus festis sermo est. – מָקוֹם, *locus.* 1 Sam. VI, 16. οἱ ἡγιασμένοι, scil. τόποι, h. l. loca seu oppida, quae ad iudicia annua destinata erant. Conf. antecedentia. – נָזִיר, *Nasiraeus.* Amos II, 12. V. supra s. v. ἁγιάζω. – קָדוֹשׁ, *sanctus.* Deut. XXXIII, 3. οἱ ἡγιασμένοι, qui ad populum Israeliticum Deo sacrum pertinent. – קֹדֶשׁ, *sanctitas.* *Aqu.* et *Symm.* 1 Reg. VI, 16. LXX Levit. XVI, 4. 2 Paral. 29. 33. Dan. XII, 7. ubi videndus *Segaar.* Adde *Symm.*, qui Ps. LXVII, 5. ἡγιασμένῳ pro ἁγίῳ LXX habet.

ΤΟ' ἩΓΙΑΣΜΕ'ΝΟΝ, *sanctificatum.* מִקְדָּשׁ, *sanctuarium.* Num. XVIII, 29. τὸ ἡγιασμένον ἀπ' αὐτοῦ partem mihi sacram adeoque optimam.

ΤΑ' ἩΓΙΑΣΜΕ'ΝΑ, *sanctificata.* בַּדִּים plur. a בַּד, *vectes.* 1 Reg. VIII, 8. ubi sine dubio respexerunt notionem *separandi,* quam vox בָּדַד, arab. بدّ, habet cum derivatis. – מְקֹמוֹת plur. a מָקוֹם, *loca.* 1 Reg. VII, 16. ubi nonnullis loco המקמות legisse videntur המקדשות. Loco ἐν πᾶσι τοῖς ἡγιασμένοις τούτοις *Compl.* habet ἐ. π. τ. ἡ. τόποις τούτοις, ubi ἡγιασμένοι τόποι sunt loca vel oppida, quae ad iudicia annua destinata erant, de quibus in antecedentibus sermo erat. Vide infra

s. v. ἅγιος ad h. l. - נְזִירִים plur. a נזיר, *Nasiraeus.* Lev. XXV, 11. - קֹדֶשׁ sing. et plur. Lev. XX, 3. Num. V, 9 et 10.

ʼΗΓΙΑΣΜΕʹΝΑ ʺΑΓΙΑ, *sanctificata, sancta.* קֹדֶשׁ, קֳדָשִׁים. Num. XVIII, 9.

ʼΗΓΙΑΣΜΕʹΝΟΝ ʺΟΝΟΜΑ, *sanctificatum nomen.* מִקְדָּשׁ, *sanctuarium.* Lev. XXI, 12.

*ʽΑΓΙʹΑΣΜΑ, *sanctuarium, templum,* it. *sanctificatio, sanctitas.* הִנָּזֵר Inf. Niph. a נזר *separare.* Zach. VII, 3. - *זֶבַח, *sacrificium. Inc.* Exod. XXIII, 18. ἁγιάσματος, quae lectio haud scio an suborta sit ex θυσιάσματος, quod alii libri exhibent. K. - מָעוֹן *habitaculum.* 2 Par. XXXVI, 15. Scilicet habitaculum Dei est descriptio templi h. l. - מִקְדָּשׁ idem. Ex. XV, 14. 1 Par. XXIII, 19. οἰκοδομήσατε τὸ ἁγίασμα κυρίῳ. Ps. XCV, 6. Ies. LXIII, 18. Ez. XI, 16. ἔσομαι αὐτοῖς εἰς ἁγίασμα, exorabilem me ipsis sum praebiturus. Dan. XI, 31. ἁγίασμα δυναστείας, sanctuarium bene munitum. Amos VII, 13. ἁγίασμα βασιλέως, regis sacellum. - נְזִירִים plur. a נזיר, *Nasiraeus.* Lev. XXV, 5. τὴν σταφυλὴν τοῦ ἁγιάσματος, uvas vitium separatarum. ubi τοῦ ἁγιάσματος a *Vulgato* non male per *primitiarum* explicatum est, sed vere notat *terram sepositam extra usum eo tempore,* ut *Grotius* recte observavit. - נֵזֶר *separatio, nasireatus,* etiam *corona. Inc.* et LXX 2 Reg. XI, 12. sec. *Compl.* ubi non aliter legerunt, sed aut respexerunt notionem *separandi* ac *sacrandi,* quam habet vox נֵזֶר, ut vel e Lexicis notum est, aut liberius verterunt. Nam corona et diadema est ornamentum regibus proprium, quo separantur a reliquis hominibus, ut adeo ἁγίασμα h. l. illud ipsum significet, quod vim habet separandi aut aliquam personam sacrosanctam ac venerabilem reddendi. Ps. LXXXVIII, 38. ubi τὸ ἁγίασμα est *unctus a Deo rex.* Ibid. CXXXI, 19. ἁγίασμα est *decus regium, corona regia,* ubi *Aqu.* ἀφόρισμα, alii τὸ ἀφωρισμένον habent. - עֹז *robur.* Ps. CXXXI, 8. κιβωτὸς τοῦ ἁγιάσματος, arca *maiestatis* symbolum. - קֹדֶשׁ *sanctitas. Aqu.* Ps. XXIII, 3. ἐν τόπῳ ἁγιάσματος αὐτοῦ. - LXX Ex. XXVIII, 36. Ps. LXXVII, 69. ὄρος ἁγιάσματος, et XCII, 7. τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, domus tuae sanctitas est eximia. Esdra IX, 8. coll. 3 Esdr. VIII, 70. V. *Kreyssigii Symbolas ad Bielii Thes.* P. II. p. 4 sequ. *Suidas:* ἁγίασμα, ὁ θεῖος ναός. *Δαβίδ* (Ps. CXIII, 2.) · ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ.

ʽΑΓΙΑΣΜΟʹΣ, *sanctificatio, purificatio, sanctimonia, templum, sacrificium, sacra.* הַקְדִּשׁ inf. Hiph. a קָדַשׁ. Iud. XVII, 3. ἁγιασμῷ ἡγίασα τὸ ἀργύριον, consecravi Deo hanc pecuniam. - *חַטָּאת, *peccatum* et *sacrificium pro peccato* seu *expiatorium.* Num. VIII, 7. sec. Cod. *Alex.* ubi alii libri ἁγνισμὸν, alii ἀφαγνιασμὸν habent. - *מַרְגּוֹעַ, *requies.* Ier. VI, 16. sec. *Alex.* Arab. رجع *redire* notat et مرجع *reditus,* v. c.

ad Deum, Cor. Sur. XI, 3. Fortasse itaque LXX vocem hebr. h. l. metaphorice de *reditu ad Deum* s. *meliorem vitam* explicarunt. – *נֵזֶר *separatio*. Amos II, 11. εἰς ἁγιασμὸν, ubi pro נְזִרִים legit sine dubio נְזִירִים. – מִקְדָּשׁ *sanctuarium*. Ies. VIII, 14. ἔσται σοι εἰς ἁγιασμὸν asylum tibi praebebit. Ez. XLV, 4. ἀφωρισμένος τῷ ἁγιασμῷ αὐτοῦ sacra eius curans. – קֹדֶשׁ *sanctitas*. Lev. XXIII, 27. sec. *Ald.* κλητὴ ἁγιασμοῦ, ubi tamen reliqui libri ἁγία exhibent, quod mihi glossema esse videtur: nam ἁγιασμὸς h. l. adiective ponitur. – *Symm.* Ps. LXXVI, 14. — Sir. VII, 33. θυσίας ἁγιασμοῦ. 2 Macc. II, 17. τὸ ἱεράτευμα καὶ τὸν ἁγιασμὸν, ubi ἁ. omnia notat, quae ad cultum divinum externum pertinent. Ibid. XIV, 36. ἅγιε παντὸς ἁγιασμοῦ, omni divino cultu prosequende seu sanctissime.

ʼΑΓΙΑΣΤΗΡΙΟΝ, *sanctuarium*, *sacrarium*, *templum*. מִקְדָּשׁ idem. Lev. XII, 4. Ps. LXXIII, 8. – נָוֶה *habitaculum*, relate ad Deum. Ps. LXXXII, 12. ubi pro ἁγιαστήριον, quod *Alex. Ald. et Compl.* habent, in *Vat.* legitur θυσιαστήριον.

*ʼΑΓΙΑΣΤΙΑ, *sanctitas*, *sanctimonia*. V. s. ἁγιστεία. V. *Phavor.* p. 19, 2. Bas.

ʼΑΓΙΟΣ, *sanctus, sacer, purus, venerandus*, et in universum *a communi usu separatus et Deo eiusque cultui dicatus*, – quandoque *ipse Deus* aut *divinus*. – אֱלֹהִים, *Deus*. Lev. XVIII, 21. βεβηλώσεις τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, impie ageres contra Deum tuum. – *אֵלֶם, *mutitas*. Ps. LV. inscr. Legit sine dubio אֵלִים, aut potius אֵלִם, ut defective scribitur Ex. XV, 11. – אִמְרָה, *sermo*. Ps. CXXXVII, 2. ubi loco τὸ ἅγιόν σου plerique critici (v. c. *Semlerus* ac *Grabius*, praeeunte *Syro*) statuunt legendum esse τὸ λόγιόν σου, ut Inc. quidam habet. Sed videtur quoque impressa lectio locum habere posse, dummodo ad ἅγιον suppleatur ῥῆμα, aut simile substantivum. Variam iam ab antiquissimis temporibus exstitisse lectionem, testis est *Chrysostomus* in *Scholiis Romanis* allegatus, cuius haec sunt verba: ἕτερος, ἐμεγάλυνας γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὀνόματά σου τὴν ῥῆσίν σου. ἄλλος, τὸ λόγιόν σου. Sed *latinus* sanctum tuum habet. – *בַּעַל, *Dominus*. *Aqu.* et *Symm.* sec. Cod. *Reg.* 2 Sam. VI, 2. ἀπὸ τῶν ἁγίων, quorum verborum loco *Procopius* utrique tribuit ἀπὸ τῶν ἱερέων. Mira visa est utraque versio *Montfauconio*, qui se eius causam ignorare ingenue fassus est. Mihi autem de h. l. ita videtur. Scilicet בעל, ut gr. κύριος, in universum *virum in suo genere insignem ac principem* significat, unde LXX h. l. ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, *Vulg. de viris* habent. Iam hanc notionem interpretes supra laudati per ἁγίους exprimere voluerunt, quibus alius interpres certam speciem ἁγίων, nempe τοὺς ἱερεῖς, substituit. Sunt autem, ut hoc obiter addam, בַּעֲלֵי יְהוּדָה h. l. incolae Iudaeae, qui Iudaeam quasi possidebant. – הֵבַר Hiph. a בָּרַר, *purifico*.

Ier. IV, 11. Sensum expresserunt. Nam a purgatione notio separationis removeri nequit, quam habet quoque vox בָּרַר Ez. XX, 38. etc. - זְבֻל, *habitaculum*, relate ad Deum. 1 Reg. VIII, 3. 2 Par. VI, 2. ubi non tam verterunt, quam interpretati sunt, quemadmodum Ies. XXVI, 21. ἅγιον apud LXX hebr. מָקוֹם respondet, quasi מָקוֹם יְהוָה *Iehovae sedes*. - *חֲלִיפָה, *permutatio, vicissitudo*. Iob. XIV, 4. *Symm.* ἕως ἂν ἔλθοι ἡ ἁγία φύσις μου, ut post *Drusium* edidit *Montfauconius*, qui tamen ἡ ἄλλαξις legendum esse opinatur. *Semlerus* in *Epistola Critica* p. 55. reponere mavult ἀλλοίωσις. *Kreyssigio* autem in *Obss. Critt. in Iobi graecos Intt.* p. 14. magis placet ἀνάφυσις, quod proprie *regerminationem* notat, et de arboribus plantisque revirescentibus dicitur, (V. *Inc.* Iob. XXXVIII, 27.) adeoque bene respondet voci חֲלִיפָה, de qua vid. post *Schultensium* ad h. l. *Michaelis Suppl. ad Lex. hebr.* p. 787 et 791. et *Rosenmülleri Scholia* ad Ps. XC, 5. — *חָרָשׁ, *faber*. Ex. XXXV, 35. ubi non legit קָדֵשׁ, ut voluit *Tychsenius* in *Tentamine* etc. p. 85 sequ. Nam حرس est *custodire*, hinc حروس *sanctum*, et المحروسة *urbs divinitus custodita, sancta*. - מְּהוֹר, *purus*. Lev. X, 14. ἐν τόπῳ ἁγίῳ, in loco puro. - לְקַדֵּשׁ infin. *ad sanctificandum*. Ies. LVIII, 13. - מִקְדָּשׁ, *sanctuarium*. Neh. X, 39. Ies. LX, 13. - *מָקוֹם, *locus* relate ad Deum. *Inc.* 1 Sam. VII, 16. οἱ τόποι, οἷς ἦσαν οἱ ἅγιοι, quae verba nulla alia ratione explicari possunt quam *loca, in quibus (ἐν οἷς) erant sancti*. Sed quinam essent illi ἅγιοι? Num fortasse iudices a Samuele in supra dictis locis constituti? Sed horum nulla fit mentio in omni eius historia. Omnis vero difficultas evanescit, si loco οἷς reponatur οἵ et vox ἅγιοι ad oppida supra dicta relata eodem modo explicetur, quo ἡγιασμένοι apud LXX. V. supra s. v. ἡγιασμένος. - נֵזֶר, *corona*, etiam *separatio*. *Symm.* 2 Reg. XI, 12. ad quem locum vide supra s. v. ἁγίασμα a me notata. - LXX Lev. XXI, 12. et Zach. IX, 16. λίθοι ἅγιοι, lapides *pretiosi* aut lapides *coronae*. - נִשְׂגָּב part. Niph. *exaltatus, celebratus*. Ies. XXXIII, 5. ἅγιος, pro ἁγιασθήσεται, *celebrabitur*. - צְבָאוֹת *exercituum*. Ies. XIV, 27. ubi non tam vertit quam sensum expressit. - צוּר, *rupes*. 1 Sam. II, 2. Non legit צַדִּיק, ut nonnullis placuit, sed sensum expressit. Est enim צוּר epitheton Dei. V. *Kircheri Concord. s. h. v.* - *צָפוּן part. Pah. *abditus, occultus*. Ps. LXXXII, 3. κατὰ τῶν ἁγίων σου. Sensum expressit. Sunt enim צָפוּן h. l. *clientes Dei*, qui quasi apud eum iure hospitii utuntur; ac sermo est de populo Iudaico, quem Deus tuebatur. Caeterum צָפַן *protegere, tueri* notat Ez. VII, 27. - קָדוֹשׁ *sanctus*. Lev. XI, 44. ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἅγιος εἰμὶ ἐγώ, vos *sanctos* servate, ego enim sanctus sum. coll. XX, 7.

'ΑΓΩΓΗ', ductus, educatio, vitae ratio, institutum. - אָמַן nutrio. Esth. II, 20. ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς, Esther non mutavit vitae suae rationem. Sensum expressit. - יָבַל s. יָבָל, rivus. Ies. XXX, 25. Symm. quasi ductus aquarum. - מִנְהָג incessus. Symm. ac Theod. et Compl. 2 Reg. IX, 20. ἡ ἀγωγὴ ὡς ἡ ἀγωγὴ, incessus s. gressus eius sicut incessus. - שָׁלוֹם pax, prosperitas. Esther X, 3. διηγεῖτο τὴν ἀγωγὴν παντὶ τῷ ἔθνει, quae verba, ut certe aliqua ratione cum textu hebr. conveniant, ita reddenda esse arbitror: omnem eorum vitae rationem regebat ac moderabatur, h. e. dux gentis erat. — 2 Macc. IV, 16. ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγὰς, quorum instituta aemulabantur. (coll. Polyb. XVIII, 1, 2.) Ibid. VI, 8. τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν ἄγειν, eundem ritum aut morem celebrare ac colere. Ibid. XI, 24. τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν αἱρετίζοντας, suam ipsorum institutionem praeferentes. 3 Macc. IV, 10. ubi pro ἀγωγὴν sine dubio reponendum est διαγωγήν. Hesych. ἀγωγὴ, τρόπος, ἀναστροφὴ, ἀπαγωγὴ, ὁδός.

'ΑΓΩ'Ν, certamen. Sap. IV, 2. ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα, agonem s. certamen, cui proposita sunt aeterna praemia, vincit. Ibid. X, 12. ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ, arduum certamen obeundum ei constituit. 2 Macc. IV, 18. et X, 28. ubi ἀγὼν de certamine bellico intellegendum est. Conf. Sturzii Lex. Xenoph. s. h. v.

'ΑΓΩ͂ΝΑ ΠΑΡΕ'ΧΩ, negotium facesso, molestiam creo. הֶלְאָה Hiph. fatigo. Theodot. et LXX Ies. VII, 13. μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; num parum vobis videtur, dum hominibus molesti estis, Deo quoque resistentia vestra molestiam creare?

'ΑΓΩΝΙ'Α, angor, anxietas. 2 Macc. III, 14. ἦν δὲ οὐ μικρὰ ἀγωνία καθ' ὅλην τὴν πόλιν, erat autem non parva anxietas in tota civitate. Ibid. v. 16 et 19.

'ΑΓΩΝΙΆΩ, in angustiis ago et versor, trepido, timeo. חָרַד trepidavit, territus est. Inc. 1 Sam. IV, 13. - *יָרֵא timeo. Dan. I, 10. sec. Chis. ἀγωνιῶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, timendus mihi est rex dominus meus. - Esther. VII, 1. ubi pro ἠγονίασεν in Ed. vetere altera, ab Vsserio edita ex Arundel. Bibl., ἠγωνίασεν rescribendum est, coll. XV, 8. ἀγωνιάσας ἀνεπήδησε ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Phav. ἠγωνίασε, ἐφοβήθη. In fragmento Lexici graeci, quod Hermannus libro de emendanda ratione graecae grammaticae subiecit, p. 340. n. 138.

haec leguntur: *ἀγωνία, ὁ ἀγὼν, καὶ ὁ φόβος, καὶ ἡ λύπη, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἀγωνιᾷν ἀντὶ τοῦ λυπεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι.*

ἈΓΩΝΙ'ΖΩ et med. *ἈΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ*, *certo, contendo,* ac metaphorice *omnem operam impendo.* שׂוּם בָּל, Chald. *pono cor.* Dan. VI, 14. *περὶ τοῦ Δανιὴλ ἠγωνίσατο τοῦ ἐξελέσθαι αὐτὸν*, multum contendebat, ut Danielem liberaret. Sir. IV, 30. *ἕως τοῦ θανάτου ἀγωνίσαι*, summum vitae periculum pro veritate subire. 1 Macc. VII, 21. *ἠγωνίσατο Ἄλκιμος περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης*, h. e. ut *Iosephus* interpretatus est: *Ἄλκιμος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ βουλόμενος βεβαιώσασθαι.* 2 Macc. VIII, 16. et XIII, 14. *γενναίως ἀγωνίσασθαι.*

ἈΓΩΝΙΖΟ'ΜΕΝΟΣ ἘΙΜΙ', *sum contendens, omni opera annitor.* הֲוָה מִשְׁתַּדַּר *Chald.* part. Hithp. a שְׁדַר *sum satagens, operam do.* Dan. VI, 14. *ἕως ἑσπέρας ἦν ἀγωνιζόμενος τοῦ ἐξελέσθαι αὐτὸν*, usque ad vesperam multum contendebat, ut liberaret eum.

*ἈΓΩΝΙΣΤΗ'Σ, *certator, pugil, athleta.* 4 Macc. XII, 15. *τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀγωνιστὰς*, virtutis *cultores.*

ἈΓΩ'Ρ. Est ipsummet hebraicum עָגוּר *hirundo. Aquila* Ies. XXXVIII, 14. *ἵππος ἀγώρ. Theodotion χελιδὼν ἀγούρ. Hesychius: Ἀγὸρ, ἀετὸς, Κύπριοι.* ubi *Bochartus Hieroz.* P. II. l. I. c. 11. ingeniose suspicatus est, scriptum ibi fuisse *Ἀγὸρ, γέρανος*, et vocis *γέρανος* priore parte omissa propter praecedentis *ὁμοιόπτωτον*, ex *ανος* factum esse *ἀετός.*

*ἈΔΑ'Μ, *Adam.* אָדָם. *Symm.* Gen. XXV, 30. legit הָאָדֹם. V. *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 806.

ἈΔΑΜΑ'ΝΤΙΝΟΣ, *adamantinus*, ac metaphorice *firmus, maxime munitus.* – אֲנָךְ *perpendiculum plumbeum.* Amos VII, 7. *ἐπὶ τείχους ἀδαμαντίνου, in muro firmissimo.* (*Hesych. ἀδαμάντινα, στερρά.* Conf. *Platonem de Rep.* l. II. p. 593. et auctores laudatos *Wolfio* not. ad *Liban.* Ep. III. p. 5. et *Spanhem.* ad *Callimachum* p. 412.) Vide *Michaelis Supplem.* p. 104. – שָׁמִיר *adamas.* Ier. XVII, 1. *ἐν ὄνυχι ἀδαμαντίνῳ*, in ungue adamantino. 4 Macc. XVI, 13. *ἀδαμάντινον νοῦν.*

ἈΔΑ'ΜΑΣ, *adamas.* אֲנָךְ *perpendiculum plumbeum.* *Symm.* et LXX Amos VII, 7 et 8. Defendit hanc versionem *Reinesius Varr. Lectt.* l. II. c. 7. — Sir. XVI, 14. sec. *Alex.* *τὸ φῶς αὐτοῦ καὶ τὸ σκότος ἐμέρισε ἀδάμαντι*, lucem suam ac tenebras divisit adamante, quasi muro adamantino, h. e. prorsus ac perpetim. Sic *Camerarius*, qui sensum ita constituit: immutabiles esse vices lucis ac tenebrarum, et has infringi non posse. Vide ad h. l. *Drusium* et Eiusd. *Proverb. Class.* I. lib. IV. n. 41.

ἈΔΑ'ΜΑΣΤΟΣ, *indomitus.* Sir. XXX, 8. *ἵππος ἀδάμαστος*, equus indomitus. *Xenoph. Equ.* I, 1. 4 Macc. XV, 13. *ἀδάμαστα πάθη. Hesych. ἀδάμαστον, ἀνυπότακτον.*

ἈΔΕΙΑ, *vacuitas a metu, securitas, fiducia, libertas, immunitas, venia, potestas libera.* Sap. XII, 11. ἐφ' οἷς ἥμαρτον ἄδειαν διδούς. quae verba *Bielius* male reddidit: *peccatorum veniam dedisti;* nam, ut recte monuit *Bretschneiderus*, ἄδεια, ut contexta oratio docet, est h. l. *licentia, venia peccandi*, hoc sensu: tu, neminem timens, potestatem fecisti illis eorum, in quibus peccarunt. *Dio Cass.* I, 41. p. 267. ed. *Reimari*: δοῦναι ἄδειαν τῆς ἐκδημίας, *veniam dare emigrandi. Ioseph. de Bell. Iud.* IV, 8. p. 294. ed. *Haverc.* ἄδεια τῶν ἁρπαγῶν, *praedandi licentia.* - 2 Macc. XI, 30. μετὰ τῆς ἀδείας, cum securitate. 3 Macc. VII, 12. ἔδωκεν αὐτοῖς ἄδειαν πάντων, dedit illis potestatem liberam. - *Hesych.* ἄδεια, ἀργία, ἀφοβία, εὐδία. Idem: ἄδειαν, ἐξουσίαν ἄφοβον. Idem: ἀδειής, ἄφοβος, ἀδεής.

ἌΔΕΙΠΝΟΣ, *incoenatus, ieiunus.* טְוָת Chald. idem. Dan. VI, 18. ἐκοιμήθη ἄδειπνος. Arab. طوى notat: *studio nihil comedere.* Conf. *Schultens. Opera minora* p. 324. *Aristoph. Acharn.* v. 1155. ubi v. *Schol. Hippocr. Aphor.* Sect. V. *Aphor.* 41. p. 1254.

ἌΔΕΚΤΟΣ, *non acceptus, non admissus.* - 3 Macc. IV, 2. sec. Cod. *Alex.* ἄδεκτον πένθος, luctus magnus, intolerabilis, ubi alii libri ἀνήκεστον, alii ἄληκτον habent, et quaenam harum lectionum sit vera, vix definiri poterit. Equidem coniicio ἄλεκτον legendum esse: *luctus, qui verbis exprimi non potest. Hesych.* ἄδεκτον, ἄπιστον. Conf. quoque *Suiceri Thes. Eccl.* s. h. v.

ἈΔΕΛΦΗ, *soror*, it. *propinqua, cognata, consanguinea, popularis, ex eadem gente oriunda, altera*, item *uxor*, ac *dilecta.* אָחוֹת, quae vox apud Hebraeos aeque late patet. Gen. XII, 13. 19. Ibid. XX, 12. soror ex patre, sed non ex matre, *semisoror*, coll. Lev. XVIII, 19. ac XX, 17. Num. XXV, 18. θυγατέρα ἄρχοντος Μαδιὰμ ἀδελφὴν αὐτῶν, filiam principis Midian, *popularem* ipsorum. Lev. XVIII, 18. γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ, uxorem ad sororem eius, h. e. ad alteram, non accipies. Confer Ez. III, 13. ubi hebr. אשׁה אל אחותה, quod proprie est uxor ad sororem suam, LXX reddunt: ἑτέρα πρὸς τὴν ἑτέραν, *altera ad alteram.* Conf. *Fesselii Advers. Sacra* lib. V. c. 12. Iob. XLII, 11. ἀδελφαὶ, *cognatae.* - Prov. VII, 4. εἶπον τὴν σοφίαν τὴν ἀδελφήν σου εἶναι, h. e. contrahe *intimam familiaritatem* cum sapientia. Vide ad h. l. *Schultensium.* Cant. IV, 9. ἀδελφὴ νύμφη, sponsa *dilectissima*, coll. v. 10. 11. V, 2 et 3. - Ez. XVI, 46. ἡ ἀδελφὴ ὑμῶν ἡ πρεσβυτέρα Σαμαρεία, ubi soror dicitur *is, cuius mores imitamur, similis*, coll. v. 44. 47. et sic per totum fere caput. Hos. II, 1. τῇ ἀδελφῇ ὑμῶν, *popularibus vestris.* — Tobias cap. V, 26. *coniugem* suam nomine ἀδελφὴ alloquitur.

ʼΑΔΕΛΦΙΔΟ'Σ, etiam ʼΑΔΕΛΦΙΔΟ'ΟΣ, contracte ʼἈδελφιδοῦς, *fratruelis, fratris* vel *sororis filius.* - אָח *frater.* Gen. XIV, 14. sec. *Vat.* ubi reliqui libri (excepto *Oxon.* ubi ἀνεψιὸς legitur) ἀδελφὸς habent. Eadem diversitas lectionis reperitur quoque ibid. v. 16. ubi in *Oxon.* per υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ, ut in lexico *Hesychii*, explicatur. Cant. VIII, 1. τίς δώῃ σε, ἀδελφιδὲ, utinam tu frater meus esses, ubi *Complut.* ἀδελφὸν habet, ex quo coniici posse videtur, loco ἀδελφιδὲ reponendum esse ἀδελφιδόν. - דוד *dilectus.* Cant. I, 12. II, 3. ubi, ut fere semper in hoc libro, ἀδελφιδὸς *prae caeteris carum, admodum dilectum* notat. Vide et *Aelian. V. H.* III, 7. - Cant. V, 1. *Aqu.* et *Symm.* ubi duae versiones coaluerunt.

*ʼΑΔΕΛΦΙΚΩ͂Σ, *fraterne.* 4 Macc. XIII, 9.

ʼΑΔΕΛΦΟΚΤΟ'ΝΟΣ, *fratricida.* Sap. X, 3. ἀδελφοκτόνοις συναπώλετο θυμοῖς, fratricidalibus simul deperiit furoribus, ubi θυμοὶ ἀδελφοκτόνοι est ira ac furor *Caini*, qui perdidit Abelum caede. - *Herodot.* III, 65. *Plutarch.* T. VII. p. 48, 5. *Reisk.*

*ʼΑΔΕΛΦΟΠΡΕΠΩ͂Σ, *pari cum fratribus virtute.* 4 Macc. X, 12. Carent hac voce Lexica.

ʼΑΔΕΛΦΟ'Σ, *frater*, item *cognatus, popularis, amicus, proximus, alter.* אָח *frater*, quod aeque late patet. Gen. XXVIII, 2. λάβαν τοῦ ἀδελφοῦ, Labanis, *avunculi* sui, coll. XXIX, 10. Ibid. v. 4. ubi ἀδελφὸς, ut φίλος, non tam sensu proprio, quam eo usurpatur, quo in vita communi etiam *ignotos* hoc vocabulo compellare solemus. Ibid. v. 15. ἀδελφὸς *cognatum* notat. Ibid. XXXI, 23. παραλαβὼν πάντας τοὺς ἀδελφοὺς, assumtis omnibus *propinquis* suis, coll. v. 32. 37. 46 et 54. Lev. XIX, 17. ubi ἀδελφὸς est i. q. πλησίος aut ἕτερος. Ibid. XXV, 35. in notione *popularis*, coll. v. 36. 39. etc. et Num. XXVII, 4. Deut. XV, 2. τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀπαιτήσεις, a *populari* tuo non exiges, coll. v. 3. ubi opponitur τῷ ἀλλοτρίῳ, *alienigenae.* Conf. *Philonem* de *Charit.* p. 701. ubi Mosen ἀδελφὸν nominare docet οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἀστὸς ἢ ὁμόφυλος ᾖ. 1 Reg. X, 32. εἰ ἔτι ζῇ, ἀδελφός μου ἐστὶ, si adhuc vivit, frater meus est, h. e. *amicus meus carissimus*, coll. IX, 13. Ps. XXI, 23. CXXI, 8. ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου καὶ τῶν πλησίον, propter populares et contribules meos. Prov. XVIII, 9. ἀδελφός ἐστι τοῦ λυμαινομένου ἑαυτὸν, *similis* est ei, qui fortunas suas dissipat. ʼΑδελφὸν Graecis (v. c. *Aeliano* V. H. II, 18. et XII, 1.) frequentari de *germano* ac *simili*, scriptorum exemplis docuit *Koenius* ad *Gregor. Corinth.* de *dialectis* p. 269. - *אַחֲרֵי *post.* Iud. IX, 14. Legit אחיך *frater tuus* pro אחריך, h. e. *post te.* - אִישׁ *vir.* Lev. XXVI, 37. ὁ ἀδελφὸς τὸν ἀδελφὸν, alii in alios, pro ἕτερος τὸν ἕτερον, coll. Exod. XVI, 15. Ioel. II, 8. sec. Vat. ubi in Ald. πλησίον legitur. - דוד *dilectus.* Cant. V, 2. ἀδελφοί,

amici. V. *D'Orville* ad *Charit.* p. 384. - כֹּהֵן *sacerdos.* 2 Par. XXXV, 14. Libere vertit, et ἀδελφοὺς in notione *collegarum* accepit. - עַם *populus.* Ex. XXII, 24. Ἀδελφὸς in notione *popularis* bene h. l. respondet hebr. עַם, quod *aliquem de populo* seu *popularem* significat. - רֵעַ *amicus, socius.* Gen. XLIII, 34. ac *Theodot.* 1 Sam. XX, 41. - Ἀδελφὸς supplendum fortasse Tob. IV, 20. ante τοῦ Γαβρία. Confer *Sturz.* de *nominibus Graecorum* Progr. I. p. 14. — Plura de hac voce vide apud *Fesselium* in *Adverss. Sacris* lib. V. c. 11. pag. 474 sequ.

'ΑΔΕΛΦΟ'Σ ΤΗ~Σ ΓΥΝΑΙΚΟ'Σ, *frater uxoris.* יָבָם *levir.* Deut. XXV, 5. 7. - *יִבֵּם Pih. *leviri officium praesto.* Deut. XXV, 7.

ΓΥΝΗ' ΤΟΥ~ 'ΑΔΕΛΦΟΥ~, *uxor fratris.* - יְבֵמֶת *fratria, glos.* Deut. XXV, 7. 9.

'ΑΔΕΛΦΟ'Σ ΤΟΥ~ ΠΑΤΡΟ'Σ, *frater patris.* - דּוֹד *patruus.* Lev. X, 4. XXV, 49. Esther II, 7. 15. Adde *Inc.* 2 Reg. XXIV, 17.

ΘΥΓΑ'ΤΗΡ ΤΟΥ~ 'ΑΔΕΛΦΟΥ~ ΤΟΥ~ ΠΑΤΡΟ'Σ, *filia fratris patris.* - דֹּדָה *amita, soror patris,* aut, ut hic vertitur: *filia amitae.* Ex. VI, 20.

'ΑΔΕΛΦΟ'ΤΗΣ, *fraternitas.* 1 Macc. XII, 10 et 17. ubi *fraternam necessitudinem* notat, seu *amicitiam,* ac cum φιλότης coniungitur. 4 Macc. IX, 23.

*'ΑΔΕ'ΣΠΟΤΟΣ, Gl. Vet. *indominabilis, dominum non habens.* Sir. XX, 31. sec. *Compl.* ἀδέσποτος τροχηλάτης τῆς ἰδίας ζωῆς, vitae propriae gubernator absque domino, h. e. Deo. Homo sibi relictus eleganter h. l. comparatur cum navi, quae gubernatore caret, de qua vox ἀδέσποτος κατ' ἐξοχὴν adhibetur. Conf. *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v.

*'ΑΔΕΩ~Σ, *forti animo, intrepide, absque metu.* Occurrit 3 Macc. II, 32. ἀδεῶς ἐπειρῶντο ἑαυτοὺς ῥύσασθαι ἐκ τῶν ἀπογραφῶν, intrepide se ipsos ab illa translatione de matriculis Alexandrinorum in matriculas Aegyptiorum liberare conati sunt. *Hesychius:* ἀδεῶς, ἀφόβως. Idem tradit *Phavorinus* p. 16.

'ΑΔΗΛΟΠΟΙΕ'Ω, *occultum, obscurum reddo, aboleo, aufero.* Vox haec, qua Lexica ditari possunt, reperitur apud *Symmachum* Iob. IX, 5. ἐξαιρῶν ὄρη καὶ ἀδηλοποιῶν αὐτά, qui montes aufert, eosque obscuros seu occultos reddit. In textu hebr. est וְלֹא יָדָעוּ, quod LXX reddiderunt: καὶ οὐκ οἴδασι, et *Hieronymus: et nesciebant.* Si vero quaeritur, cur ita transtulerit *Symmachus,* facilis est responsio. Nempe ita vertit vel ideo, quia incommodum ipsi videretur, montibus, rebus inanimatis, ignorantiam h. l. tribui, vel voci יָדָעוּ notionem passivam subiiciens: *ita ut non amplius viderentur,* h. e. e

conspectu removit. – Adiectivum ἀδηλοποιὸς reperitur apud *Homer. Il.* β', 455. et *Eurip. Medea* 1201. Schol.

ἌΔΗΛΟΣ, *non apparens, obscurus, incertus.* ΤᾺ ἌΔΗΛΑ, *obscura.* – בַּטֻּחוֹת *in praecordiis.* Ps. L, 7. τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσας, sapientiam occultam ac absconditam me docuisti. Scilicet טֻחוֹת vel *renes* h. l. significat, vel *interiora animi.* – *הֶבֶל *vanitas.* *Symm.* Cohel. IX, 1. Admodum enim erravit *Bielius,* qui in *Thesauro* suo *Philol.* p. 21. *Symmachum* hac voce usum esse contendit pro לֹא יוֹדֵעַ *nesciens,* quae tamen diserte per οὐκ ἐπίσταται expressit, ut vel e levissima collatione apparet. Potius illud ἄδηλα vel de suo addidit, in opinione scilicet versans, orationem h. l. mancam esse, vel, quod mihi magis vero accedere videtur, in suo codice post לִפְנֵיהֶם habuit הֶבֶל, quod ob הַכֹּל initio commatis sequentis facile excidere potuit. Tribuisse autem eum voci הֶבֶל hanc notionem (e propria significatione *vaporis* aut *pulvisculi aërem obscurantis* facile derivandam), vel ex eo demonstrari potest, quod ibid. VIII, 14. eam per ἄπορον, *quod difficulter cognosci ac reperiri potest,* et quidem bis exposuit. — 2 Macc. VII, 34. ἀδήλοις ἐλπίσι, incertis spebus. Eodem sensu vox occurrit apud *Lucianum* de *gymnas.* p. 393. et *Hermotim.* p. 535. – 3 Macc. I, 14. ἄδηλόν τι τιθέμενοι τὸ γινόμενον, *inopinatum* malum aliquod accidisse opinantes: ubi ἄδηλον *omne, quod inopinato accidit, improvisum* notat. Sic et ἄδηλος πόλεμος apud Graecos usurpatur.

ἈΔΗΜΟΝΈΩ, *gravissime angor, ad desperationem redigor, pene exanimor.* נָשַׁם Niph. a שָׁמַם *desolari, vastum esse, obstupescere.* *Aqu.* Iob. XVIII, 20. ἀδημονήσουσιν ὕστερον. Lege ὕστεροι. *Vulg. stupebunt novissimi.* *Symm.* Cohel. VII, 17. ἵνα μὴ ἀδημονῇς περισσῶς, ubi LXX habent ἐκπλαγῇς. – עָטַף *tegor, obruor.* *Symm.* Ps. LX, 3. ubi LXX ἀκηδιάσαι habent. Scilicet verba *tegendi* apud Orientales haud raro ad animum transferuntur, ac notant *animi deliquium pati,* aut *animo tristi esse.* – חפז Inf. *festinando* s. *fuga.* *Symm.* Ps. CXV, 11. εἶπον ἀδημονῶν, dixi in summa animi perturbatione vel desperatione. Sic *Aelian. V. H.* lib. XIII. c. 3. ἀπηλλάγη ἀδημονῶν, abiit in summa animi perturbatione. *Hesych.* ἀδημονῶν, ἀγωνιῶν. Idem habet *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ubi etiam δυσφορῶν, *moleste ferens,* exponitur. *Suidas:* ἀδημονῶ, λίαν λυποῦμαι. et: ἀδημονούσης, ἀπορούσης. *Etym. M.* ἀδημονεῖν, ἀλύειν καὶ ἀπορεῖν, ἀμηχανεῖν.

ἍιΔΗΣ (per ᾳ, quasi ἀΐδης, ex α priv. et εἴδω, *video*), proprie *quod videri nequit* (q. d. ἀειδὲς, ἀόρατον, ut *Plutarchus* exponit de *Isid.* et *Osirid.* p. 382.), *locus obscurus et tenebricosus, infernus, locus ac status mortuorum, receptaculum animarum, sepulcrum* et *profunditas terrae.* – אַבְנֵי בוֹר *lapides foveae.* Ies. XIV, 19. ubi sermo est de cadaveribus,

quae in foveis lapidibus obruta iacent. – דּוּמָה *silentium*, ac metaph. *sepulcrum* ac *status mortuorum*, ex poetica descriptione inferni in S. S. Ps. XCIII, 17. παραβραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου, parum aberat, quin morti occubuissem. Ibid. CXIII, 26. – צַלְמָוֶת *umbra mortis*, seu *umbra densissima*. Iob. XXXVIII, 17. πυλωροὶ ᾅδου, portitores inferni. – *רְפָאִים *gigantes*, etiam *mortui*. Prov. II, 18. παρὰ τῷ ᾅδῃ, μετὰ τῶν γηγενῶν. ubi duae versiones coaluerunt, ita ut posterior videatur vera LXX Intt. versio (qui nunquam רְפָאִים per ᾅδην, sed semper per γηγενεῖς transtulerunt) esse, et verba παρὰ τῷ ᾅδῃ merum glossema contineant. – *שְׁאָלָה, *petitio*. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. VII, 11. Hi omnes legerunt mutatis punctis שְׁאֹלָה a שְׁאוֹל. – שְׁאוֹל, *tartarus*, *infernus*. Gen. XXXVII, 34. καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου εἰς ᾅδου, descendam prae moerore ad inferos ad filium meum. Hic et alibi saepius, v. c. Num. XVI, 30. 33. Ies. XIV, 11. 15., εἰς ᾅδου ponitur pro εἰς ᾅδου δόμον vel οἶκον. Vide *L. Bos. Ellips. gr.* p. 113 sequ. ed. *Schaeferi*. – Gen. XLIV, 31. κατάξουσιν μετ' ὀδύνης εἰς ᾅδου, nostra culpa in summo moerore vitam suam finiret. 1 Sam. II, 6. κατάγει εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγει, occidit et in vitam revocat. 1 Reg. II, 9. κατάξεις τὴν πολιάν αὐτοῦ εἰς ᾅδου, canos eius ad inferos demittes. Iob. XVII, 13. ᾅδης μου ὁ οἶκος, apud inferos domum meam exspecto. Psalm. XXIX, 3. et XLVIII, 16. ᾅδης *statum admodum miserum* notat. coll. LXXXV, 12. et LXXXVIII, 47. Cant. VIII, 6. ὡς ᾅδης, sicut *mors*. Ez. XXXII, 26. οἳ κατέβησαν εἰς ᾅδου ἐν ὅπλοις, qui cum armis suis sepulti sunt: ubi vide sequentia. Amos IX, 2. ἐὰν κατορυγῶσιν εἰς ᾅδου, si vel ad inferos penetrarint. Ion. II, 3. ἐκ κοιλίας ᾅδου, ex *profundo mari*, aut ex *medio mari profundo*, coll. v. 4. – Commemorantur quoque πύλαι ᾅδου Ies. XXXVIII, 10. et Sap. XVI, 13. qui alibi Ps. CVI, 8. πύλαι θανάτου vocantur. – Praeterea legitur apud LXX Ier. XLI, (al. XXXIV,) 5. ubi הוֹי אָדוֹן *eheu domine* a LXX redditur: οὐαὶ κύριε καὶ ἕως ᾅδου, ita ut duae versiones coaluerint. Illud ἕως ᾅδου glossema est, natum ex vocibus hebraicis הוֹי אָדוֹן, quae literis graecis (ὦ ἀδών) aliquis in margine scripserat, quaeque postea ab aliquo imperito librario commutatae sunt in graecas voces affines. Ita quoque statuerunt *Nobilius, Sixt. Amama* et *Cappellus*. — *Cant. tr. pu.* 58. ἐξείλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου. Tob. III, 10. coll. VI, 15. Sap. I, 14. ᾅδου βασίλειον, regia mortis, ubi ᾅδης *Bretschneidero* esse videtur *is, qui inferni imperium tenet*, nempe diabolus, coll. v. 16. et II, 24. – Sic sumi quoque videtur Hos. XIV, 14. Sir. IX, 15. ἕως ᾅδου, usque ad mortem. – Ibid. XIV, 12. διαθήκη ᾅδου, tempus constitutum mortis. Ibid. LI, 7. ἐκ βάθους κοιλίας ᾅδου, ex profunditate ventris inferni.

ΟἹ ἘΝ ἍΙΔΟΥ, scil. *οἴκῳ* seu *δόμῳ ὄντες*, *qui sunt in domo sepulcri* vel *mortui.* יוֹרְדֵי בוֹר, *descendentes in foveam.* Ies. XXXVIII, 18. *οὐ γὰρ οἱ ἐν ᾅδου αἰνέσουσί σε*, coll. Sir. XVII, 21.

ΠΥΘΜΗ῍Ν ἍΙΔΟΥ, *fundum inferni.* דַּרְכֵי מָוֶת *viae mortis.* Prov. XIV, 12. et XVI, 25.

**ἈΔΙΑΙ῍ΡΕΤΟΣ*, *indiscretus*, *indivisus*, *inseparabilis.* Gen. I, 2. ubi pro *ἀδιάκριτον*, quod hebraico בֹּהוּ in *Symmachi* versione respondet, schedae *Combefisianae* sensu non mutato praebent *ἀδιαίρετον*, ex illo forsitan subortum. Similem lectionis varietatem suppeditavit Doct. *Kreyssigius* P. II. *Symbolarum* ad *Bielii Thesaurum* p. 6. e loco *Diodori Sic.* lib. III. c. 12. de auri fodinis Aegyptiacis, ex *Agatharchide* in *Hudsoni Geogrr. minn.* Tom. I. p. 23. descripto, in quo quidem illum *λίθον διακρίνων*, hunc autem *λίθον διαιρῶν* scriptum reliquisse, utriusque auctoris editiones prae se ferunt. *Hesych.* *ἀδιαίρετον, ἀχώριστον, ἄτμητον*. Conf. quoque *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 96.

ἈΔΙΑ῍ΚΡΙΤΟΣ, *indiscretus*, *indistinctus*, etiam *non separandus*, *indubitatus.* – בֹּהוּ *Symm.* Gen. I, 2. *ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον*, *otiosum* et *indistinctum*, ubi tamen alii *ἀδιαίρετον*, *indivisibile*, legunt. *Hesych.* *ἀδιάκριτον, ἀδιαχώριστον*. *Phavor.* *ἀδιάκριτον, ἀδιαχώριστον, μὴ ἔχον διάκρισιν.* *Orph. Hymn.* in *Nemes.* v. 6. Hippocr. *Coac. praenot.* p. 215. – גַּם *etiam.* Prov. XXV, 1. *αὗται αἱ παροιμίαι Σαλομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι*, quae verba *Iaegero* ad h. l. iudice vel verti possunt: *quae non separantur nec separari debent* a Salomonicis superioribus, sed sunt veluti perpetua eorum appendicula, vel: quorum auctorem Salomonem esse *non dubitatur.* Conf. *Lexicon N. T.* s. h. v.

ἈΔΙΑΛΕΙ῍ΠΤΩΣ, *indesinenter*, *sine intermissione*, *continuo.* *לְעֵד *in testem.* *Symm.* Iob. XVI, 8. qui לָעַד legisse censendus est; nam, ut iam recte monuit *Kreyssigius* l. l. P. II. p. 7., verba *Symmachi*: *κατέδησάς με ἀδιαλείπτως ἐν ζυγῷ*, minime cum *Montfauconio* ad v. 7. finem, sed cum *Drusio* ad v. 8. initium, referenda sunt. – תָּמִיד *iugiter.* *Symm.* Ps. LXXIII, 23. — 1 Macc. XII, 11. *ἐν παντὶ καιρῷ ἀδιαλείπτως.* 2 Macc. III, 26. *ἐμαστίγουν αὐτὸν ἀδιαλείπτως*, acriter eum caedebant. Ib. IX, 4. *ἀδιαλείπτως ἐλαύνοντα κατανύειν πορείαν*, summa contentione aut nulla itineris parte intermissa iter expedire. Sir. XI, 19. sec. ed. Complut. Adde *Ioseph.* B. I. III, 7. 23. *Hav. Polyb.* IX, 3. 8.

ἈΔΙΑ῍ΛΥΤΟΣ, *indissolubilis.* לֹא יִקָּרֵעַ, *non lacerabitur.* Ex. XXXIX, 22. *τὸ περιστόμιον ἀδιάλυτον*, orarium indissolubile.

ἈΔΙΑ῍ΠΝΕΥΣΤΟΣ, *non ventilatus auris*, *aura non perflatus.* לֹא יִפָּתֵחַ, *non aperietur*, aut, omisso אֲשֶׁר, *non aper-*

tum, *inclusum* seu *sine spiraculo*. *Symm.* Iob. XXXII, 19. ὡς οἶνος νέος ἀδιάπνευστος, *tanquam mustum*, *quod nondum deferbuit*, quae verba *Vulgatus* bene transtulit: quasi mustum sine spiraculo; unde luculenter apparet, ἀδιάπνευστον notare h. l. *id*, *quod spiritum non emittit seu emittere potest*, adeoque non opus esse, ut cum *Doederleinio* in *Scholiis* ad h. l. statuatur, *Symm.* יפח לא legisse. - *Iamblich. vit. Pythag.* c. 16. §. 68.

'ΑΔΙΑ'ΠΤΩΤΟΣ, *qui non labitur*, *stabilis*, *firmus*. Sap. III, 15. ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς σοφίας. *Vulg. quae non concidat*, h. e. firma atque stabilis. *Clemens Alex. Strom.* II. p. 492, 14.

'ΑΔΙΑ'ΣΤΡΟΦΟΣ, *non distortus*, *non perversus*, metaphorice, *inconcussus*, *firmus*, *stabilis*. 3 Macc. III, 3. εὔνοια καὶ πίστις ἀδιάστροφος, benevolentia ac fides inconcussa et certa. *Marc. Anton.* I, 15. p. 20. *Plutarch.* T. IX. p. 119. *Reisk.*

'ΑΔΙΑ'ΤΡΕΠΤΟΣ, *qui averti nequit*, *immotus*, ac metaphorice, *qui pudore iniecto deterreri* vel *detineri nequit*, a διατρέπομαι, i. q. ἐντρέπομαι, h. e. αἰσχύνομαι. Sir. XXV, 24. sec. *Compl.* γυνὴ ἀδιάτρεπτος, mulier impudica, quae pudore iniecto a voluptate detineri nequit, opponitur mulieri ἐχούσῃ τὴν αἰσχύνην. Ibid. XXVI, 10. (ubi vid. *Drusius* et *Grotius*) ac XLII, 11. θυγάτηρ ἀδιάτρεπτος, filia non verecunda, quae a sua libertate ac lascivia averti nequit. *Vulg.* super filiam *luxuriosam*. *Clemens Alex. Paed.* III. p. 255, 12. Διατρέπειν saepe notat *iniecto pudore deterrere vel avertere*, v. c. *Herodian.* lib. I. c. 6. §. 20. διέτρεψε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον, adolescentulam iniecto pudore deterruit.

'ΑΔΙΑΤΡΕ'ΠΤΩΣ, *immote*, *assidue*. Sir. XXVI, 10. ubi in *Ald.* loco ἀδιατρέπτῳ legitur ἀδιαστρέπτως, ita ut cum στερέωσον coniungatur, q. d. sine intermissione, nunquam avertens oculos, firma custodiam super filiam: sed litera σ e sequenti στερέωσον voci ἀδιατρέπτῳ adhaesisse videtur. Idem valet quoque de altero loco ib. XLII, 11.

'ΑΔΙΑ'ΦΟΡΟΣ, *indifferens*. Sir. VII, 19. (17.) μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου. Multi quidem statuunt, loco ἀδιαφόρου h. l. pariter ac XXVII, 7. reponendum esse διαφόρου, quod *praeclarum* seu *eximium* notat: sed mihi secus videtur. 'Αδιάφορον, quod apud philosophos graecos notat, *quod neque bonum neque malum est*, (conf. *Cic. Fin.* III, 16.) deinde facili nexu significat quoque *divitias*, *opes*, ut sit i. q. διάφορον, quod *omnem rem praestantem*, *pecuniam*, *opes* (2 Macc. I, 35. III, 6. ubi χρήματα et διάφορα permutantur invicem, et IV, 28.) notat. Potest itaque locus *Siracidae* commode ita verti: noli ullo pecuniae pretio amicum permutare, unde statim sequitur: μηδὲ ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ

σουφεὶρ, nec fratrem, qui vere est, auro praestantissimo. Idem valet de altero loco ib. XXVII, 1. *χάριν ἀδιαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον*, quae verba *Vulgatus* male vertit: propter *inopiam* multi deliquerunt. Verba enim sequentia: *ὁ ζητῶν πληθῦναι ἀποστρέψει ὀφθαλμὸν αὐτοῦ*, qui quaerit locupletari, avertit oculum suum (scil. a lege divina, quod alibi additur, h. e. peccat), satis docent, hic quoque *ἀδιάφορον* notare *opes, divitias*. *Suidas: τὸ δὲ ἀδιάφορον διχῶς λέγεται. ἅπαξ μὲν τὸ μήτε πρὸς εὐδαιμονίαν μήτε πρὸς κακοδαιμονίαν συνεργοῦν, ὡς ἔχει πλοῦτος, δόξα κ. τ. λ.* Sir. XX, 17. sec. *Compl. καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτῷ*, et ipsum non habere similiter indifferens est illi. Sermo est de prodigo, cui perinde est quod habet ac quod non habet. Ibid. XLII, 5. *περὶ ἀδιαφόρου πράσεως*, de indifferenti aut aequabili venditione, ut scil. indifferenti et aequali pretio vendas omnibus: ubi alii libri habent *ἀδιαφθόρου* (incorrupta, quae est bonae fidei et fit iusto pretio), alii vero *διαφόρου*.

*'ΑΔΙΑΦΟ'ΡΩΣ, *indifferenter*. Sir. VII, 19. sec. *Compl.* *ἀδιαφόρως*, h. e. ita, ut tibi indifferens ac perinde sit, an eum habeas amicum nec ne. *Schol. Soph. Aiac.* v. 678. *Aristoph. Nub.* 304. *Athen. Deipnos.* Lib. X. p. 437.

'ΑΔΙΕΞΕ'ΤΑΣΤΟΣ, *qui perquiri nequit, impervestigabilis, inenarrabilis*. Sir. XXI, 18. *γνῶσις ἀσυνέτου ἀδιεξέταστοι λόγοι*, sapientia imperiti sunt sermones obscuri, qui intellegi vel explicari non possunt. Sensus loci enim est: Quae fatuus a sapiente audivit aut legit, inepte, inordinate et inconcinne aliis proponit. *Vulg. inenarrabilia* verba. *Tigurina:* sermones *inconsulti*. *Grotio* sunt *verba inpraemeditata*.

*'ΑΔΙΚΑΣΙ'Α, *denegatio administrationis iuris, iniustitia*, i. q. *ἀδικία*. רִיב *rixa, lis* et *contentio*. *Symm.* Ps. LIV, 10. secundum *Hex. Montf.* *ἀδικίαν καὶ ἀδικασίαν*. Si lectio *ἀδικασίαν* sana est, ex altera *Symmachi* editione aut ex margine in textum irrepsit, pro utraque enim voce in textn hebr. tantum רִיב legitur. Nec prorsus repudianda mihi vox *ἀδικασία* ideo videtur, quia est Lexicographis graecis prorsus ignota, cum adiectivum *ἀδίκαστος* aliquoties reperiatur, v. c. apud *Lucian. Abdicat.* p. 450. A. unde *ἀδικασία* recte formari potuit. Nihilo minus tamen negari nequit, in *Catena PP. GG.* in *Psalmos* T. II. p. 49. ac *Eusebii* Commentario ad h. l. p. 60. loco *ἀδικασίαν* exhiberi *διαδικασίαν*, h. e. *litem* et *contentionem*, quam lectionem eo minus dubitarem in textum recipere, quo certius est, *Symmachum* verbo *διαδικάζεσθαι* pro hebraicis רִיב et הָרִיב usum esse, v. c. Iob. XXIII, 6. et XXXIII, 13. *Montf.* legere mavult *δικασίαν, litem, litigationem*.

'ΑΔΙΚΕ'Ω, *iniuriam facio, iniuria afficio, iniuste ago, inique opprimo.* בָּגַד, *praevaricor, perfide ago. Aqu. Symm.*

Theod. Prov. XI, 6. – *גָּזַל *rapio*. *Symm.* Prov. XXVIII, 24. ubi ἀδικεῖν *subtrahere, clam auferre, furari* notat. *Vulg.* qui *subtrahit*. – דִּכֵּא Pih. *contero*. Ies. III, 14. τί ὑμεῖς ἀδικεῖτε τὸν λαόν μου, cur vos iniuria afficitis populum meum. – הוֹגָה Hiph. a יָגָה, *affligo, moerore afficio*. Ies. LI, 23. δώσω αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀδικησάντων σε, tradam eum te affligentibus. – הִכָּה Hiph. a נָכָה *percutio*. Ies. X, 20. ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας, iis, qui eos afflixerant, nempe Assyriis. – *הֵרִיב *litigare*. Iud. VI, 31. sec. *Oxon.* ὅστις ἠδίκησεν αὐτόν: ubi in codd. magna est lectionis varietas. – הֵרַע Hiph. a רוּעַ, *malefacio*. Ies. LXV, 25. οὐκ ἀδικήσουσιν, nemo *nocebit* alteri. – הִתְעַשֵּׂק Hiph. a עָשַׂק, *mutuo litigavit*. Gen. XXVI, 20. Legerunt cum Schin הִתְעַשְּׁקוּ, quod hanc significationem habet. – חָטָא *pecco*. Gen. XLII, 22. 2 Sam. XXIV, 17. Ier. XXXVII, 17. τί ἠδίκησά σε καὶ τοὺς παῖδάς σου, qua te ac pueros tuos iniuria affeci. Sic et *Lucianus Dial. Cup. et Iov.* T. I. Opp. p. 189. τί δέ σε ἠδίκησα. Confer et *Ep. ad Philem.* v. 18. – חַטָּאת, *peccatum, culpa*. Ex. V, 16. – *חָמַץ, *crudeliter egit, violentus fuit*. Ps. LXXI, 14. Non legerunt חומס loco חוֹמֵץ, ut *Cappellus* opinatus est, sed vocem hanc hoc sensu acceperunt. Idem fecit *Chaldaeus*, qui habet חֲטוֹף: et חָמַץ habet aliquando significationem hanc, ut sit i. q. חָמַס, v. c. Ies. I, 17. – מָעַל *praevaricor, perfide ac fraudulenter ago*. *Symm.* Prov. XVI, 10. ubi *impie agere* notat. LXX 2 Par. XXVI, 16. ἠδίκησεν ἐν κυρίῳ θεῷ αὐτοῦ, *contra* Iovam Deum suum peccavit. Ez. XVII, 20. ἀδικίαν αὐτοῦ, ἣν ἠδίκησεν ἐπ' ἐμοὶ, propter *peccatum in* me commissum. Ibid. XXXIX, 26. – מְשׁוּבָה *aversio, perversitas*. Prov. I, 32. ἀνθ' ὧν γὰρ ἠδίκουν νηπίους, φονευθήσονται. Quae *Iaegerus* in *Obss.* ad *Proverbiorum Salom. versionem Alexandrinam* p. 19 sequ. hanc versionem illustrandi causa scripsit, mihi non omnino satisfaciunt. Ex mea sententia LXX legisse videntur מְשׁוּפָה a שׁוּף, cui notionem *terendi* ac *premendi* haud pauci interpretes tribuerunt. V. *Simonis* Lex. hebr. p. 1607. ed. *Eichhornii*. – עָוָה, *perverto, perverse ago*, in Kal, Niph. Pih. et Hiph. 2 Reg. XIX, 9. Esth. I, 16. Ies. XXI, 3. ἠδίκησαν τοῦ μὴ ἀκοῦσαι. Ier. III, 21. ἠδίκησαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Ibid. IX, 5. Dan. IX, 5. ἡμάρτομεν, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν. – עָלָה, *ascendo*. Ps. LXI, 9. τοῦ ἀδικῆσαι. Sine dubio לעלות deduxerunt ab עוֹלָה. – עָשַׁק *opprimo, vi* vel *fraude*, in Kal et Pyhal. Lev. VI, 2. ψυχὴ, ἢ ἠδίκησέ τι τὸν πλησίον, homo, qui iniuria affecit proximum. *Schol. gr.* ed. *Bos.* ἐσυκοφάντησέ τι τὸν πλησίον. Iob. X, 3. ἢ καλόν σοι ἐστὶν, ἐὰν ἀδικήσω, an bonum est tibi, si inique egero: ubi loco ἀδικήσω reponere mallem ἀδικήσῃς sc. με, ut respondet τῷ תַעֲשֹׁק. LXX enim in prima persona hanc vocem legisse, mihi non vero simile est. *Inc.* ibi habet ὅτι συκοφαντήσῃς. Ies. XXIII, 12. ἀδικεῖν θυγατέρα, affligere filiam. – פָּשַׁע *praeva-*

ricor. Esdr. X, 13. - רָשַׁע, *improbe ago*, in Kal et Hiph. 1 Reg. VIII, 47. ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. Eadem leguntur quoque 2 Par. VI, 37. Ps. CX, 6. Dan. IX, 15. ad quae loca affert *Bielius* locum *Aeliani V. H.* XIV, 28. οὐ γὰρ μόνον ὁ ἀδικήσας κακὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι. - שָׁקַר, *mentior*, in Kal et Hiph. Gen. XXI, 23. Ps. XLIII, 19. οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν τῇ διαθήκῃ σου, ubi ἀδικεῖν *mentiri*, et ex adiuncto *perfide agere* notat. Conf. Ps. LXXXVIII, 33. ubi pro οὐ μὴ ἀδικήσω *Symm.* habet οὐ παραβήσομαι, et *Aquila* οὐ ψεύσομαι.

'ΑΔΙΚΩ͂Ν, *qui iniuria afficit, iniuste agit.* בֹּצֵעַ *avarus, quaestui deditus.* Ps. X, 3. ὁ ἀδικῶν εὐλογεῖται. *Vulg.* iniuste agentes se beatos existimant. Non male: est enim בּוֹצֵעַ h. l. *iniqui lucri studiosus.* - חוֹמֵץ, *oppressor, violentus.* Ps. LXX, 4. ubi non חָמָס legisse censendi sunt. Vide supra s. v. ἀδικέω. - יָרִיב, *litigator.* Ps. XXXIV, 1. Vide supra s. v. ἀδικέω. - עָשַׁק, *oppressor.* Ps. CXVIII, 120. Ier. XXI, 12. - עָשׁוּק verbale, *oppressor.* Ier. XXII, 3. - *רָשָׁע, *improbus.* Ex. II, 13. scil. vox רָשָׁע h. l. *iniuriam inferentem* adeoque *aggressorem* notat.

'ΑΔΙΚΕ'ΟΜΑΙ, *iniuriam patior, iniuria afficior.* - חָמָס, *vis, iniuria.* Gen. XVI, 5. ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ, iniuria a te afficior *Symm.* Iob. XIX, 7. ubi בְּחָמָס legit. — Sap. XIV, 29. κακῶς ὀμόσαντες ἀδικηθῆναι, male iurantes, malum se inde aliquid passuros esse.

'ΑΔΙΚΟΥ'ΜΕΝΟΣ, *cui fit iniuria.* חָמוּץ verbale, *oppressus.* Ies. I, 17. ῥύσασθε ἀδικούμενον. - *חָמָס *iniquitas, iniuria.* Hab. I, 3. ubi legit חָמָס. - עָרִיץ *tyrannus, violentus.* Ies. XXV, 3. 4. - עָשׁוּק part. Pah. *oppressus.* Deut. XXVIII, 29. 33. Ps. CII, 6. et CXXV, 5.

'ΑΔΙ'ΚΗΜΑ, *iniquitas, iniuria, impie* aut *male factum.* - חָמָס *vis, violentia.* 2 Sam. XXII, 49. ἐξ ἀνδρῶν ἀδικημάτων ῥύσῃ με. - מִשְׁפָּט *iudicium.* Soph. III, 16. περιεῖλε κύριος τὰ ἀδικήματά σου: ubi antecedens posuit pro consequente, nam ἀδίκημα praecedit condemnationem. - עַוְלָתָה *iniquitas enormis.* Ez. XXVIII, 15. - עָוֹן *iniquitas.* 1 Sam. XX, 5. τί τὸ ἀδίκημά μου, cuius *delicti* aut *sceleris* reus sum. Ies. LIX, 12. τὰ ἀδικήματα ἡμῶν ἔγνωμεν, *peccatorum* nostrorum nos conscii sumus. In eadem significatione legitur quoque Ier. XVI, 16. quemadmodum Ez. XIV, 10. ἀδίκημα est *poena peccati.* - עֹשֶׁק, *violentia, vis, iniuria.* Lev. VI, 4. ἢ τὸ ἀδίκημα, ὃ ἠδίκησεν, ἀποδῷ: ubi ἀδίκημα ad imitationem hebr. עֹשֶׁק metonymice notat *vi et fraude ablatum* vel *acquisitum.* Ier. XXII, 17. - פֶּשַׁע *defectio, praevaricatio. Symm.* Prov. XIX, 11. LXX Gen. XXXI, 36. Ex. XXII, 8. Lev. XVI, 16. - רָעָה *malum.* 1 Sam. XXVI, 18.

'ΑΔΙΚΙ'Α, *iniustitia*, *iniquitas*, *vitiositas*. – *אוֹן, *robur*, *vires*, etiam *opes* et *facultates*. *Theod.* Iob. XXI, 19. Legit אָוֶן, et per *ἀδικίαι* sunt h. l. *poenae peccatorum* intellegendae. *Vulg.* habet: *dolorem patris*. – אָוֶן, *iniquitas*, *vitiositas*. *Symm.* Prov. XXII, 8. ubi *ἀδικία mala*, *poenas iniquitatis* notat. Ier. IV, 14. LXX Ps. VII, 15. *ὠδίνησεν ἀδικίαν*, concepit iniquitatem. Ibid. XXVII, 3. Hos. IV, 16. sec. *Alex.* *οἶκος τῆς ἀδικίας*, quae *Theodotionis* esse videntur, teste *Hieronymo* scribente: *Pro domo Ων in quibusdam exemplaribus et maxime in Theodotione legitur domus iniquitatis.* Hanc Cod. *Alex.* lectionem exhibet quoque *Arabs* et *Cyrillus*, ac secundum *Theodoretum* in *Comment. ad h. l.* T. II. P. II. p. 1330. *Symmachus* quoque transtulit: *οἶκος ἀδικίας*, h. e. in hac orationis serie, *templum idololatriae*. Eadem observatio valet quoque de v. 8. – אָשָׁם *delictum*, *reatus*. Ier. LI, 5. *ἡ γῆ αὐτῶν ἐπλήσθη ἀδικίας ἀπὸ τῶν ἁγίων*, terra eorum plena est sceleribus adversus numen Israelitarum commissis, ubi pro *ἀπὸ τῶν ἁγίων* legere mallem *ἐπὶ τὸν ἅγιον*, aut *ἀπὸ τῶν ἁγίων* vertendum est *ab iis, qui sanctitati studere deberent*. – בֵּית מְרִי *domus rebellionis*. Ez. XII, 2. ubi *ἀδικιῶν* positum esse videtur pro *ἀδίκων*, abstractum pro concreto. – בֶּצַע *avaritia, iniusti lucri studium*. Prov. XXVIII, 16. Confer supra s. v. *ἀδικῶν*. – *דַּעַת *scientia*. Dan. XII, 4. sec. *Chis.* *καὶ πλησθῇ ἡ γῆ ἀδικίας*. Legit cum Resch רָעָה inepte. – הַוָּה, *aerumna*, etiam *desiderium pravum*. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 422. Ps. LI, 3. et LIV, 10. – הֶעֱוָה, *inique ago*. 2 Sam. VII, 14. Ita *Bielius* ex *Trommio*, sed codice sacro non inspecto: nam ibi formula *ἔρχεται ἡ ἀδικία* voci hebraicae respondet. – *זִמָּה *machinatio*, *cogitatio*, etiam *scelus excogitatum et praemeditatum*. Lev. XIX, 29. sec. *Oxon.* ubi *Vatic.* *ἀνομίας* habet. *Isychius* auctor est, LXX Intt. habuisse *πορνείας*, quae tamen vox mihi merum glossema esse videtur, quia antea *πορνεύειν* et *ἐκπορνεύειν* legitur. Negari tamen nequit, *ἀδικίαν* h. l. esse i. q. *πορνείαν*. – זָמַם *cogito*, *meditor*, et quidem haud raro in malam partem, unde זִמָּה *scelus*, *flagitium*. Ps. XVI, 4. *οὐχ εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδικία*, scil. pro זַמֹּתִי, *cogitabo*, legit זִמָּתִי, *cogitatio mea*. Vide *Scharfenb.* ad *Cappelli Crit. S.* p. 621. – זְעוּמָה part. Pah. foem. *detestabilis*. Mich. VI, 10. *μετὰ ὕβρεως ἀδικίας*. Scilicet libere vertit: nam *ἀδικία* voci *ὕβρις* addita summum gradum indicat, adeoque *ὕβριν* admodum detestabilem. – חָמָס, *vis*, *violentia*. *Symm.* Ps. LIV, 10. ubi sine dubio ex altera eius versione in textum irrepsit, nam ad חָמָס quoque pertinet *βίαιον*. *Aqu.* *Symm.* Prov. X, 6. LXX Gen. VI, 11. 13. Ps. VII, 17. Am. III, 10. *οἱ θησαυρίζοντες ἀδικίαν*: ubi *ἀδικία* notat *ea, quae sunt vi ac iniuria parta*. – * יוֹם *dies*. Mal. III, 7. *ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν* sec. *Vat.* ubi in textu legitur לְמִימֵי *a diebus*. Sine dubio legit לְמוּמֵי, nam

מום est *vitium*. – *מָדוֹן *disceptatio, contentio, lis*. Prov. XXI, 9. *μετ' ἀδικίας*, quae versio iudice *Iaegero* ad h. l. non adeo abhorret a textu hebraico, ut de alia lectione quaerendum sit. Sunt enim lites et rixae fere semper cum iniuria coniunctae. – מֻטֶּה part. Hoph. a נָטָה, *perversum*. Ez. IX, 9. – מַעַל, *praevaricatio*. Ez. XVII, 20. et XXXIX, 26. – מִרְמָה, *dolus*, *fallacia*. Hos. XII, 7. *ζυγὸς ἀδικίας*, lances fraudulentae. – מַעֲשֶׂה, *opus*. Iob. XXXIII, 17. Scilicet מעשה h. l., ut alibi saepius, in deteriorem partem adhibetur, ut vel series orationis docet. – מַעֲשַׁקּוֹת, *oppressiones*. Ies. XXXIII, 15. – עַוָּה verbale, *perversa*, *perversitas*. Ez. XXI, 26. – צִוָּיָה Chald. idem. Dan. IV, 24. – עַוָּל, *iniquus*. Soph. III, 6. *οὐκ ἔγνω ἀδικίαν*, sensu eodem. – עָוֶל *iniquitas*. Deut. XXXII, 4. 2 Sam. III, 34. Ez. XXVIII, 18. *διὰ τῶν ἀδικιῶν τῆς ἐμπορίας σου*, per *fraudes* mercaturae tuae. Ibid. XXXIII, 15. – עַוְלָה idem. *Theod.* Prov. XXII, 8. LXX Iob. XV, 16. *πίνων ἀδικίας ἴσα ποτῷ*, haurit ut potum iniquitatem, h. e. admodum studiosus est iniquitatis. Hos. X, 9. Mal. II, 6. – עוֹלָתָה idem. Ps. XCI, 15. Hos. X, 14. – עָוֹן, *iniquitas*, *impietas*. Lev. XVI, 22. ubi *ἀδικία* in codd. cum *ἀνομία* permutatur. 1 Sam. XXVIII, 10. ubi *ἀδικία* non est *perversitas*, sed *damnum ex aliqua re emergens*, *detrimentum*, *noxa*. *Vulgatus* bene transtulit: *quidquam mali*. – עַיִן, *oculus*. Ps. LXXII, 7. *ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στόματος ἡ ἀδικία αὐτῶν*. *Vulg. iniquitas* eorum. Ita quoque *Syrus*. *Bielius*, *Trommii* auctoritatem secutus, cum aliis statuit, LXX h. l. legisse עָוֹן. Sed non opus est de varia lectione cogitare, nam etiam עַיִן notionem *pravitatis* habet, ex usu verbi arab. غان *pravus fuit*. Confer *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. ac *Cappelli Crit. S.* p. 510 sequ. Eadem observatio valet quoque de locis Hos. X, 10. et Zach. V, 6. de quibus videndus est *L. Bos* in *prolegomenis* cap. 1. – עֹלָה, *holocaustum*. Ies. LXI, 8. *ἅρπαγμα ἐξ ἀδικίας*: ubi legit עַוְלָה. – עֹלֶה, *ascendens*. Iob. XXXVI, 33. Hic quoque auctor huius versionis legit עַוְלָה cum *Syro* et *Symmacho*. – עָנִי *afflictus*. Ez. XVIII, 7. Legit עָנִי et accepit sensu passivo de *miseria, qua alter afficitur*. Secundum *Cappellum* in *notis criticis* ad h. l. legit מֵעַוְנוֹ. – עֲנוֹת, *sulci*. Hos. X, 10. sed lectio textualis est עֵינֹתָם, de qua vide supra s. v. עין in hoc articulo a me monita. In margine tantum legitur עונותם, quod ex עינותם depravatum mihi esse videtur. – עֹשֶׁק *oppressio*. Ps. LXI, 10. LXXII, 8. *ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν*, ubi *ἀδικία* vel *sermones superbos*, vel *blaspheme dicta* notat. Ez. XXII, 7. 29. – עֵשֶׂק, *lis, contentio*. Gen. XXVI, 20. ubi vocem hebraicam cum Schin legisse videntur עֵשֶׁל. Vide supra s. v. *ἀδικέω*. *Schol. gr.* in ed. *Bos. ἀδικίαν* per *συκοφαντίαν* interpretatur. – עָשַׁק. Iob. X, 3. ubi pro *ἀδικήσω* lege *ἠδικήσω*.

- עָתָק, *detortum, perversum*, item *ferocia, superbia*. Psalm. LXXIV, 5. *μὴ λαλεῖτε κατὰ θεοῦ ἀδικίαν.* Ib. XCIII, 4. - פֶּרֶק *dilaceratio*, Nah. III, 1. ubi nonnulli statuunt, eum pro פֶּרֶק legisse פֶּרֶץ. Sed *ἀδικία* quoque a voce פֶּרֶק est minime aliena, quae a nonnullis per *praedam violenter avulsam* explicatur. Conf. פֶּרֶק Ps. VII, 3. - פֶּשַׁע *praevaricatio*. *Theod.* Iob. XXXIII, 6. LXX Gen. L, 17. Ex. XXXIV, 7. *ἀφαιρῶν ἀνομίας καὶ ἀδικίας*, coll. Num. IV, 18. Iob. XXXIV, 6. - *צָבוּעַ *hyaena*. *Inc.* Ier. XII, 9. Sensum fortasse expressit, nam hyaena est imago hominis rapacis ac violenti, unde alius incertus interpres per *λῃστὴς* interpretatus est. Respicere tamen quoque potuit ar. ضبع, *iniquus, iniustus fuit.* - קֶשֶׁר *coniuratio*. 2 Reg. XVII, 4. ubi *ἀδικία* est *defectio*, et in aliis libris legitur *ἐπιβουλή*. - *רַבִּים *multi*. *Aqu.* Ps. LXXXVIII, 51. *ἀδικίας*. Legit רָעִים aut fortasse רִיבִים, *rixas, altercationes*, quam tamen vocem alias per *δικασίας* reddere solet. - רַע et רָעָה *malum*. Ps. CXXXIX, 2. Prov. VIII, 13. Ez. XX, 43. - רֶשַׁע *improbitas*. Ies. LVIII, 16. - *רָשָׁע *impius*. Prov. XI, 5. ubi et *ἀδικία impium* notat, ut sit abstractum positum pro concreto. - *שִׁית *ornamentum*. Ps. LXXII, 6. ubi nonnullis legisse videtur סוּר; ego vero eum שֵׁת pro שְׁאֵת, *tumultus bellicus*, versione hac sua paulo liberiore exprimere voluisse arbitror. - שֶׁקֶר *falsitas*: quam notionem etiam habet *ἀδικία*. Deut. XIX, 28. Mich. VI, 22. Ps. LI, 3. *Theod.* Iob. XXXVI, 4. *οὐκ ἄδικοι οἱ λόγοι μου. Vulg. absque mendacio sermones mei.* - תּוֹעֵבָה *abominatio*, etiam *illud ipsum, quod est abominabile*, v. c. iniustitia et impietas. Ez. XVIII, 24. - *תֻּמָּה *perfectio, integritas*. Iob. XXXI, 8. sec. *Compl.* Sed lectio ibi est aperte vitiosa, et pro *ἀδικία* reponendum est *ἀκακία*. - Praeterea legitur vox *ἀδικίας* apud *Inc.* Lev. XV, 19. ubi de *menstruo* adhibetur, eique nihil respondet in textu hebraico. — Sir. XIV, 9. ubi *ἀδικία πονηρὰ* est avaritia cum invidia coniuncta, quia avarum stimulat ad fraudes et iniurias. - Vide infra *Κεκονιασμένος μετὰ ἀδικίας* in *Κονιάω*.

ἌΔΙΚΟΣ, adiect. *iniustus, iniquus*, it. *falsus, fallax*, et subst. *τὸ ἄδικον, τὰ ἄδικα, iniustum, iniusta.* - אָוֶן, *iniquitas, iniustitia*. *Inc.* Ies. XLI, 29. ubi concretum pro abstracto positum est. Idem valet de loco Iob. XXXII, 15. apud LXX. Prov. XII, 22. - דָּבָר *verbum*. Gen. XIX, 18. *εἰς τοὺς ἄνδρας τούτους μὴ ποιήσητε ἄδικον*, ne his viris iniuriae quidquam inferte. Bene quoad sensum, nam in hac orationis serie דָּבָר, ut graecum *τὶ*, *iniuriam* aut *mali quidquam* notat. - חָמָס *vis, violentia*. Ex. XXIII, 1. *μάρτυς ἄδικος*, *testis falsus*, coll. Deut. XIX, 16. 2 Sam. XXII, 3. *ἐξ ἀδίκου σώσει με.* Ps. XVII, 52. etc. - *יֵשׁ בְּלֹא מִשְׁפָּט, *est qui propter*

iniustitiam. Prov. XIII, 23. LXX ἄδικοι, ubi videndus *Iaegerus.* Sed mihi potius ad יֵשׁ tantum referendum videtur, ut libere sensum expresserint. – *לֹא כֵן *non ita.* 2 Reg. XVII, 9. ubi כֵּן in notione *rectitudinis* acceperunt. In aliis libris legitur οὐχ οὕτως. – לָזוּת *pravitas.* Prov. IV, 24. – מִרְמָה, *fallacia, fraus.* Ps. XLII, 1. ἀδίκου καὶ δολίου: ubi ἄδικος eum notat, *qui vim infert.* Amos VIII, 5. ζυγὸν ἄδικον, lances dolose perversae. – עַוָּל *iniquus.* Iob. XVIII, 22. XXIX, 17. et XXXI, 3. – עָוֶל *iniquitas.* Lev. XIX, 15. 35. (ubi alii libri ἀδικία habent.) Prov. XXIX, 28. – עַוְלָה idem. Iob. VI, 29. XXII, 23. Soph. III, 6. – עַוְלָתָה *nequitia.* Iob. V, 16. – עֹשֶׁק *oppressio.* Ies. LIV, 14. et LIX, 13. – *פָּשַׁע *praevaricari.* *Symm.* Ies. LIX, 13. Si lectio ἄδικον sana est, ita transtulit, quia ידעו in fine commatis antecedentis cum nostro coniunxit. Fortasse tamen loco ἄδικον reponendum est ἀδικεῖν, ut legitur apud *Procopium* p. 672. – רְמִיָּה *fallacia, dolus.* Iob. XXVII, 4. – רַע *malum.* Prov. XV, 27. et Ies. LVI, 2. – רָשָׁע *improbus.* Ex. XXIII, 1. Prov. XVII, 15. Ies. LVII, 20. – שֹׁד *vastator,* it. *vastatio.* Iob. V, 22. – שֶׁקֶר *mendacium, falsitas.* *Theod.* Iob. XXXVI, 24. Ier. VIII, 10. IX, 23. ἐπ' ἀδίκῳ, *mendaciter* i. q. ἀδίκως. *Symm.* Prov. X, 18. et XXV, 14. LXX Ex. XXIII, 7. 1 Sam. XXV, 21. לַשֶּׁקֶר, εἰς ἄδικον, *frustra,* i. q. ἀδίκως, quod hebr. חִנָּם Prov. I, 11. 17. respondet. Caeterum incertum manet, an ἄδικον sit h. l. masculini aut neutrius generis. Iob. XIII, 4. ὑμεῖς ἐστε ἰατροὶ ἄδικοι, vos autem omnes estis medici indocti, seu artis medendi imperiti, vel, quod eodem redit, falsi, spurii. Apud GG. enim ἄδικος omnino *is* dicitur, *qui non talis est, qualis esse debet.* Ib. XXXVI, 4. οὐκ ἄδικα ῥήματα ἀδίκως συνιεῖς, non iniusta verba iniuste intelleges. Quanquam h. l. verba graeca non exacte hebraicis (perfecta scientia probabitur tibi, ut *Vulgatus* reddidit, aut quoad sensum: veritatem scientiae ipse agnosces) respondent, nihilominus tamen sensum non male expresserunt, modo pro ἄδικα reponatur δίκαια, quas voces in Versionibus graecis saepius invicem permutari infra s. v. δίκαιος a me demonstrabitur. Iam illud δίκαια a librariis in ἄδικα mutatum est, quia antecedens οὐκ (quod tamen cum συνιεῖς construendum est) cum δίκαια coniungendum rati, e recepta lectione sensum prorsus contrarium prodire videbant: nam οὐκ ἄδικα sunt δίκαια. Sed verba LXX Intt. sunt ita vertenda: et vere a me prolata verba non falso intelleges ac interpretaberis. – Ps. XXVI, 18. Prov. X, 18. Ibid. XI, 18. ubi ἔργα ἄδικα ποιεῖν est *opus ingratum facere, quod effectu suo fallit auctorem:* nam opponitur ἀληθείας μισθὸς, *mercedis ac praemiorum proventus certissimus.* Ier. V, 31. οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἄδικα, prophetae *falsa* vaticinantur. coll. VII, 8. ὀμνύετε ἐπ' ἀδίκῳ, creditis dictis *mendacibus,*

et XXIX, 9. - תֹּהוּ *inane.* Ies. XXIX, 21. ἐπλαγίασαν ἐπ' ἀδίκοις δίκαιον, iustum per calumnias opprimebant. Sensum expresserunt. - תַּהְפֻּכָה *perversitas.* Prov. X, 32. concreto recte posito pro abstracto. — Sir. VII, 2. ἄδικον et *iniuste factum* et *poenam iniustitiae* denotat. Ibid. XXXI, 18. θυσιάζων ἐξ ἀδίκου, i. q. v. 20. θυσία ἐκ χρημάτων πενήτων, ut adeo τὸ ἄδικον sint h. l. *opes iniuste partae.* Ib. XXXV, 11. θυσία ἄδικος, i. q. supra θυσία ἐξ ἀδίκου. Ibid. LI, 7. διαβολὴ γλώσσης ἀδίκου. - 3 Esdr. IV, 37. ἄδικον *fluxum, caducum* notare videtur, ubi tamen *Bretschneiderus* monuit, e v. 39. apparere, esse potius ibi sermonem de iustitia. — Vide alibi Πλοῦτος et Συγγραφή.

ἌΔΙΚΟΝ ΚΡΙ'ΝΩ, *iniustum iudico,* h. e. *condemno.* הִרְשִׁיעַ Hiph. *condemno.* Prov. XVII, 15. ὃς δίκαιον κρίνει τὸν ἄδικον, qui insontem condemnat. Opponitur ibi τῷ δίκαιον κρίνειν.

ἌΔΙΚΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, *iniustum facio,* h. e. *pronuncio, condemno.* הִרְשִׁיעַ Hiph. *condemno.* *Symm.* Iob. XL, 3. ἄδικον ποιήσεις.

*ΕΙ'Σ ἌΔΙΚΟΝ ΜΕΤΑΣΤΡΕ'ΦΟΜΑΙ, *in id, quod iniustum est, perverto.* עִוֵּת *perverto.* *Symm.* Iob. VIII, 3. εἰς ἄδικον μεταστρέψεται. Mallem legere μεταστρέψει.

'ΑΔΙ'ΚΩΣ, *iniuste, impie, male, inique.* בְּלִי לְבוּשׁ, *absque veste.* Iob. XXIV, 10. γυμνοὺς δὲ ἐκοίμησαν (al. ἐκοίμισαν) ἀδίκως. Libere verterunt. Sermo autem ibi est de vestimento, quod ipsis pro pignore inhumane et iniuste ereptum est. - חִנָּם, *frustra, immerito.* Prov. I, 11. ἀδίκως, sine causa. *Vulg.* h. l. et c. III, 30. *frustra,* quod eandem significationem habet. Conf. quoque v. 17. - *כָּזָב *mendacium.* Prov. XIX, 5. ὁ δὲ ἐγκαλῶν ἀδίκως. - *לֹא חָבַל *non parcere.* *Inc.* Iob. XXXIV, 31. ἀδίκως, quod convenit quodammodo hebr. לֹא אֶחְבֹּל, *non corrumpam,* sc. ultra vias meas et mores, h. e. non prave et perdite agam, coll. Nehem. I, 7. - *עָצֵל *piger.* Prov. XIX, 24. ὁ ἐγκρύπτων εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ χεῖρας ἀδίκως, de quo loco anceps haereo. Alibi עָצֵל per ὀκνηρὸς reddiderunt, sed hoc nimis differt ab ἀδίκως. Nec omnino placet *Iaegeri* ad h. l. coniectura, qui eum legisse putat עַוִּיל, ut sermo sit de *iniuste partis* aut *surreptis,* veluti c. XVI, 33. Magis mihi arrideret eorum opinio, qui statuerent, eum tribuisse voci עָצֵל notionem *iniquitatis* et *iniustitiae* nobis nunc ignotam, nam etiam c. X, 26. pro העצל voce παρανομία usus est. Num fortasse huc facit aliquid arab. عصل *torqueri, contorqueri?* quod ex usu loquendi Orientalium ad *perversitatem* et *impietatem* transferri potuit. Posset quoque coniici ἀργῶς loco ἀδίκως. - צַדִּיק, *iustus.* Ies. XLIX, 24. ἐὰν αἰχμαλωτεύσῃ τις ἀδίκως, σωθήσονται? ubi non aliter legit, sed sensum ex-

pressit; nam qui iustum captivum abducit, is inique captivum ducit. – רָשָׁע *improbus*. Prov. XVII, 23. λαμβάνων δῶρα ἀδίκως ἐν κόλποις. Non video, cur haec versio *Iaegerum* ad h. l. offenderit, nec quid mutatione vocis ἀδίκως in ἀδίκου efficiatur. Λαμβάνειν δῶρα ἀδίκου et λαμβάνειν δῶρα ἀδίκως, h. e. παρ' ἀδίκου, non admodum inter se differunt. – שֶׁקֶר, *falsitas, mendacium*. Ps. XXXIV, 22. ἐχθραίνοντές μοι ἀδίκως. Ibid. XXXVII, 2. CXVIII, 78 et 86. ubi ἀδίκως positum est pro οὐκ ἐν δίκῃ, *ob nullum crimen, nullo persequendi titulo*. – לַשָּׁקֶר, *ad falsitatem, falso*. Lev. VI, 4. – עַל שֶׁקֶר idem. Lev. VI, 3. – תָּמִים *integer, perfectus*. Iob. XXVI, 4. de quo loco vide supra a me ad vocem ἄδικος disputata.

ἈΔΟ'ΚΗΤΟΣ, *inopinatus, improvisus*. Sap. XVIII, 17. φόβοι δὲ ἐπέστησαν ἀδόκητοι. *Suidas*: Ἀδόκητος, ἀπροσδόκητος. *Hesych.* Ἀδόκητον, αἰφνίδιον. *Soph. Oed. Col.* 252. *Eurip. Phoen.* 317. *Ioseph. B. I.* II, 19, 7. *Hav.*

ἈΔΟ'ΚΙΜΟΣ, *improbatus, minime probus, reiectaneus*. סִיג, *scoria*. Prov. XXV, 4. et Ies. I, 22. ἀργύριον ἀδόκιμον, argentum minime probum s. scoriis plenum. *Hesych.* ἀδόκιμον, πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον.

ἈΔΟΛΕΣΧΕ'Ω. Vox haec apud SS. GG. fere in malam partem accipitur, ut *loquacem esse, garrire, deblatterare* significet, apud LXX vero etiam in bonam partem adhibetur pro *orationis meditationisque exercitio*. Hinc respondet τῷ רָנַן Pih. *canto*, item *exclamo*. Thren. II, 19. ἀνάστηθι ἀδολεσχῆσαι ἐν νυκτὶ, age clama noctu. *Incertus* quoque sec. Cod. *Noriberg*. h. l. ἀδολέσχησον habet. – שׂוּחַ et הֵשִׂיחַ Kal et Hiph. *loquor, meditor*. Gen. XXIV, 63. ἐξῆλθεν ἰσαὰκ ἀδολεσχῆσαι εἰς τὸ πεδίον, exibat Isaacus ad meditandum, sive ad precandum in agro. *Symmachus* ibi habet λαλῆσαι, et in *Bibl. Graec. Francof.* hoc scholion legitur adiectum: ἐξῆλθε κατὰ μόνας, τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς ἐνομιλῆσαι. οὐ πρόσκειται τίνι. εἰκότως, ἐπεὶ μηδὲ ἀνθρώπων ἡ τοιαύτη ὁμιλία γίνεται, ἀλλ' ἤτοι πρὸς θεὸν, ἢ αὐτοῦ τινος πρὸς ἑαυτόν. Vid. *Augustin. Quaest. in Genes.* lib. I. Qu. 69. Ps. LXVIII, 15. κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν καθήμενοι, contra me confabulantur vel nugantur, h. e. diffamant me, otiosi. Ibid. LXXVI, 3. ἠδολέσχησα, *preces facio*, ubi *Symm.* διελάλουν habet. *Suidas*: ἠδολέσχησα, διελάλουν, ἐμαυτῷ προσδιαλεγόμενος. Ibid. v. 6. ἠδολέσχουν, *meditor*. Ibid. v. 12. ἀδολεσχήσω, *considero, animum adverto*. Ps. CXVIII, 15. ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, de praeceptis tuis *meditor*. Cum praepositione ἐν construitur quoque ibid. v. 23. 27. 48 et 78. — Sir. VII, 15. ἀδολεσχεῖν in deteriorem partem adhibetur, ut sit: *garrire, nugari, ineptire, effutire quaelibet, nulla habita ratione loci, temporis et personarum*: ubi *Vulg.* formula *verbosum esse* usus est. Verba graeca sunt: μὴ ἀδολέσχει ἐν πλήθει πρεσβυτέρων, et ibid. c. XXXII, 10.

ΑἸΘΗ`Ρ, *aether, aer, coelum*. עָנָן, *nubes*. *Symm.* Prov. VIII, 28. – שְׁחָקִים *nubes*. *Symm.* Prov. VIII, 28. Idem Iob. XXXVI, 28. XXXVII, 18. Ps. XXXV, 6. (ubi tamen pro αἰθέρων *Drusius* legere mavult αἰθερίων, atque sic prorsus habet *Vat.* 754. ex quo notas hexaplares excerpsit *Adlerus* in *Eichhornii Repertorio liter. bibl. et or.* T. XIV. p. 183 sequ.). Ibid. LXXVI, 18. Prov. VIII, 25. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Αἰθὴρ, ὁ ἐν ὕψει ὑπὲρ τὸν ἀέρα πυρώδης τόπος.

ΑἸΘΙ'ΟΨ, plur. αἰθίοπες, *Aethiops*, *Aethiopes*: sic dicti *ab adusta facie*. כּוּשִׁי *a Chus* (filio Chami) *oriundus*. Ier. XIII, 23. εἰ ἀλλάξεται αἰθίοψ τὸ δέρμα αὐτοῦ; num Aethiops cutem suam mutare potest? Ibid. XXXVIII, 7. Amos IX, 7. – צִיִּים plur. a צִי, *loca arida, deserta* et *eorum incolae*, quales sunt Aethiopes. *Aqu. Symm.* et LXX Ps. LXXI, 9. et LXXIII, 14. ubi *Vulg.* habet: populis Aethiopum.

ΑἸΘΙΟΠΙ'Α, *Aethiopia*, i. e. *Aethiopum regio, quam incolunt*. כּוּשׁ. Iob. XXVIII, 19. τοπάζιον αἰθιοπίας.

ΑἸΘΙΟ'ΠΙΣΣΑ, *Aethiopissa*, h. e. *mulier ex Aethiopia oriunda*. כֻּשִׁית idem. Num. XII, 1. τῆς γυναικὸς τῆς αἰθιοπίσσης.

ΑἼΘΡΙΟΣ, *subdialis, qui est sub dio*. Est ab αἴθρα, *serenitas aeris*. 3 Esdr. IX, 11. οὐκ ἰσχύομεν στῆναι αἴθριοι, non possumus stare sub dio. Hebr. בַּחוּץ Esdr. X, 13. *Hesych.* Αἴ-

θριος, ὑπὸ τὸν ἀέρα. Lex. MS. Bibl. Coislin. p. 503. *αἴθριος, ἔξω ὑπὸ τὸν ἀέρα. Ioseph. A. I.* III, 5, 3. *Hav.*

ΑΙ'ΘΡΙΟΝ, τὸ, sc. μέρος, *locus subdialis, qui sub dio est.* מִפְתָּן *limen, inferius*, etiam *locus ante fores domus.* Ez. IX, 3. εἰς τὸ αἴθριον τοῦ οἴκου. Ib. X, 4. 18. XLVII, 1. ὑποκάτωθεν τοῦ αἰθρίου, ubi in textu hebr. verbis מִפְתַּן הַבַּיִת respondet. – פָּנִים plur. *facies*, etiam *omnes partes rei in oculos cadentes.* Ez. XL, 16 et 20. Ib. v. 15. עַל פְּנֵי, *super faciebus*, τὸ αἴθριον.

ΑΙ'ΘΡΙΟΝ ΤΟΥ' 'ΑΙΛΑ'Μ, sc. μέρος, *locus subdialis liminis.* עַל־לִפְנֵי אֵלָם, *super ad facies vestibuli.* Ez. XL, 15. τὸ αἴθριον τοῦ αἰλὰμ, ubi *Aquila* κρίωμα, *Symm.* περιστάσεις, alii vero προπύλαιον habent.

ΑΙ'ΚΙ'Α, *caesio, verberatio, plaga, tormentum, cruciatus.* 2 Macc. VII, 42. crudelissima tormenta septem fratribus et matri ipsorum illata αἱ ὑπερβάλλουσαι αἰκίαι vocantur. 3 Macc. IV, 14. VI, 26. *Hesych.* αἰκία, πληγὴ, ὕβρις, βάσανος, μάστιξ.

ΑΙ'ΚΙ'ΖΟΜΑΙ, *verbero, flagris caedo, excrucio, contumeliis afficio*, et passiv. *verberor, flagris caedor, plaga et contumelia afficior.* 2 Macc. VII, 1. μάστιξι καὶ νευραῖς αἰκιζομένους, flagellis et loris caesos. Ibid. v. 13. ἐβασάνιζον αἰκιζόμενοι, torquebant flagris caedentes. Ib. v. 15. ᾐκίζοντο. Ibid. VIII, 28 et 30. ᾐκισμένοις καὶ ὀρφανοῖς, ubi ᾐκισμένοι ob adiectum ὀρφανοῖς non videntur esse *flagris caesi*, sed ἀσθενοῦντες, *qui debilitate corporis laborant, nec victum sibi parare possunt. Vulg.* bene: *debiles.*

ΑΙ'ΚΙΣΜΟ'Σ, *caesio, verberatio*, etiam *plaga, iniuria, contumelia.* 2 Macc. VIII, 17. τὸν τῆς ἐμπεπαιγμένης πόλεως αἰκισμὸν, illusae civitatis iniuriam. 4 Macc. VI, 9.

ΑΙ'ΛΑ'Μ. Ipsa vox hebraica אֵילִים plur. ex אַיִל, *limina.* Saepius occurrit apud interpretem graecum Ezechielis, v. c. pro אֹהֶל *tentorium*, Ez. XLI, 1. ubi אֹהֶל *vestibulum* notat. V. *Buxtorfii Anticrit.* p. 625 sequ. – אוּלָם, *vestibulum. Aqu. ed. sec.* et LXX Ez. VIII, 16. Ioel. II, 17. ubi pro αἰλὰμ *Arabs* expressit ναοῦ. – אֵלָם *vestibulum.* Ez. XL, 9. ubi *Schol.* τὸ αἰλὰμ exponit τὸ πρόθυρον, *vestibulum.* Ibidem etiam τὰ αἰλὰμ dicuntur τὰ αἰλεὺ sec. *Vat.* (ubi *Alex.* αἰλὰμ habet) et v. 21 ac 36. 37. τὰ αἰλαμμὼν (vel iuxta *Alex.* αἰλαμμὼθ), quae *Schol.* ad v. 21. interpretatur πρόπυλα, *vestibula.* Scribitur et ἐλαμμὼν in Cod. *Alex.* ib. v. 21. *Gloss. MSS. in Ezech.* ἐλὰμ, τοῦ προπύλου. In iisdem: τὸ ἐλὰμ, τὸ ὑπέρθυρον; et rursus: τὰ ἐλαμὼν, τὰ πρόπυλα. *Hesychius:* ἔλαμαν, (quod ex ἐλαμὼν et hoc ex αἰλαμμὼν enatum) ὑπέρθυρον. V. *Iablonskii Opuscula* T. I. p. 85. qui ex eo derivari posse iudicat nomen θάλαμος.

ΑΙ'ΛΟΥΡΟΣ, *aelurus, catus, felis.* Epist. Ierem. v. 22. *ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ αἴλουροι*, ubi haec ex *Evagrio* notat *Grotius*: *ὁ δὲ ἔφη αἴλουρον εἶναι, ἣν κάτταν ἡ συνήθεια λέγει.* Conf. *Artemidorum* lib. III. c. 11. *Phavor. αἴλουρος, παρὰ τὸ αἴλλειν τὴν οὐρὰν*, i. e. a versando caudam.

ΑΙ'ΜΑ, *sanguis, caedes, bellum.* אָדָם *homo.* Gen. IX, 6. habito nempe א pro matre lectionis. - דָּם *sanguis.* Gen. IV, 10. *φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ*, fratris tui *caedes.* Ibid. IX, 6. *ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου*, effundens sanguinem hominis, h. e. occidens hominem. Vide et Gen. XXXVII, 21. Ez. XVIII, 10. Deut. XXXII, 14. *αἷμα σταφυλῆς*, *sanguis uvae.* Ita *vinum* dicitur, quod in Palaestina rubrum est, ut sanguis. Vide et Gen. XLIX, 21. Sir. XXXIX, 22. L, 17. 1 Macc. VI, 34. Apoc. XIV, 20. ubi videndi Intt. Adde *Eustathium* ad Il. β'. p. 233. ubi probat, quod saepius, poetis maxime, res quaedam ab animalibus ad inanimata transferantur, et huc etiam p. 234. refert, quod *οἶνος* dicatur *αἷμα σταφυλῆς.* Iud. IX, 24. *τὸ αἷμα αὐτῶν ἐπιθεῖναι ἐπὶ Ἀβιμελὲχ*, ut sanguinem illorum imponerent Abimelecho, h. e. ut *caedem* illorum imputarent Abimelecho, et ulciscerentur in eo. 2 Sam. I, 16. *τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου*, caedes, qua sanguis tuus effundetur, tibimet ipsi imputetur, seu: ipse reus sis caedis tuae. Vide et 1 Reg. II, 38. Ez. XXXIII, 4. ac conf. Deut. XXII, 8. ubi דָּם per *φόνον* explicatur. 2 Sam. XVI, 7. *ἀνὴρ αἱμάτων*, *vir sanguinis cupidus, crudelis.* Vide et Ps. V, 7. XXV, 9. LIV, 27. et conf. *Sir.* XXXIV, 23. Ez. XXIV, 6. 9. *πόλις αἱμάτων*, civitas sanguinum, h. e. caedium (seu, ut etiam verti potest, flagitiorum omnis generis) plena. Vide et Nah. III, 1. Ez. XXXVIII, 22. *κρινῶ αὐτὸν θανάτῳ καὶ αἵματι*, puniam illum peste et *bello* (Conf. Ioel. II, 30. et Sirac. XL, 11.) vel *gladio*, ut legitur apud *Sophocl. Electr.* v. 1410. Vide *Miscell. Obss.* Vol. I. p. 416. 1 Paral. XXVIII, 3. *αἵματα ἐξέχεας, multum sanguinis* effudisti. coll. 1 Reg. II. 5. *τὰ αἵματα πολέμου*, et 2 Reg. IX, 26. Mich. III, 10. *οἱ οἰκοδομήσαντες Σιὼν ἐν αἵματι*, qui exstruitis Sionem ex *opibus vi partis.* Ies. I, 15. *αἷμα* notat *dira scelera omnis generis*, coll. Hab. II, 12. ubi considerandus est parallelismus sententiarum. - דֹּם, Imper. a דָּמַם, *quiesce, subsiste.* Ez. XXIV, 17. Loco דֹּם LXX legisse דָּם, omni dubio caret. - הָמוּ 3. pers. plur. ab הָמָה *fremo.* Zach. IX, 15. *ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον*, ubi pro הָמוּ *tumultuabuntur* legisse videntur דָּמָם *sanguinem eorum.* In *Vat.* legitur simpliciter *αὐτοὺς*, omisso *τὸ αἷμα*, ut adeo הֵמָּה in suo codice legisse videantur. - חָמָס *vis, violentia. Aqu.* Hab. II, 17. ubi plerique Critici (parum probabiliter, in voce scil. hac satis nota ac saepe obvia) putant forte *αἷμας* rescribendum ac impressam lectionem *αἷμα* esse corruptam scriptionem eius, qui חָמָס literis graecis ex-

primere volebat. Mihi vero illi rectius statuere videntur, qui putant, *Aquilam* propriam vocis דָּם notionem expressisse, quae quidem non in lingua hebraica, attamen arabica invenitur. Quod si autem vel hoc in dubium vocari possit, tamen satis constat, αἷμα aeque ac hebr. דָּם latissime patere, ac de omnibus *sceleribus* ac *flagitiis* adhiberi, ut adeo etiam ad *violentiam* et *rapinam* transferri commode possit. Non opus itaque est statuere, αἷμα h. l. ad דָּמַי in sequentibus pertinere. Caeterum vide ad h. l. *Montfauconium*. – יֶתֶר, *residuum*. *Inc.* et LXX 2 Sam. XXI, 2. ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ Ἀμοῤῥαίου, ex sanguine Amorrhaeo, h. e. ex genere Amoritarum. Sic hunc locum explicavit *Bielius*, ac laudavit *Lex. Cyrilli MS.* ubi αἷμα per γένος explicatur. Non omnino male. Quia vero יֶתֶר *reliquias, residuum* notat, et h. l. eos, qui ex posteris Emorraeorum adhuc residui erant, coniicere mallem, utrumque interpretem potius λεῖμμα scripsisse, quod mihi vel ideo non improbabile est, quoniam pro αἵματος, quod monente *L. Bosio* in aliquot libris legitur, *Vat.* habet ἐλλείμματος, *Alex.* autem λίματος, unde αἵματος facile oriri potuit. – *כָּזָב, *mendacium.* Amos II, 4. sec. cod. *Alex.* ubi tamen αἵματα est merus error scribae, ortus per metathesin ex similitudine literarum cum τὰ μάταια. – נֵצַח, *robur.* Ies. LXIII, 3. 6. κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς τὴν γῆν. Scil. נֵצַח est vocabulum poeticum pro דָּם a rad. arab. نضح *spargere, aspergere,* (Vide *Schultensii Opera minora* p. 287.) nec contexta oratio ullum alium sensum admittit. *Vulg. sanguis eorum.* *Semlerus* coniiciendi libidine abreptus loco αἷμα reponendum esse opinabatur ᾆσμα. Ex aliorum sententia confuderunt LXX hunc versum cum sexto huius capitis, aut נֵצַח per metonymiam acceperunt pro *eo, per quod ipsi valebant.* – רוּחַ, *spiritus.* Iob. VI, 4. θυμὸς αὐτῶν ἐκπίνει μου τὸ αἷμα, ubi libere et ita ideo verterunt, quia non commode dici posse putarunt θυμὸς ἐκπίνει τὸ πνεῦμα. Non tamen admodum repugnarem, si quis αἷμα in πνεῦμα mutare, ac loco θυμὸς θυμὸν reponere mallet. – רָמוּת, *altitudo.* Ez. XXXII, 5. ἐμπλήσω ἀπὸ τοῦ αἵματός σου πᾶσαν τὴν γῆν. Fortasse legerunt דָּמוֹת *sanguines.* Eos secutus videtur *Hieronymus*, qui *saniem* reddidit. – *שְׁאֵר, *caro.* *Inc.* Levit. XVIII, 12. ubi *Scharfenb.* T. I. p. 90. λεῖμμα reponendum esse censet. Mihi vero sensum expressisse videtur. – *שָׁלוֹם, *pax.* *Inc.* 1 Reg. II, 6. scilicet hac ratione, ut hebr. לֹא בְּשָׁלֹם, *non in pace,* transtulerit per ἐν αἵματι, adeoque hanc formulam (quam de *morte violenta* explicandam esse, omnes concedunt) seriei orationis convenienter explicaverit. Praeterea monente *Bonfrerio* in *Comm.* ad *Pentat.* p. 1047. vocem αἷμα *Basileenses codices* male praeferunt Deut. XXXII, 43. cum tamen ἅμα scribendum esse res ipsa indicet.

1 Reg. XXII, 38. αἷμα, cui nihil respondet in textu hebr., notat *piscinam sanguine regis tinctam.* Conf. *Theodoret.* et *Ioseph.* A. I. VIII, 15, 6. — Sir. VIII, 16. αἷμα est *caedes, homicidium.* Ib. IX, 9. pro πνεύματι *Vulgatus* legit αἵματι, quae lectio si vera est, (exhibet autem eam quoque *Clemens Alex. Paed.* II. c. 7. p. 257.) αἷμα *pravam concupiscentiam* notabit, quatenus ex corpore, maxime sanguine, ortum suum habet. Ibid. XI, 32. εἰς αἷμα ἐνεδρεύει, insidiatur sanguini s. *vitae.* Ibid. XXXIII, 30. ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτὸν, i. q. in sequ. eius ut animae propriae indiges.

ΑἿΜΑ ἈΘΩ͂ΟΝ. Pro דָּמִים recte posuerunt LXX 1 Sam. XXV, 26. nam etiam vox דָּמִים simpliciter posita habet hanc notionem. Vide *Lex. N. T.* s. v. αἷμα.

ΚΡΙ΄ΣΙΣ ΑἽΜΑΤΟΣ, *iudicium sanguinis.* דָּמִים, *sanguines.* Ies. XXXIII, 15. ἵνα μὴ ἀκούσῃ κρίσιν αἵματος. Bene: nam דָּמִים notat h. l. *consilia sanguinaria*, ut vel ex addita voce *audire* luculenter apparet.

ΑἹΜΑ΄ΣΣΩ, attice *ΑἹΜΑ΄ΤΤΩ*, *sanguino*, (*Gloss. Vett.*) *sanguine perfundo*, *cruento.* Sir. XLII, 6. οἰκέτῃ πονηρῷ πλευρὰν αἱμάξαι, servum pravum flagellis cruentare seu caedere usque ad sanguinem. *Eurip. Phoen.* 62.

**ΑἹΜΟΒΟ΄ΡΟΣ*, *sanguivorus.* 4 Macc. X, 17. *Hesych.* αἱμοβόρου, αἷμα ἐσθίοντος.

**ΑἹΜΟ΄ῬΡΟΙΑ*, *fluxus sanguinis*, *sanguinis profluvium.* דָּוָה *infirma*, *menstruata.* Lev. XX, 18. *Inc.* (sec. *Montf.* cuius errorem correxit *Scharfenberg. Ann.* I. p. 98.) ἐν αἱμοῤῥοίᾳ. *Vulg. in fluxu menstruo.*

ΑἹΜΟῬΡΟΟΥ͂ΣΑ, *foemina sanguinis profluvio laborans*, seu *menstruata.* דָּוָה *languida*, *menstruata.* Lev. XV, 32. τῇ αἱμοῤῥοούσῃ ἐν τῇ ἀφέδρῳ αὐτῆς. *Plutarch.* T. X. p. 791, 7. *Reisk.*

ΑἹΜΩΔΙΑ΄Ω, *dentibus stupeo*, *hebesco*, v. c. ex acidis et acerbis cibis, *dentium dolore afficior*, ex αἷμα et ὀδούς. Est i. q. αἱμωδέω, quod apud *Hippocratem de humoribus* p. 30. occurrit. קָהָה *obtusus fio.* Ier. XXXI, 29. οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ᾑμωδίασαν, dentes liberorum stupuerunt. Ib. v. 30. αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτῶν. Ez. XVIII, 2. pro ἐγομφίασαν editio *Complut. Inc.* ac *Theodoretus* ὡμωδίασαν, alius vero ignotus interpres ἐμωδίασαν habent, sed procul dubio corrupte pro ᾑμωδίασαν. Vide ad h. l. *Montf.* et eundem in *Lexico* ad *Hexapla Orig. Phavor.* αἱμωδεῖν, τὸ αἱμωδιᾶν, καὶ τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι.

**ἈΐΝ.* Est ipsa vox hebraica הַהִין. הִין autem est *vasis genus mensuram liquidorum constituens.* Legitur apud *Inc.* Ex. XXIX, 40. ubi *Schedae Combefisianae* hanc notam habent: Ἀῒν μέτρον ἑβραϊκὸν οἴνου καὶ ἐλαίου. δέχεται δὲ, ὥς φησιν Ἰώσηπος, δύο χόας Ἀττικούς.

ΑΙ'ΝΕΣΙΣ, laus, laudatio, celebratio. *גְּמוּל, *retributio.* Ps. CII, 2. sec. *Vat.* et *Psalt. Aethiop.* πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ. Scio quidem, omnes fere interpretes statuere, loco αἰνέσεις reponendum esse ἀνταποδόσεις, ac provocare ad *Alex. Ald.* et *Compl.*, *Vulgatum* (qui habet: *omnes retributiones eius*), *Vers. Arab. Theodoretum* (p. 1524.) et *Catenam PP. GG.* (T. III. p. 34.), nec inficias eo, per compendium scribendi ex ἀνταποδόσεις facile αἰνέσεις oriri potuisse: nihilominus tamen lectio αἰνέσεις (alii interpreti fortasse vindicanda) non prorsus aliena est ab hoc loco, modo αἰνέσεις de ipsis *factis laudibus celebrandis* accipiatur, quod bene convenit hebr. גְּמוּל, quod h. l. *beneficia collata* significat. – הוֹדוֹת infin. Hiph. a יָדָה *confiteri, celebrare.* Neh. XII, 45. εἰς ὕμνον καὶ αἴνεσιν τῷ θεῷ. – הַלֵּל infin. Pihel ab הָלַל *laudare.* 1 Par. XXV, 3. ἐξομολόγησιν καὶ αἴνεσιν. – זִמְרָה et זִמְרָת, ת pro ה, *cantus, psalmodia. Inc.* Iob. XXXV, 10. LXX Ies. XII, 2. LI, 3. φωνὴν αἰνέσεως. – מְלָאכָה, *opus.* Ps. LXXII, 28. ἐξαγγεῖλαί με πάσας τὰς αἰνέσεις σου. Secundum *Cappellum* in *Critica S.* (p. 668. ed. rec.) aut LXX legerunt aliud quid pro כָּל־מַלְאֲכוּתֶיךָ (v. c. תְּהִלּוֹתֶיךָ et sic in *Arab. Polygl.*), aut scribendum ἐργασίας loco αἰνέσεις. Alii *Grabium* secuti reponere volunt πάντα τὰ ἐπαγγέλματά σου, ac statuunt, exempla vulgata LXX Intt. manifeste interpolata esse e Ps. IX, 5. *Hieronymus* testatur, LXX vertisse ἀγγέλματα, quod convenit cum edito מַלְאֲכוּתֶיךָ, ac in versione latina: *praedicationes tuae.* Ego vero eos ad sensum respexisse arbitror, et assentior *Buxtorfio*, qui in *Anticritica* p. 661. bene monuit, vocem hebraicam deduci posse a מַלְאָךְ ἄγγελος, unde מְלָאכָה vel מַלְאָכוּת cogitarunt esse ἀγγελίαν, *nuntiationem, annuntiationem.* Iam si hoc respexerunt, quid est omnes annuntiationes tuas, quam omnes laudes tuas? Potest tamen etiam referri ad מְלָאכָה *opus*, et enarrare opera Dei nihil aliud est, quam laudes operum vel auctoris operum. – רִנָּה, *cantus, clamor.* 2 Par. XX, 23. ἐν τῷ ἄρξασθαι τῆς αἰνέσεως. *Aqu.* Ps. XVI, 1. XLI, 5. et CXXV, 2. – *רְנָנָה, *iubilum, cantus. Aqu.* Ps. XCIX, 2. – שָׂשׂוֹן, *gaudium*, inprimis *quod laudibus et gratiarum actione se exserit.* Ies. LI, 11. αἴνεσις καὶ εὐφροσύνη. – תְּהִלָּה, *laus, laudatio.* Esdr. X, 11. δότε αἴνεσιν κυρίῳ, laudibus celebrate Dominum. 1 Par. XVI, 35. Neh. IX, 5. εὐλογίᾳ καὶ αἰνέσει. Ps. IX, 14. ὅπως ἂν ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις σου, ut tot tuas laudes (h. e. *facta insignia* ac *laude digna*) celebrare possim: coll. L, 16. Ps. LXV, 1. δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ, praestate debitum honorem *maiestati* eius. Hab. III, 2. – *תּוֹדָה *confessio, laudatio, sacrificium eucharisticum.* Lev. VII, 2. ubi αἴνεσις a *Schol.* per εὐχαριστίαν explicatur. Ib. 3 et 5. θυσία αἰνέσεως. 2 Par. XXIX, 31. ubi videndus *L. Bos* in notis. Ps. LV, 13. (al. 12.) ὡς ἀποδω-

σω αἰνέσεώς σου, ubi *Grabius* αἰνέσεις σοι excudi iussit auctoritate textus hebr. et vers. *Hieronymi*. Quibus argumentis addi poterit consensus *Symmachi*, qui habet ἀποδώσω αἰνέσεις σοι. Lectionem σοι habet etiam *Theodoretus* in suo ad h.l. *Commentario*. *Symm.* Ps. XLIX, 23. ὑπὲρ αἰνέσεως. LXX simpliciter αἰνέσεως habent. Ier. XVII, 26. φέροντες αἴνεσιν εἰς οἶκον κυρίου, ferentes *sacrificium eucharisticum* in templum domini. - *תּוֹרָה *lex*. Ies. XLII, 21. μεγαλύνη αἴνεσιν: ubi legit Daleth loco Resch, הוֹדָה. - *תְּרוּעָה *clangor, vociferatio*. *Inc.* Ps. XXVI, 6. Sir. XXXII, 2. ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην θυσιάζων αἰνέσεως, qui eleemosynas distribuit, offert sacrificium eucharisticum: ubi αἰνέσεως positum est pro περὶ αἰνέσεως, coll. Lev. VII, 2.

ΑἸΝΕΤΟ'Σ, laudabilis, laudandus. - הִלּוּל, *laudatio*. Lev. XIX, 24. αἰνετὸς τῷ κυρίῳ, *destinatus ad sacrificia eucharistica* s. *ad convivia sacrificalia*. - לְהַלֵּל infin. Pih. *ad laudandum*. 2 Sam. XIV, 25. - מְהֻלָּל part. Pyh. *laudandus*. 2 Sam. XXII, 4. αἰνετὸν ἐπικαλέσομαι κύριον, Iovam invocavi *Optimum Maximum*. 1 Par. XVI, 25. μέγας κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα. Idem legitur quoque Psalm. XLVII, 1. XCV, 4. et CXLIV, 3. Praeterea legitur haec vox post ἅγιος apud LXX sec. *Ald.* Lev. XXVII, 21. ubi nihil habet in textu hebraico, cui respondeat, nec video, quid hic sibi velit. Fortasse ex cap. XIX, 24. huc transiit. Cant. tr. puer. v. 3. αἰνετὸς (seu αἰνετὸν) καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου. Confer Dan. III, 26. sec. *Chis.* Sir. XI, 31. ubi pro αἱρετοῖς in quibusdam libris legitur αἰνετοῖς, sensu eodem.

'ΑΙΝΕ'Ω, laudo. בָּרַךְ *benedico: item laudibus celebro*. Ps. XCIX, 4. - הוֹדָה Hiph. a יָדָה *confiteor, laudo*. *Inc.* Ies. XXXVIII, 18. LXX Gen. XLIX, 8. αἰνέσαισαν. (V. *Sturz. de dial. Alex.* p. 60.) 2 Par. VII, 3. ᾔνεσαν. - הִלֵּל et הוֹלֵל Pihel. *laudare*. *Symm.* Ps. X, 3. LXX Iud. XVI, 24. ᾔνεσαν τὸν θεὸν αὐτῶν sec. *Ald.* et *Compl.* ubi αἰνεῖν est *hymnum canere*, unde in *Vat.* et reliquis legitur ὕμνησαν. 1 Paral. XVI, 10. αἰνεῖτε ἐν ὀνόματι ἁγίῳ, et v. 36. ᾔνεσαν τῷ κυρίῳ, coll. 2 Par. XX, 22. Nehem. XII, 24. εἰς τὸ αἰνεῖν καὶ ὑμνεῖν ἐν ἐντολῇ Δαβίδ. Ps. LV, 11. ἐπὶ τῷ θεῷ αἰνέσω ῥῆμα. Prov. XXXI, 31. αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. - חָלַל Pih. *tibia cano*. Ierem. XXXI, 5. ubi male nonnulli statuerunt eum pro חִלְּלוּ legisse per He הִלְּלוּ, ignorantes nempe, חָלַל praeter *profanandi* notionem habere quoque eam, quam supra indicavi. - עַיִן *oculus*, it. *fons*. Neh. XII, 37. ἐπὶ πύλης τοῦ αἰνεῖν κατέναντι αὐτῶν: ubi tamen αἰνεῖν non verbum graecum, potius ipsa vox hebraica, sed deformata, (pro ἀΐν) esse videtur. - *רָנַן *canto, iubilo*. *Aqu.* Ies. XVI, 10. et XXVI, 19. Iob. XXIX, 13. Ps. XXXII, 1. ubi tamen vide notata a me in *Opusculis Criticis* ad *Verss. GG. V. T.* p. 188. - שַׁבַּח Chald. Pah. *lauda-*

vit. Dan. II, 23. IV, 31. 34. V, 4. et 25. Praeterea legitur *αἰνεῖν* cum *ἐξομολογεῖσθαι* iunctum 2 Par. XX, 22. ubi nihil est in textu hebr. et *αἰνεῖν* merum glossema esse videtur. Ies. LV, 6. legitur apud *Symmachum αἰνεῖτε καὶ καλέσατε αὐτόν*, ubi in textu hebr. tantum קְרָאֻהוּ exstat, ac ex mea sententia duae versiones coaluerunt. Prioris auctor aut libere vertit, aut legit הָרִיעֻהוּ. Sap. XIX, 9. Sir. XI, 2. XXIV, 1. *ἡ σοφία αἰνέσει ψυχὴν αὐτῆς*, sapientia est omni laude ac honore digna. Ib. XXXIX, 18. *αἰνέσατε ᾆσμα*, hymnum canite, q. d. laudando Dominum canticum ei canite. Ib. XLVII, 6. *ᾔνεσεν αὐτὸν ἐν εὐλογίαις κυρίου*, beneficiis summis *tanquam encomiis eum ornavit.* Ib. L, 21. *ᾔνεσαν ἐν φωναῖς.*

ΑΙ'ΝΕ'Ω ΦΩΝῌ͂ ΜΕΓΑ'Λῌ, laudo voce magna. הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ *clango.* Iob. XXXVIII, 7. *ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ.*

ΑΙ'ΝΙΓΜΑ, aenigma, obscurus sermo, quaestio. חִידָה *oratio inflexa, aenigma.* Num. XII, 8. *ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων, coram,* non per aenigmata. 1 Reg. X, 1. *ἦλθε πειράσαι αὐτὸν ἐν αἰνίγμασι*, venit ad illum tentandum aenigmatibus, aut *quaestionibus difficilioribus propositis.* 2 Paral. IX, 1. Prov. I, 6. *αἰνίγματα, sententiae acutae. Inc.* Psalm. XLVIII, 5. *Hesych.* ad h. l. *αἴνιγμα, πρόβλημα, ζήτημα.* — שַׁמָּה, *res stupenda, admiratio, stupor.* Deut. XXVIII, 37. *ἔσῃ ἐκεῖ ἐν αἰνίγματι.* ubi *Scharfenbergius* monuit, *τῷ ἐν αἰνίγματι* nihil respondere in hebraicis, nisi dicas, eos pro לְשַׁמָּה legisse לְחִידָה, adeoque verosimile esse, *ἐν αἰν.* additum esse vel ab ipsis auctoribus huius versionis, vel a librariis, ex aliis locis, ubi coniunguntur verba מָשָׁל et חִידָה. Mihi autem secus videtur. Commode enim per ipsam rei naturam שַׁמָּה, *res stupenda,* per *αἴνιγμα* reddi poterat, inprimis in hac orationis serie, ubi *αἴνιγμα* aeque ac hebraicum חִידָה de *carmine ad irridendum composito* explicari potest ac fortasse debet. Praeterea legitur haec vox Prov. I, 3. ubi in *Ald.* et *Compl.* additur: *καὶ λύσεις αἰνιγμάτων*, quibus verbis cum nihil respondeat in textu hebraico, videntur continere versionem alius interpretis ad מְלִיצָה v. 6. pertinentem. Sap. VIII, 9. *ἐπίσταται καὶ λύσεις αἰνιγμάτων.* Sir. XXXIX, 3. et XLVII, 16. *ἐν αἰνίγματι παραβολῶν* et *ἐν παραβολαῖς αἰνιγμάτων*, parabolis, quae sensum reconditum habent. *Lex. Ms. αἴνιγμα, παραβολή, ὁμοίωμα.* Vide *Bibl. Coislin.* p. 603. *Hesych. αἰνίγματα, ζητήματα, ὁμοιώματα, τεκμήρια.*

ΑΙ'ΝΙΓΜΑΤΙΣΤΗ'Σ, aenigmata loquens s. proferens. משל part. Kal. *parabolis* seu *proverbiis utens*, item *poeta.* Num. XXI, 27. *διὰ τοῦτο ἐροῦσιν οἱ αἰνιγματισταί*, unde dixerunt *poetae.*

ΑΙ'ΝΟΠΟΙΕ'Ω, hymnum facio, canto. הִרְנִין Hiph. *laetus canto*, etiam *laudare et cantare facio.* Ps. XXXI, 11. ubi

pro αἰνοποιήσατε *Symmachus* habet εὐφημεῖτε, LXX καυχᾶσθε. In alia significatione legitur haec vox apud eundem Psalm. LXXIV, 9. ubi αἰνοποιήσεις est i. q. ὑμνολογούσας ποιήσεις apud *Symmachum* adeoque transitive usurpatur: ubi vid. *Montf.* Eadem vox restituenda quoque est *Aquilae* Deut. XXXII, 43. ubi apud *Procopium* in *Cat. Nic.* perperam ἐνοποιήσατε legitur.

ΑἾΝΟΣ, laus, hymnus. - *הוֹד, *gloria, dignitas.* 1 Par. XVI, 27. sec. *Compl.* nam reliqui libri δόξαν habent. *Symm.* Iob. XXXVII, 22. - הַלֵּל inf. Pih. *laudando.* Esdr. III, 11. ἐν αἴνῳ καὶ ἀνθομολογήσει. - *עֹז, *fortitudo.* Ps. VIII, 3. Sic etiam *Symm.* et *Arabs. Cappellus* in *notis criticis* ad h. l. p. 471. argute magis quam vere coniecit, LXX scripsisse ἶνα (ab ἴς, ἰνός, *vis*), quod postea mutatum fuerit in αἶνον ab aliquo, qui vel nesciverit, quid significaret ἶνα, vel non ceperit mentem phraseos καταρτίσαι ἶνα. Sed satis notum est, עֹז, ut arab. عَزّ et عِزَّة, *laudem* et *gloriam* significare, quam significationem non deserere debuisset *Dathius* in versione sua latina. - תְּחִלָּה, *initium.* Neh. XI, 17. ἄρχων τοῦ αἴνου, primus praecentor carminum. Legit תְּהִלָּה laus. - תְּהִלָּה *laus. Symm.* Ps. LXX, 8. Sir. XV, 9. 10. ubi αἶνος est *laus sapientiae* et *virtutis*, quae est οὐχ ὡραῖος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. *Hesych.* Αἴνου, ἐπαίνου, ὕμνου.

ΑἸΝΌΣ, gravis, horribilis, terribilis. תְּהִלָּה, *laus, laudatio.* Ier. XLIX, 24. πῶς οὐχὶ ἐγκατέλιπε πόλιν αἰνήν, sec. *Complut.* ubi in *Vat.* legitur ἐμήν. Utrumque falsum est. Αἰνὴν ortum est e compendio scribendi pro αἰνετήν, *urbem tam celebrem et festivam.*

ΑἼΞ, αἰγός, caper, capra. עֵז, plur. עִזִּים, idem. Gen. XV, 9. Dan. VIII, 5. 8. - *קְדוּמִים nomen proprium, ad verbum *antiquitatum*, aut ex aliorum sententia: *proeliorum. Symm.* Iud. V, 21. *Semlerus* αἰγῶν mutavit in ἀρχαίων, ut habet *Vat.*, quod nimis alienum est ab impressa lectione. Alii malunt ἁγίων, ut legerit קְדוֹשִׁים, sicut *Alex.* aut potius *Theodotion* καδησείμ. Ego vero levissima mutatione αἰγῶν reponendum esse arbitror, ab αἴξ, *motus violentus, impetus, fluctus*, (certe *Suidas* αἶγες per μεγάλα κύματα interpretatus est,) quod bene *fluvio* convenit, et quodammodo etiam voci hebraicae. Conf. *Vitringam* in *Iesaiam* T. I. p. 715. b. קָדַם *obviam venire* notat, et collato arab. أقدم in IV. quandoque *audaciter procedere in aciem.* - קֹדֶשׁ, *sanctitas.* 2 Paral. XXXI, 6. ἐπιδέκατα αἰγῶν: ubi αἰγῶν est transposita litera ex ἁγίων formatum. V. *Wesselingii Obss.* pag. 150. - שָׂעִיר *hirsutus*, it. *hircus.* Dan. VIII, 21. Praeterea legitur haec

vox Iud. XIV, 6. ubi nihil est in textu hebraico apud LXX et *Inc.*, qui αἰγῶν voci ἔριφος non tam de suo addiderunt, quam potius ex aliis locis, v. c. Gen. XXVII, 9. 16. ubi עִזִּים τῷ גְּדִי iungitur.

ΑἸΠΌΛΟΣ, quasi αἰγοπόλος, *caprarius, pastor caprarum*, et *pastor* in genere. בֹּקֵר, *bubulcus*, et in universum *pastor*, quemadmodum בָּקָר ac Syr. ܒܩܘܪܐ de *quovis pecorum grege* adhibetur. Amos. VII, 14. αἰπόλος ἤμην, ubi αἰγῶν additur. *Hesych.* Αἰπόλος, αἰγονόμος, ποιμὴν τῶν αἰγῶν. *Eustathius* ad Il. δ΄. p. 390. Αἰπόλος λέγεται ὁ ἄγων αἶγας, οὐ μόνον ὡς αἰγοπόλος, ἀλλὰ κατά τινὰς καὶ ὡς αἰποπόλος, ἤγουν περὶ τὰ ὕψη πολῶν, διὰ τὸ τὰς αἶγας μάλιστα τοῖς τραχέσι χαίρειν. Διὸ καὶ τῶν νήσων αἱ τραχύτεραι αἰγίβοτοί εἰσι. Vide et *Theocrit. Id.* α΄. v. 1.

ΑἽΡΕΣΙΣ, *electio, propositum, arbitrium.* מְכֵרוֹת plur. *conventiones, pactiones.* Gen. XLIX, 5. συνετέλεσαν ἀδικίαν ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν. Ita enim scribendum est loco impressi ἐξαιρέσεως. Sic quoque legitur in *Ald. Cat. Nicephor.* T. I. pag. 512. et recte edidit *Grabius.* Vide *L. Bos. Prolegom.* ad h. l. Est autem ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν h. l. *sua sponte*, *non lacessiti.* Etsi, quid legerint hi interpretes (sunt ipsa verba *Scharfenb.* ad *Cappelli Crit. S.* p. 606.) accurate definiri non potest, tamen vero simile est, eos expressisse significationem verbi hebr. nobis quidem ignotam, sed cuius vestigia exstent in reliquis linguis Orientis. Nam, ut *Ludov. de Dieu* in *Crit. S.* ad h. l. monuit, verbum מכר id l. *Aethiop.* notat *consultare*, συμβουλεύσασθαι, et nomen מכר *consilium.* Vide quoque *Castelli Lex. Polygl.* s. h. v. – נְדָבָה, *voluntaria oblatio.* Lev. XXII, 18. κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν αὐτῶν, iuxta quamvis electionem vel liberam voluntatem illorum. Vide et v. 21. – *שְׁתַּיִם *duo.* 1 Sam. XVIII, 21. ubi pro בִּשְׁתַּיִם, *in duabus rebus*, in *Hex. Montf.* haec versio LXX Intt. e Cod. *Coislin.* profertur: ἐφ᾽ αἱρέσει. Potuisset quidem haec versio facile e verbis ἐπὶ τοῖς δυσὶν, quibus *Theod.* usus est, iisque male lectis oriri, sed non opus est, ut ad correctionem seu potius immutationem textus graeci LXX Intt. confugiamus. Scilicet duplici modo Davides gener Sauli factus erat, partim amore Michalis (Cf. v. 20. et 28.), partim libera voluntate Sauli (Cf. seq. et v. 22.), qui benevolentia simulata ipsi insidias struebat. Non male itaque LXX loco *in duabus rebus* posuerunt ἐφ᾽ αἱρέσει, quae verba hunc sensum h. l. habent: non solum filiae meae erga te amore compulsus, sed etiam ex libera mea voluntate ac electione, generum te hodie meum declarabo. Ita omnia bene cohaerent, ac veritati sunt convenientia. 1 Macc. VIII, 30. ποιήσονται ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν, facient pro *lubitu* suo.

ΑἹΡΕΤΙ'ΖΩ et **ΑἹΡΕΤΙ'ΖΟΜΑΙ**, *eligo, praefero, delector, desidero*, i. q. αἱρέω et αἱρέομαι. אִוָּה Pih *expeto*. Ps. CXXXI, 14. ᾑρετίσατο αὐτὴν εἰς κατοικίαν ἑαυτῷ, *desideravit* seu *elegit* illam in domicilium. *Lex. Cyrilli Ms. Brem.* ᾑρετίσατο, ἠγάπησεν, ἐπεθύμησεν. Ibid. v. 15. ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτὴν, hic habitabo, quoniam elegi illam. *Hesych.* ᾑρετισάμην, ἠγάπησα, ἐπεθύμησα, ἠθέλησα, ἠράσθην. – בָּחַר *eligo*. Iud. V, 8. ubi αἱρετίζειν cum ἐκλέγεσθαι in codicibus permutatur, aeque ac 1 Par. XXVIII, 4. et 6. 1 Par. XXIX, 1. ὁ υἱός μου εἷς, ὃν ᾑρέτισεν ἐν αὐτῷ ὁ Κύριος, filius meus unicus, quem elegit Dominus. 2 Par. XXIX, 12. ἐν ὑμῖν ᾑρέτικε Κύριος, vos elegit Dominus. Ps. XXIV, 13. ἐν ὁδῷ, ᾗ ᾑρετίσατο, in via, quam elegit. Ps. CXVIII, 30. ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, viam veritatis elegi. Ib. v. 172. τὰς ἐντολάς σου ᾑρετισάμην, ubi *Symm.* habet εἱλόμην, *Aqu.* et *Theod.* ἐξελεξάμην. Quem locum sine dubio respiciens *Suidas*: Ἡιρετισάμην, αἰτιατικῇ, εἱλόμην, ἐξελεξάμην. Hagg. II, 4. διότι σε ᾑρέτισα. *Gloss. MS. in Proph.* Ἡιρέτισα (ex emendatione *Bielii* loco Ἡρέτεδιν), ἠθέλησα, ἠράσθην. *Inc.* 1 Sam. VIII, 18. – זָבַל, *cohabito*, etiam *coeo*. Gen. XXX, 20. ἐν τῷ νῦν καιρῷ αἱρετιεῖ με ὁ ἀνήρ μου, iam maritus meus me *magis diliget*. *Hesychius*, ad hunc sine dubio locum respiciens, αἱρετιεῖ με interpretatur προτιμοτέραν με ἡγήσεται, me praeferendam iudicabit. – חָמַל *parco*. Mal. III, 17. αἱρετιῶ αὐτοὺς, ὃν τρόπον αἱρετίζει ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ, *amabo* eos (et *curam* eorum *geram*), ut pater filium. Videntur quidem sensum pro more suo expressisse, sed vero similius est, eos legisse חָמַד, *appetiit, desideravit*. *Hesychius* ad hunc locum fortasse: Αἱρετιῶ, προσλαμβάνω, αἱρῶ αὐτοὺς πρὸς ἐμαυτὸν, ad quem locum *Bielius* haecce habet: Hic αἱρετιῶ pro praesenti habetur, sed LXX procul dubio futurum Doricum usurparunt, quemadmodum Gen. XXX, 20. αἱρετιεῖ Dorice dixerunt pro αἱρετίσει. – חָפֵץ, *delector*. Num. XIV, 8. εἰ αἱρετίζει ἡμᾶς Κύριος, si delectatur nobis Deus. *Hesychius*: αἱρετίζειν, αἱρεῖσθαι, ἀρέσκεσθαι. – *נָשָׂא, *elevo, effero*. 1 Sam. XXV, 35. Scilicet ibi in textu hebraico legitur formula satis nota נָשָׂא פָּנִים, πρόσωπον λαμβάνειν, *personarum respectum et rationem habere*, a qua autem parum aut potius nihil differt formula αἱρετίζειν τὸ πρόσωπον τινὸς, qua LXX h. l. usi sunt, et quae notat: *delectari alicuius persona, adeoque in favorem alicuius agere. Symm.* ibi usus est formula ἐντρέπεσθαι τὸ πρόσωπον τινὸς, *revereri aliquem, et huic reverentiae convenienter agere*. – סוּר, *recedo*. Hos. IV, 18. ᾑρέτισε χαναναίους (sec. *Ald.* et *Compl.* In cod. *Vat.* legitur ᾑρέτισε): ubi tamen pro ᾑρέτισε legendum plerisque videtur ἠρέθισε, quod vetus versio apud *Hieronymum* interpretatur *provocavit*. *Grabius* in *Ep.* ad *Millium* p. 51. reponere mavult ᾑρέτισε (spiritu aspero

adhibito ac iota subscripto), *dilexit, amore prosecutus est,* ut *Cyrill.* in *Comment.* ad h. l. rectius habet. Sic quoque statuit *Cappellus* in *nott. critt. ad h. l.* p. 558. qui existimat, LXX סַר per Palach legisse, et significatione transitiva accepisse, cum intransitiva potius usurpetur. Sunt etiam, qui reponere malint ἠρέτισαν χαναναίοις, quia in vers. Arab. legitur: *gratificati sunt Chananaeis,* ut adeo legerint עָרְבוּ ab עָרַב *gratificari. Semlerus* reponere mavult ἠρέμησε, ut referatur ad antecedens הֲבַח־לוֹ. – *רָצָה, *volo, delector. Inc.* Ies. XLII, 1. ὃν ἠρέτισεν ἡ ψυχή μου. Iudith. XI, 1. ὅστις ἠρέτικεν δουλεύειν, qui elegit servire. 3 Esdr. IV, 19. VIII, 11. 1 Macc. II, 19. ἠρετίσαντο ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, *obsequium praestent* eius praeceptis. Ib. IX, 30. ἠρετισάμεθά σε εἶναι εἰς ἄρχοντα. 2 Macc. XI, 24. τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν αἱρετίζοντας, suum morem tenentes seu suam vivendi rationem sequentes.

**ΑἹΡΕΤΙΚΟ'Σ.* Vox haec, in *Bielii Thesauro* omissa, reperitur apud *Sirac.* XI, 31. ἐν τοῖς αἱρετικοῖς ἐπιθήσει μῶμον (sec. *Compl.*). *Vulg. in electis ponet maculam.* Est in hoc loco magnus Codd. dissensus. In aliis est αἱρετοῦ, in aliis ἑτέροις, et in quibusdam legitur αἰνετοῖς. Quod si lectio αἱρετικοῖς tanquam difficilior probatur, statuendum erit, αἱρετικὸς esse i. q. αἱρετὸς, et tunc duplicem admittit sensum. Si enim masculino genere sumitur, αἱρετικοὶ illi dici videntur, *qui prae reliquis pii sunt ac minime vitiosi.* Quodsi autem neutro genere accipitur, τὰ αἱρετικὰ *actiones praecipue bonas et honestas* significaret. Vide infra ad αἰνετὸς et ἕτερος notata. *Camerario* αἱρετικοὶ sunt *eiusdem factionis et sectae.*

ΑἹΡΕ'ΤΙΣ, electrix, quae delectatur aliqua re. Sap. VIII, 4. αἱρέτις τῶν ἔργων αὐτοῦ, quae delectatur operibus divinis, seu, ut alii malunt: sapientia praeest operibus divinis, et ex variis, quae sese offerunt, meliora eligit. *Anastasius Nicenus, Cantacuzenus* et *Budaeus* in Comment. l. gr. legunt εὑρετὶς, *inventrix,* quam lectionem series orationis quoque admittit. *Phav.* αἱρετὶς, ἀγαπῶσα.

ΑἹΡΕΤΟ'Σ, eligendus, optandus, etiam *electus* (ut apud *Plutarch.* T. VI. 190, 4. *Reisk.* αἱρετὸς βίος, *certum vitae genus*). שְׁרִירוּת, *malitia, pravitas* (arab. شَرَارَةٌ *malitia*). Ier. IX, 13. ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν αἱρετῶν τῆς καρδίας (sec. *Compl.*), sectati sunt deastros, quos pro lubitu sibi elegerant: ubi non male sensum expresserunt. In *Vatic.* legitur ἀρεστῶν, sine dubio e glossemate. Cod. *Alex.* habet ἐραστῶν, quae lectio ex ἀρεστῶν orta esse videtur, nisi statuere velimus, deducendum esse a voce inusitata ἐραστὸς, *adamatus,* quod bene idolis conveniret. Sir. XI, 32. ἐν τοῖς αἱρετοῖς (probandis, laudabilibus, tam factis quam hominibus) ἐπι-

θήσει μῶμον sec. *Vat.* Vide supra s. v. *αἱρετικός.* Ib. XX, 25. *αἱρετὸν κλέπτης*, *potior* h. e. *minus malus et noxius* est fur. Susann. 23. *αἱρετόν μοι ἐστὶ*, *malo*, seu *optabilius mihi est.* 2 Macc. VII, 13. *αἱρετὸν*, *melius est. Hesych. Αἱρετὸν*, *ἐπιθυμητὸν*, *ἐκλεκτικόν.*

ΑΙ'ΡΕΤΩ'ΤΕΡΟΣ, *optabilior*, *praestantior.* טוֹב *bonus*, seq. מִ. Prov. XVI, 17. *αἱρετώτεραι χρυσίου*, *longe praestantiores* sunt auro. – נִבְחָר part. Niph. *electus*, seq. מִ. Prov. XVI, 17. *αἱρετώτεραι ὑπὲρ ἀργύριον.* Ib. XXII, 1. *αἱρετώτερον ἢ πλοῦτος. Hesych. Αἱρετώτεραι*, *καλλιώτεραι.*

ΑΙ'ΡΕ'Ω, in med. *ΑΙ'ΡΕ'ΟΜΑΙ*, *eligo*, *volo.* בָּחַר, *eligo. Aqu.* Iob. VII, 15. LXX 2 Sam. XV, 15. Iob. XXXIV, 4. Ier. VIII, 3. *εἵλοντο τὸν θάνατον* (scil. *μᾶλλον*) *ἢ τὴν ζωὴν*, mortem praeferebant vitae. Cf. *Aelian. V. H.* l. III. c. 25. – הֶאֱמִיר Hiph. *facio dicere.* Deut. XXVI, 17. *τὸν θεὸν εἵλου σήμερον εἶναί σου θεόν.* Sensum expresserunt, voci hebraicae hanc notionem subiicientes, ut sit: *voluntatem* s. *electionem suam declarare verbis.* Idem valet de v. 18. – *חָפֵץ *delector.* 1 Sam. XIX, 2. *ᾑρεῖτο τὸν Δαβὶδ σφόδρα*, admodum *dilegebat* Davidem: ubi in *Compl.* legitur *ἠγάπα*, quod est aut glossema, aut alius interpretis. Certe *Montf.* invenit in margine *Cod. Regii.* Pertinet huc glossa *Hesychii: ᾑρεῖτο*, *ἠγάπα*, ubi vide Intt. – חָשַׁק, *impense amo.* Ies. XXXVIII, 17. *εἵλου μου τὴν ψυχὴν*, *ἵνα μὴ ἀπόληται*, tuo me amore amplexus effecisti, ne peream. – *לָקַח *capio.* 2 Reg. II, 13. sec. *Compl. εἵλετο*, ubi in ed. *Rom.* legitur *ὕψωσε.* – נָטָה *extendo.* 1 Par. XXI, 10. *τρία αἱρῶ ἐγὼ ἐπί σε* sec. *Vat.* (ubi *Ald.* habet *ἐρῶ* et *Compl. ἄρω*), tria tibi *ad eligendum propono*, bene quoad sensum. 2 Macc. XI, 25. *αἱρούμενοι οὖν καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος ἐκτὸς ταραχῆς εἶναι*, volentes igitur, ut et haec gens omni perturbatione careat. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Αἱρουμένοις*, *βουλομένοις.*

ΑΙ'ΡΩ, *tollo*, *porto*, *elevo*, *aufero*, *fero*, *tolero.* אָמַן, *nutrio.* Ies. LX, 4. עַל־צַד תֵּאָמַנָה, iuxta latus nutrientur, *ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται.* Libere veterunt respicientes sine dubio locum Ies. LXVI, 12. Non opus itaque est, cum *Houbigantio* statuere, eos תִּנָּשֶׂאנָה legisse, nam etiam אָמַן habet notionem *sustentandi* ac *firmum reddendi*, ut ex derivatis apparet. – אָסַף *congrego*, item *aufero.* Ies. XVI, 10. *ἀρθήσεται εὐφροσύνη*, *sublatum est* gaudium. Ib. LVII, 1. *ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται*, pii *moriuntur.* et ib. *ἦρται*, *morte praeripitur.* Ib. v. 2. *ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.* – אָפֵס *desino.* Ies. XVI, 4. *ἤρθη ἡ συμμαχία σου.* – *אֲרָרָט nomen proprium *Ararat.* Ier. LI, 27. ubi pro *ἄρατε* legendum *ἄραρατ*, unde factum illud *ἄρατε* a sciolo aliquo scriba vel correctore. – בּוֹא et הֵבִיא Kal et Hiph. *venio*, *facio venire.* 1 Reg. IV, 28. *ἦρον εἰς τὸν τόπον*, *advehebant* ad ea loca. Neh. XIII, 19. *ὥστε μὴ αἴρειν*, ne *importaren-*

tur. - גָּזַר *abscindo.* Ies. LIII, 8. *αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ*, ex numero viventium est sublatus. - הֵטִיל Hiph. a טוּל *iacio.* 1 Sam. XVIII, 11. *ἦρε σαοὺλ τὸ δόρυ*, ubi *ἦρε* notionem praegnantem habere, ac simul *iacere* significare videtur. - הָלַךְ *eo, ambulo.* Ies. LVII, 2. *ἦρται ἐκ τοῦ μέσου.* E notione scilicet arab. هَلَكَ *moriendi.* - הֵמִישׁ Hiph. a מוּשׁ, *amoveo.* Mich. II, 3. *ἐξ ὧν οὐ μὴ ἄρητε τοὺς τραχήλους*, cui colla vestra non poteritis *subtrahere.* - הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito.* Ies. X, 15. *ἐὰν τὶς ἄρῃ ῥάβδον καὶ ξύλον*, si quis *elevaret* baculum aut virgam. - הֵסִיר Hiph. a סוּר, *facio recedere, removeo. Symm.* 2 Sam. V, 6. LXX Gen. XXXV, 2. *ἄρατε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους*, *removete* Deos alienos. Ies. V, 23. *τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες*, iustum iure suo *defraudantes.* Ib. XVII, 1. *ἀρθήσεται ἀπὸ πόλεων*, e numero civitatum *delebitur.* - הֵפֵר Hiph. a פּוּר, *irritum facio.* Ies. XXXIII, 8. *ἡ διαθήκη αἴρεται*, *irritum* est foedus. *Bielius Trommium* secutus putat, *αἴρεσθαι* etiam voci מָאַס *sperno* h. l. respondere, sed verba sequentia וּמָאַס עָרִים a LXX prorsus omissa esse e collatione apparet. - הֵרִים Hiph. a רוּם, *attollo.* Ios. IV, 5. 1 Sam. IX, 24. Ies. XLIX, 22. - הִשְׁחִית Hiph. *corrumpo, perdo.* Ies. LI, 13. *ὃν τρόπον ἐβουλεύσατο τοῦ ἆραί σε*, quemadmodum consultavit de te *perdendo.* - חָתָה, *capio.* Ies. XXX, 14. *ὄστρακον, ἐν ᾧ πῦρ ἀρεῖς*, testa, qua ignem *capies.* - יָלַךְ בַּשְּׁבִי, *in captivitatem abeo.* Ez. XXX, 18. *αἰχμάλωτοι ἀρθήσονται*, in captivitatem *abducentur.* - *יֵשׁ *est.* Mich. II, 1. כִּי יֶשׁ־לְאֵל יָדָם *quoniam possunt.* LXX *διότι οὐκ ἦραν πρὸς τὸν θεὸν χεῖρας αὐτῶν:* ubi multi statuunt eos legisse: כִּי לֹא יִשְׂאוּ, quod nimis a recepta lectione recederet. Potius ante יֵשׁ inseruerunt לֹא, et ita pro more suo sensum expresserunt. - לָקַח *accipio* et in Piial לֻקַּח *sublatus sum.* Ies. LIII, 8. - *מָרוֹם *altitudo. Inc.* Ps. X, 5. (מָרוֹם, supple בְּ, *in altitudine*, h. e. *longe remotae sunt*) *ἦρται ἡ κρίσις σου.* - מַשָּׂא *onus.* Num. IV, 16. 25. 32. 33. 2 Par. XXXV, 3. - נָטָה *extendo.* 1 Par. XXI, 10. *τρία ἀρῶ ἐπί σε* sec. *Compl.* ubi sine dubio *αἱρῶ* legendum est, aut נָטָה permutarunt cum נָטַל, coll. 2 Sam. XXIV, 12. Iob. XV, 25. *ἦρκε*, ubi *Compl.* *ἦρε* habet. Ier. XLIII, 10. - נָטַל *impono.* 2 Sam. XXIV, 12. *τρία ἐγὼ αἴρω ἐπί σε*, h. e. tria ego quasi onera tibi impono. *Vulg. optionem do.* Videtur legisse *αἱρῶ.* نَضَلَ in coniug. oct. *eligere.* Thren. III, 28. *ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ*, *imposuit* ei. - נָסַע in Kal et Hiph. *proficiscor* et *facio proficisci. Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XI, 2. *ἐν τῷ ἆραι αὐτοὺς*, sc. *τοὺς πόδας*, cum tollerent pedes, h. e. proficiscerentur. ubi *Symm.* *ἀπᾶραι* habet. LXX Num. II, 17. *ἀρθήσεται, proficiscetur.* 1 Reg. V, 17. *αἴρουσι, adveherentur.* 2 Reg. IV, 4. *τὸ πληρωθὲν ἀρεῖς*, impleta *sepones.* Ier. XXXI, 24. *ἀρθή-*

σεται ἐν ποιμνίῳ, ubi *Capellus* in *notis critt.* ad h. l. pag. 530. perperam coniecit eos legisse נָשְׂאוּ. – *נִרְפָּא *sanor, sanitatem recupero. Inc.* Lev. XIV, 3. ubi sermo est de leprae morbo, a quo sanatur, cui lepra sublata est. – נָשָׂא, *tollo, aufero. Aqu.* Gen. L, 17. ἆρον δὴ ἀθεσίαν ἀδελφῶν σου, *condona,* quaeso, iniuriam fratribus tuis, qua te affectum ab iis nosti. Scilicet נָשָׂא, cum additur ei פֶּשַׁע aut חַטָּאת, notat *condonare,* quod imitatus est *Aquila* suo αἴρειν. Conf. Psalm. XXXI, 6. *Aqu.* Gen. XIX, 21. ἦρα τὸ πρόσωπόν σου, *obtemperabo precibus tuis, obsequar tuae voluntati,* seu *dabo tibi.* Formula enim שְׂאֵת פָּנִים notat, *obsequi, obtemperare, rationem habere.* Huc pertinet etiam formula αἴρειν τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ (quod bene graece diceretur uno verbo ἐπαίρεσθαι), quae apud eundem Prov. XIX, 18. pro נָשָׂא נֶפֶשׁ legitur, et notat *incitato animo esse,* speciatim *ira abripi.* Πρὸς τὸ θανατῶσαι αὐτὸν μὴ ἄρῃς ψυχήν σου, noli ita exacerbari, ut ei mortem inferas. Vide ad h. l. *Iaegerum. Aqu.* 1 Sam. XXV, 36. ἦρα, scilicet τὸ πρόςωπόν σου, *tui rationem habui.* Idem Deut. I, 9. sec. *Cod. Paul. Lips.* ubi αἴρειν, ut φέρειν apud LXX, sensu metaphorico *regere, gubernare* notat. Idem Deut. I, 31. ubi *Symm.* βαστάζειν habet. LXX Gen. XLV, 23. ὄνους αἴροντας (scil. τὶ) ἀπὸ πάντων τῶν ἀγαθῶν, asinos *portantes* aliquid ex omnibus bonis Aegypti. Similem ellipsin vide infra s. v. ἀνίημι. Num. XI, 12. ὡσεὶ ἄραι τιθηνὸς τὸν θηλάζοντα, quemadmodum *gestare* solet nutrix infantem lactantem. Conf. 2 Par. XXXV, 3. Iud. III, 18. ubi αἴρειν permutatur cum φέρειν in codd. 1 Sam. XVII, 6. ὁ αἴρων τὰ ὅπλα. *Vulg. armiger.* 2 Reg. IV, 37. αἴρειν est *secum auferre,* i. q. λαμβάνειν, cum quo in codd. permutatur, coll. v. 36. et 1 Par. X, 9. ac XVI, 29. Iob. XXI, 3. ἄρατέ με, ἐγὼ γὰρ λαλήσω, *ferte* seu *tolerate* me loquentem, h. e. patienter et aequo animo audite. *Vulg. sustinete. Symm.* ἀνέχεσθαι, *Theod.* ὑποφέρειν posuerunt. Iud. XXI, 2. ἦραν τὴν φωνὴν αὐτῶν καὶ ἔκλαυσαν, *sustulerunt* vocem suam et fleverunt. Vide et 1 Sam. XI, 4. XXIV, 17. 1 Sam. XV, 24. ἆρον δὴ τὸ ἁμάρτημά μοι, *condona* quaeso peccatum meum. Vide et ib. XXV, 18. Ps. XXIV, 1. πρὸς σέ, κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου, ad te, Domine, elevavi animam meam, h. e. *spem meam in te posui,* te exspecto. Ita et Psalm. LXXXV, 3. et CXLII, 10. ad quem posteriorem locum *Chrysostomus:* τουτέστι πρὸς σὲ κέχηνα, πρὸς σὲ βλέπω. Conf. Deut. XXIV, 15. ubi formulam נָשָׂא נֶפֶשׁ sequ. אֶל reddiderunt ἔχειν τὴν ἐλπίδα ἐπί τινι. Sic et Ier. XLIV, 14. eandem formulam hebr. reddiderunt ἐλπίζειν ταῖς ψυχαῖς. Confer et Ezech. XXIV, 25. ubi ἔπαρσις ψυχῆς *exspectationem animi* notat. – *נִשְׂגַּב, *exaltor. Aqu. Symm.* ac *Theod.* Prov. XVIII, 10. – עָדַר in partic. Niph. הָיָה נֶעְדָּר *sublatus sum, deficio.* Ies. XIX, 15. καὶ ἡ ἀλήθεια ἦρται, nam veritas *non admittitur.* –

עָמַס, *onero.* Ies. XLVI, 3. *ἀκούσατε οἱ αἰρόμενοι ἐκ κοιλίας,* audite, quos ego ab utero gestavi. Scil. עָמַס est verbum praegnans, et non solum notat *onus portandum imposuit,* sed etiam *onus impositum portavit.* - עָרַךְ *dispono, ordino.* 1 Par. XII, 24. *αἴροντες θυρεὸν καὶ δόρυ* sec. *Compl.*, pro quo in *Vatic.* legitur *θυρεοφόροι καὶ δορατοφόροι.* Sensum expresserunt. - *רוּם, Hiph. הֵרִים, *extollere, attollere, elevare.* 2 Reg. II, 13. ubi notat *tollere* vel *sumere aliquid de terra.* - שָׂעַר *horruit,* etiam *procella agitatus, procellosus fuit. Symm.* Ps. LVII, 10. *λαίλαψ αἴρει.* Sir. XX, 10. *αἴρειν κεφαλὴν, emergere,* scil. ex egestate et ignobilitate. Ib. XXXVI, 14. *ἆραι τὰ λόγιά σου,* ubi *αἴρειν Lindio* est i. q. *ἐξαίρειν, laudibus extollere, Bretschneidero* autem *ratum facere,* hoc sensu: satia, h. e. bea Sionem eo, quod rata facis promissiones tuas. 1 Macc. III, 29. *ἆραι τὰ νόμιμα, tollere* leges. Ibid. V, 2. ubi *ἆραι* per *θανατοῦν* in sequentibus explicatur. 2 Macc. XV, 5. *Hesychius: αἴρει, ἐγείρει, αὔξει, κουφίζει, βαστάζει, κατὰ κράτος λαμβάνει.*

ΑΙ'ΡΩ ΤΟΥ'Σ ΠΟ'ΔΑΣ, tollo pedes, h. e. *eo.* Ies. LVIII, 13. ubi *κατὰ τὸ ῥητὸν* aliter in textu hebraico. — Vide alibi: *Αἰχμάλωτος* et *Μνήμη.*

ΑΙ'ΣΘΑ'ΝΟΜΑΙ, sentio, proprie sensu corporis, etiam *mente percipio, intellego, cognosco.* הֵבִין Hiph. a בִּין, *intellego. Symm.* Iob. XXIII, 8. *οὐκ αἰσθήσομαι,* non sentio eius praesentiam. *Vulg. non intellegam eum.* LXX Iob. XXIII, 5. *αἰσθοίμην δὲ, τίνα μοι ἀπαγγελεῖ,* intellegerem, quid mihi diceret. *Hesych.* ad h. l. *αἰσθοίμην, νοήσαιμι (νοησαίμην).* Adde 2 Sam. XII, 19. ubi cum *νοεῖν* in codd. permutatur. - חָפַן *trepido, cum tremore accedo.* Iob. XL, 18. *οὐ μὴ αἰσθηθῇ, non curarem, ne sentire quidem viderer. Vulg. non mirabitur.* Sensum expresserunt, quemadmodum *Symmachus,* qui voce *καταπλήσσεσθαι* usus est, causa nempe posita per metonymiam pro effectu. - חָשַׁשׁ, *foenum, gramen torridum.* Ies. XXXIII, 11. *νῦν αἰσθήσεσθε.* Ita transtulerunt ex eo, quod Chaldaeis et Syris חֲשַׁשׁ est *sentire.* - יָדַע *scio.* Prov. XXIV, 14. *οὕτως γὰρ αἰσθήσῃ σοφίαν ἐν σῇ ψυχῇ,* ubi in textu hebraico legitur דְּעָה, quod alii infinitivum, alii imperativum, alii nomen esse censent. Ies. XLIX, 26. *αἰσθανθήσονται.* - *מֵאָה, *centies.* Prov. XVII, 10. *οὐκ αἰσθάνεται,* ubi vel libere verterunt, vel legerunt מָאַס aut מֵאֵן - *רָאָה, *video. Inc.* 2 Sam. XII, 19. ubi *αἰσθάνεσθαι* commode quoque per *audire* reddi potest, fortasse etiam per *animadvertere, observare. Ep. Ierem.* 17. 36. et 41. *ᾔσθοντο τοῦ κυρίου, intellegebant,* Deum hoc effecisse.

ΑΙ'ΣΘΗΣΙΣ, sensus, perceptio, intellegentia clara, perspicientia. - דַּעַת, *scientia, intellegentia, sapientia. Inc.* Prov. I, 7. *εὐσέβεια εἰς θεὸν* est *ἀρχὴ αἰσθήσεως,* h. e. *summa*

sapientia s. *intellegentia*. LXX Prov. I, 4. 22. *ἐμίσησαν αἴσθησιν*, odio habebunt *scientiam*. Prov. II, 10. *αἴσθησις* est *sapientia*. Ibid. III, 20. *prudentia*. Ib. V, 2. *αἴσθησιν ἐμῶν χειλέων*, praecepta *prudentiae*. – יָדַע, *scio*. Prov. XIV, 7. *ὅπλα αἰσθήσεως*: ubi pro כְּלֵי דָעַת legerunt כְּלֵי דַעַת. – חָכְמָה, *sapientia*. Ex. XXVIII, 3. *οὓς ἐνέπλησα πνεύματος σοφίας καὶ αἰσθήσεως*. Cod. *Alex*. tantum habet *πνεύματος αἰσθήσεως*. – *מְזִמָּה, *versutia*. *Symm*. Prov. I, 4. Sed videndum est, annon haec vox ibi potius ad דַּעַת sit referenda. Iudith. XVI, 17. *κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος*, plangent, cum *sentient*, sc. ignem et vermes in carnibus, in aeternum. Ep. Ier. 36. 3 Esdr. I, 22. Sir. XX, 17. *αἴσθησις ὀρθὴ*, recta *prudentia*, *iudicium* et *discretio*. Ib. XXII, 20. *ὁ νύσσων καρδίαν, ἐκφαίνει αἴσθησιν*, qui cor stimulat, *affectus* proritat.

ΑἸΣΘΗΤΗΎΡΙΟΝ, *sensorium*, *organum*, itemque *facultas sentiendi*. קִיר, *paries*, *murus*. Ier. IV, 19. *τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου*. Scilicet קִיר metaphorice de corde dictum h. l. *praecordia* notat, quod LXX de sensibus intellexerunt, aut potius de organis sentiendi, quae sunt quasi septum animae. 4 Macc. II, 22. *Hesych*. *αἰσθητήρια, τὰ μέλη, δι᾽ ὧν αἰσθόμεθα*. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. *αἰσθητήριον, ὄργανον, ἐν ᾧ καθίδρυται ἡ αἴσθησις*.

ΑἸΣΘΗΤΙΚΟ'Σ, *sensibilis*, *sensitivus*, *aptus ad aliquid sentiendum*. יוֹדֵעַ partic. Kal. *sciens*. Prov. XIV, 10. *καρδία ἀνδρὸς αἰσθητικὴ*, ubi bono sensu dicitur. In deteriorem partem sumitur ib. v. 32. ubi hebr. קִנְאָה *invidia* respondet, et *καρδία αἰσθητικὴ* est i. q. *μικραίτιος* aut *ὀργιστική*. *Aqu*. *Symm*. *Theod*. usi sunt voce *ζῆλος*.

ΑἸΣΧΡΟ'Σ, *turpis*, *foedus*, *deformis*. *נִכְלָם Niph. *confusus*, *contumelia affectus*. *Symm*. 2 Sam. X, 5. ubi *αἰσχρὸς* notat *eum*, *qui est contumelioso modo tractatus*, *dehonestatus*, *foedatus*, ut praeter seriem orationis vox ipsa hebraica ac reliqui Interpretes graeci docent. – רַע, *malus*, etiam *deformis*. Gen. XLI, 3. *αἰσχραὶ τῷ εἴδει*, coll. v. 19. quae v. 4. et 20. simpliciter *αἰσχραὶ* vocantur. Ibid. v. 21. *αἱ ὄψεις αὐτῶν αἰσχραί*. *Aelian*. *V. H*. Lib. IV, c. 28. *γινομένης αἰσχρᾶς αὐτῷ τῆς ὄψεως*, et ib. lib. X. c. 6. Vide quoque *Lex. Xenoph*. s. h. v. *Hesychius*: *αἰσχρὰ, μυσαρὰ, κακά*. *Εὐριπίδης Τρῳάσιν*.

ΑἸΣΧΡΩ͂Σ, *turpiter*. 2 Macc. XI, 12. *αἰσχρῶς φεύγων διεσώθη*. *Xenoph*. *Venat*. XII, 4.

ΑἸΣΧΥ'ΝΗ, *pudor*, *pudenda*, *res pudenda*, *ignominia*, *opprobrium*, *dedecus*. בּוֹשׁ verbum, *pudefio*, *erubesco*. 2 Reg. VIII, 11. *ἔθηκεν ἕως αἰσχύνης*, ubi *Compl*. habet *ἠσχύνετο*, h. e. *diu vultu immoto aspexit*. Iob. VI, 20. *αἰσχύνην ὀφειλήσουσιν*, *pudefient*. Ies. XIX, 9. *αἰσχύνη λήψεται*, *spe sua excident*. Ier. VIII, 12. *αἰσχύνη οὐκ ἠσχύνθησαν*, pudore, quo

debebant, non sunt suffusi. Ibid. XXXI, 19. ἡμέρα αἰσχύνης, *dies poenae* et *calamitatis*. – בּוּשָׁה *pudor, ignominia.* Ps. LXXXVIII, 44. κατέχεας αὐτοῦ αἰσχύνην, operuisti eum ignominia. Ez. VII, 18. ἐπὶ πᾶν πρόσωπον αἰσχύνη ἐπ' αὐτοὺς, in facie pudorem ostendent. Abd. 10. καλύψει σε αἰσχύνη, pudore obrutus eris. Mich. VII, 10. περιβαλεῖται αἰσχύνην, pudore suffundetur. – בַּעַל *Baal*, idoli nomen. 1 Reg. XVIII, 25. προφῆται τῆς αἰσχύνης sacerdotes Baalis dicuntur, quia *pudor* apud Hebraeos idolum dicitur, pudore scilicet afficiens cultores suos. V. *Glassii Philol. S.* p. 844. ed. *Dathii.* – בָּשְׁנָה, *pudor.* Hos. X, 6. δέξεται αἰσχύνην, *pudore suffundetur.* – בֹּשֶׁת idem. 1 Sam. XX, 29. Iob. VIII, 22. ἐνδύσονται αἰσχύνην. coll. Ps. XXXIV, 30. et CXXXI, 19. Ps. XXXIX, 21. κομισάσθωσαν αἰσχύνην αὐτῶν. Ibid. XLIII, 17. αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με. Ibid. CVIII, 28. περιβαλέσθωσαν αἰσχύνην αὐτῶν. Ies. XXX, 3. 5. αἰσχύνη tribuitur ei, *cuius spes vana atque irrita facta est,* coll. XLII, 17. Ier. III, 24. αἰσχύνη, *turpissima idololatria.* Ibid. XX, 18. ἐν αἰσχύνῃ, in *ignominia*, coll. Daniel. IX, 7. 8. Hos. IX, 12. Hab. II, 10. – דֵּרָאוֹן, *fastidium.* Dan. XII, 2. ubi דֵּרָאוֹן per metonymiam *obiectum contemtus* et *aversationis* notat. – הַוָּה, *aerumna.* Prov. XIX, 13. ubi pariter ac reliqui Intt. graeci sensum expresserunt. – הַכָּרָה, *agnitio,* it. *obduratio, protervia.* Ies. III, 8. ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου αὐτῶν ἀντέστη αὐτοῖς, perfricta eorum frons testatur contra ipsos. Retulerunt non ad נָכַר, sed ad הָכַר, *attonitus fuit.* – חֶרְפָּה, *opprobrium.* Ps. LXX, 14. – כְּלִמָּה, *ignominia.* Ies. XLV, 16. et L, 6. – *מֵבִישׁ, *confundens, pudore afficiens. Aqu.* Prov. X, 5. υἱὸς αἰσχύνης. Si recte praefixum hic est nomen *Aquilae,* reponendum erit αἰσχύνων. – *מְבֻשִׁים, *pudenda. Aqu.* sec. cod. X. *Holm.* Deut. XXV, 11. ἐν αἰσχύναις. *Aqu.* ἐν αἰσχύνῃ. *Vulg. verenda eius.* LXX τῶν διδύμων αὐτοῦ. – *מָה, *quidquam.* Prov. IX, 13. ἣ οὐκ ἐπίσταται αἰσχύνην. Non possum a me impetrare, ut credam cum *Iaegero,* LXX h. l. pro מָה legisse כְּלִמָּה; potius sensum non male ac seriei orationis convenienter adeoque ipsam Salomonis mentem feliciter expresserunt. – *מְחִתָּה, *fractio, contritio. Theod.* Prov. XIII, 3. Scil. חָתַת ex usu l. arab. خَتَّ in coni. IVta etiam intransitive notat *erubuit, pudefactus est.* Est itaque מְחִתָּה etiam *confusio, consternatio,* et h. l. per metonymiam *id, quo quis consternatur et terretur.* – מַעַר *nuditas, pudenda.* Nah. III, 5. δείξω ἔθνεσιν τὴν αἰσχύνην σου, ostendam gentibus *verenda* tua, h. e. summa te contumelia afficiam. – עֶרְוָה *nuditas, turpitudo, pudenda.* Ies. XX, 4. et XLVII, 3. ἀνακαλυφθήσεται ἡ αἰσχύνη σου, revelabuntur *pudenda* tua. Ez. XXII, 10. XXIII, 10. 18. 29. – שׁוֹבֵבָה partic. Pih. foem. a שׁוּב, *avertens, perversum reddens.* Ies. XLVII,

10. ἡ πορνεία σου σοι αἰσχύνη. — שָׁבֶת Infin. a יָשַׁב *sedes*. 2 Sam. XXIII, 7. καυθήσονται εἰς αἰσχύνην αὐτῶν. Legerunt בְּבֹשֶׁת aut potius בָּשְׁתָּם aut לְבָשְׁתָּם literis transpositis. Iudith. IX, 2. ubi de *stupratione* adhibitum legitur, et cum voce μίασμα permutatur. Verba sunt: ἐγύμνωσαν μηρὸν (sc. παρθένου) εἰς αἰσχύνην. In antecedentibus erat: ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα. Sir. IV, 24. ἐστὶ γὰρ αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν, καὶ ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις: e quo loco luculenter apparet, αἰσχύνην, ut *pudor* apud latinos, esse vocabulum μέσον. Sir. XX, 22. ἐστὶν ἀπολλύων τὴν ψυχὴν δι' αἰσχύνην, ubi αἰσχύνη est *nimia alicuius reverentia* et *verecundia, timor, metus, personarum respectus*, i. q. προσωποληψία, unde in sequ. per λῆψιν προσώπου explicatur, coll. v. 24. quemadmodum cap. XLII, 2. αἰσχύνεσθαι et λαμβάνειν πρόσωπον ut synonyma pouuntur. Causa huius significationis est in eo, quia αἰσχύνομαι saepe pro αἰδοῦμαι ponitur, et *revereri* notat. Vnde apud *Chrysostomum veri Dei cultores* vocantur αἰσχυνόμενοι τὸν θεὸν, et apud *Xenophontem* in *Cyrop.* I, 4, 22. αἰσχύνεσθαι τὸν πατέρα eodem sensu occurrit, quo apud *Terent.* (*Andr.* I, 5, 28.) *pudor patris* est *reverentia patris.* Sirac. XXII, 5. αἰσχύνη, *habet, de quo pudore suffundatur.* Ibid. XXV, 24. αἰσχύνη μεγάλη, *magnum dedecus.* Sic *Aelianus V. H.* lib. XIV. c. 7. in fin. de Nauclide: φέρειν γὰρ αὐτοῦ τὸ εἶδος καὶ τὴν τοῦ σώματος διάθεσιν αἰσχύνην καὶ τῇ Λακεδαίμονι, καὶ τοῖς νόμοις.

ΑΙΣΧΥΝΤΗΡΟΣ, *pudibundus, verecundus.* Sir. XXVI, 17. χάρις ἐπὶ χάριτι γυνὴ αἰσχυντηρά, summum beneficium seu admodum gratiosa est mulier *verecunda.* Ibid. XXXII, 11. πρὸ αἰσχυντηροῦ προελεύσεται χάρις. Ibid. XLII, 2. Contrarium prorsus notat αἰσχυντήρ, *foeda perpetrans, adulter,* quod legitur apud *Aeschyl. Choeph.* v. 989.

ΑΙΣΧΥΝΩ, *pudefacio, ignominia afficio, dedecoro, dehonesto.* *הֵבִישׁ et הֹבִישׁ Hiph. a בּוֹשׁ. Prov. XXIX, 15. αἰσχύνει γονεῖς αὐτοῦ, parentibus suis *est dedecori.* Ioel. I, 12. ᾔσχυναν χαρὰν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, pudefecerunt gaudium filii hominum. Sic quoque *Arabs*, ac si esset: כִּי הֹבִישׁ שָׂשׂוֹן בְּנֵי אָדָם, loco *cessavit gaudium a filiis hominum*, ut *Syrus* bene expressit. — כארי (pro quo olim testimonio parvi Massoreth, et Rabbi Iacob, filii Haim, scriptum fuit in textu כָּאֲרוּ, quam lectionem repertam esse in libris quibusdam MSS. monet *Michaelis Bibl. Or.* P. XI. p. 215 sequ.). *Aquila* Ps. XXI, 18. ᾔσχυναν, h. e. *foedarunt, cruentarunt.* Scilicet כָּאַר in lingua *Syr.* significat *foedare.* Conf. *Lud. de Dieu Animadv.* ad h. l. p. 151. et *Sam. Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 6. p. 780. *Cappellus* in *Crit. sacra* p. 835. falso iudicat, *Aquilam* legisse כָּרוּ, quod significat *foderunt*, et quia חָפַר et *fodere* et *ignominiam* significat, existimasse, verbum כָּרָה utrumque similiter significare. Sed refutatus est a *Buxtorfio*

in *Anticrit.* p. 581. qui statuit, בָּארוּ cum א in medio *Aquilam* sumsisse pro בָּעֲרוּ, בָּעַר autem esse idem, quod graecum αἰσχύνειν, et pro בָּעַר aliquando etiam dici בָּאַר, frequentem enim esse harum duarum literarum permutationem. Conf. *Buxtorfii Lex. Talm.* in בָּאַר. Caeterum recte post *Bochartum* observavit *Bielius*, esse αἰσχύνειν interdum *torquere, cruciare, indignis modis tractare,* etiam *foedare* ac *cruentare.* Sic *Homerus* Il. σ', 24. αἰσχύνειν usurpat, gravissimum Achillis luctum describens ob acceptum de caede Patrocli nuntium, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον, et paulo post v. 27. χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων. Itidemque *Virgilius Aen.* l. IV, 673. *foedare* adhibet, cum ab eo introducitur Anna *unguibus ora foedans et pectora pugnis,* audita scilicet morte Didonis sororis. Et Aeneas alibi apud eundem lib. II, 286. percontatur umbram Hectoris, pulvere cruento atram: *Quae causa indigna serenos foedavit vultus?* id est *cruentavit,* monente *Servio.* Vide *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. c. 12. p. 350.

ΑἸΣΧΥ'ΝΟΜΑΙ, *pudefio, erubesco,* item *revereor, respicio,* h. e. *rationem habeo.* בָּאַשׁ, propr. *foeteo, putresco,* in Niph. Hiph. et Hithp. ubi etiam metaphorice usurpatur, ut sit *abominabilis, odiosus factus sum.* 1 Sam. XIII, 4. ᾐσχύνθησαν Ἰσραὴλ ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις, ubi ex nonnullorum sententia confuderunt בָּאַשׁ cum בּוֹשׁ. Ibid. XXVII, 12. 2 Sam. X, 6. ὅτι ᾐσχύνθησαν ὁ λαὸς sec. *Compl.* ubi reliqui libri habent κατῃσχύνθησαν et αἰσχύνεσθαι notat *offendi* s. *offensum esse facinore aliquo,* quod ad summam indignationem provocare quemque debet. Prov. XIII, 4. 5. ubi pro αἰσχύνεσθαι *Symm.* posuit ἀτιμάζεσθαι. – בּוֹשׁ in Kal potissimum, sed et in Hiph. et Hithp. Gen. II, 25. Iud. III, 25. προσέμειναν αἰσχυνόμενοι, *satis diu* exspectarunt. Est modus loquendi prorsus singularis, explicandus ex eo, quod בֹּשׁ h. l. non est a בּוֹשׁ, sed a בָּשַׁשׁ *morari.* Conf. 2 Reg. II, 17. Esdr. IX, 6. αἰσχύνεσθαι et ἐντρέπεσθαι coniunguntur, ut Ps. XXXIV, 4. 29. et LXIX, 2. Ps. CVIII, 27. αἰσχυνθήτωσαν, *turpiter excidant conatibus suis.* Ies. I, 29. αἰσχυνθήσονται, *ignominia afficientur.* Ez. XVI, 51. αἰσχύνθητι, *lues poenam ignominiosam.* Ib. v. 62. – *בָּשַׁשׁ *moror, cunctor.* Iud. V, 28. sec. *Rom.* διότι (immo διατί) ᾐσχύνθη ἅρμα σου. ad quem locum *Scharfenbergius* haecce habet: Vera lectio est ᾐσχάτισε. Lectio ᾐσχύνθη ed. *Rom.* et *Cat. Niceph.* (quae addit ἐλθεῖν) redolet ingenium insciti interpretis, forte *Theodotionis,* qui confudit verba בָּשַׁשׁ *cunctari* et בּוֹשׁ *erubescere.* Vide supra ad בּוֹשׁ a me dicta. – בֹּשֶׁת, *pudor.* Ps. LXIX, 4. ubi pro בָּשְׁתָּם, *pudoris sui,* LXX habent αἰσχυνόμενοι. – *הִכִּיר, *cognoscere,* a נָכַר. *Inc.* Prov. XXIV, 23. ubi αἰσχύνεσθαι est *revereri,* i. q. αἰδεῖσθαι, qua voce h. l. LXX usi sunt: sermo enim ibi est de personarum respectu. – חָפֵר Hiph. הֶחְפִּיר, *pudore affectus sum.* Ies. XXXIII, 9.

ἠσχύνθη ὁ λίβανος, *exaruit* Libanus, aut: pudet Libanum, quod exaruit. – חָרַשׁ, *aro*. Prov. XX, 4. ὀνειδιζόμενος ὀκνηρὸς οὐκ αἰσχυνθήσεται. Scilicet חָרַשׁ etiam *silere* notat, quod facere solent pudore suffusi. – *מַשָּׁאוֹת, *debita*. Prov. XXII, 26. αἰσχυνόμενος πρόσωπον, magna alicuius auctoritate commotus. Ex *Iaegeri* ad h. l. sententia manasse videtur haec versio a שְׂאֵת *eminentia* et מ *propter*. – נִכְלַם Niph. a כָּלַם, *ignominia et contumelia afficior*. 2 Sam. XIX, 3. Ier. VIII, 12. et XXII, 22. – נִכְנַע Niph. a כָּנַע, *humilio me*. 2 Par. XII, 6. ᾐσχύνθησαν, *pudorem suum palam declararunt*. – *עָרַב, *fideiubeo, spondeo*. Prov. XXII, 26. Sic *Trommius*. Sed LXX in illo loco vocis בַּעֹרְבִים nullam rationem habuerunt, ac verba αἰσχυνόμενος τὸ πρόσωπον pertinent potius ad מַשָּׁאוֹת, ad quam vocem vide supra a me notata. – *שְׁתִי, *compotatio*. Cohel. X, 17. οὐκ αἰσχυνθήσονται. ubi בַּשְּׁתִי acceperunt, quasi esset a בשׁת *pudor, ignominia*. Sir. IV, 23. περὶ τῆς ψυχῆς σου μὴ αἰσχυνθῇς, ne te pudeat animae tuae, h. e. ne te tui ipsius pudeat, seu: ne quid committas, cur te tui ipsius pudere possit. Ib. XXI, 24. αἰσχυνθήσεται ἀπὸ προσώπου, *modestus est et alios reveretur*.

ΟΥ'Κ ΑΙ'ΣΧΥ'ΝΟΜΑΙ, *non revereor*. הַכִּיר Hiph. a נָכַר *agnosco*. Prov. XXVIII, 21. הַכֵּר פָּנִים לֹא טוֹב, *personarum respectum habere non bonum est*. LXX ὅς οὐκ αἰσχύνεται πρόσωπα δικαίων, οὐκ ἀγαθὸς, ubi *Iaegerus* haecce monuit: Alex. immemor eius, quod c. XXIV, 23. scripserat, in bonam partem interpretabatur, ideoque, ut sententiam veram ex illo sensu et explicatione sua efficeret, nec repugnaret attributo לֹא טוֹב, necessario οὐκ et δικαίων a suis copiis adiecit; nisi potius pro insititiis hae voces habendae sunt.

ΑΙ'ΣΧΥ'ΝΩΜΑ, *pudendum*. פֹּת, *pudendum muliebre*. *Inc.* ac LXX sec. *Compl*. Ies. III, 17. ubi in *Vat*. legitur σχῆμα.

ΑΙ'ΤΕ'Ω et in medio *ΑΙ'ΤΕ'ΟΜΑΙ*, οὖμαι, *peto, postulo*. אָמַר הָבוּ *dico, date*. Iob. VI, 22. μή τι ὑμᾶς ᾔτησα; num aliquid a vobis petii? – בְּעָא Chald. *quaero, peto*. Dan. II, 49. ᾐτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως. Ibid. VI, 7. αἰτήσηται αἴτημα. Ib. v. 13. – בִּקֵּשׁ Pih. *quaero, peto*. Esth. VII, 7. παρεκάλει καὶ ᾐτεῖτο, intense oravit. – יָכַח, Hiph. הוֹכִיחַ, *increpo*. Iob. VI, 25. וּמַה יּוֹכִיחַ הוֹכֵחַ מִכֶּם, *et quid increpabit increpando s. increpans ex vobis?* LXX οὐ γὰρ παρ' ὑμῶν ἰσχὺν αἰτοῦμαι: ubi loco αἰτοῦμαι sine dubio legendum est αἰτιῶμαι. – נָתַן, *do*. Ios. XIV, 12. αἰτοῦμαί σε τὸ ὄρος τοῦτο: ubi pro αἰτοῦμαί σε in textu hebraico legitur תְּנָה־לִּי, *da mihi*. – *פָּקַד, *diligenter inspicio, visito*. 1 Sam. XXV, 21. οὐκ ᾐτησάμην. Ita *Inc.* et LXX sec. *Compl*. In reliquis libris legitur ἐνετειλάμεθα et ἐνετειλάμην. Scilicet פָּקַד significat quoque, ut Aethiop. פקד, *cupiit, desideravit*, et αἰτεῖν h. l. *imperii* ac *mandati* notionem adiunctam habet. Sic omnia facillime conciliari possunt. –

שָׁאַל, *rogo, oro*. Ex. III, 22. *αἰτήσῃ*, *expetat*. Deut. X, 12. *τί κύριος ὁ θεός σου αἰτεῖται παρὰ σου;* quid *postulat* Iova Deus vester a vobis? Ios. XV, 18. *αἰτήσομαι τὸν πατέρα μου ἀγρὸν*, coll. Iud. V, 25. 2 Sam. III, 13. *λόγον ἕνα ἐγὼ αἰτοῦμαι ἀπό σου*, *sub hac tantum conditione*. – *שָׁלוּ Chald. *error, cessatio*. Esdr. VI, 9. דִּי לָא שָׁלוּ, *sine haesitatione*, *ὃ ἐὰν αἰτήσωσι*. Sensum paulo liberius expresserunt, aut legerunt די שאלו, vel litera א Arabum more extrusa די שלו. 2 Macc. VII, 10. *τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς ταχέως προέβαλε*, *iussus*, ut linguam emitteret, statim emisit.

ΑΙ'ΤΗΜΑ, *petitio*, *desiderium*, *petitum*. בָּעוּ et בָּעוּת *Chald. petitio, oratio*. Dan. VI, 7. 13. *αἰτεῖσθαι αἴτημα παρὰ θεοῦ*. – מִשְׁאָלוֹת, *petita*. Ps. XIX, 6. *πληρώσαι πάντα τὰ αἰτήματά σου*, impleat *vota* tua omnia, coll. XXXVI, 4. *δῴη σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου*. – נָתַן, *do*. 1 Reg. III, 5. *αἴτησαί τι αἴτημα σεαυτῷ*, pro hebr. מָה אֶתֶּן לָךְ *quid dabo tibi?* – שְׁאֵלָה, *petitio*. 1 Sam. I, 17. 27. Esth. V, 7. Ps. CV, 16. *Phavor* ad h. l. *αἴτημα, ζήτημα καὶ ἡ ἐπιθυμία. Δαβίδ· καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν*.

ΑΙ'ΤΗΣΙΣ, *petitio*, *petitum*. שְׁאֵלָה *idem*. Iud. VIII, 24. *αἰτήσομαι παρ' ὑμῶν αἴτησιν*. Eadem formula occurrit quoque 1 Reg. II, 16. 20. Iob. VI, 8. *εἰ γὰρ δῴη, ἔλθοι μου ἡ αἴτησις*, utinam veniret, *quod opto*.

ΑΙ'ΤΙ'Α, *causa*, it. *culpa, crimen*. בַּלָּהָה, *terror*. Iob. XVIII, 15. *σχοίη δὲ αὐτὸν ἀνάγκη αἰτίᾳ βασιλικῇ*. Sic *Bielius* in *Thesauro* suo, *Trommii*, ut videtur, auctoritatem secutus. Sed verba *αἰτίᾳ βασιλικῇ* respondent l. l. hebraico לְמֶלֶךְ *ad regem*, neo significant, ut *Montf.* reddidit, *causa regali*, sed *more regio* s. *sicut rex, cuius voluntati et imperio nemo resistere audet*. Sermo enim est ibi de fatali moriendi necessitate. – עָוֹן, *iniquitas*. Gen. IV, 12. *μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με*, maior est culpa mea, quam ut posset mihi remitti. Sap. XIV, 24. idololatria *παντὸς κακοῦ αἰτία καὶ πέρας ἐστί*: ubi tamen *αἰτία*, quia *ἀρχὴ* iam praecesserat, mihi suspectum, et vocis *ἀρχὴ* explicandae causa adiectum videtur. Ib. XVII, 13. *τῆς παρεχούσης τὴν βάσανον αἰτίας*, causae, quae scilicet timido tormentum praebet. 1 Macc. IX, 10. *μὴ καταλίπωμεν αἰτίαν τῇ δόξῃ ἡμῶν*, non *infamiam notamque turpitudinis* gloriae nostrae inuramus. – Occurrit praeterea haec vox quoque apud LXX Prov. XXVIII, 17. ubi verba graeca *ἄνδρα τὸν ἐν αἰτίᾳ φόνου* respondent hebraicis: אָדָם עָשֻׁק בְּדַם נָפֶשׁ, h. e. caedis piaculo adstrictum.

ΑΙ'ΤΙΑ'ΟΜΑΙ, *causam attribuo, imputo, culpo, accuso, criminor*. זָעַף, *indignor*. Prov. XIX, 3. *τὸν δὲ θεὸν αἰτιᾶται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*. Sensus non mutatur: Irascitur Deo, dum ei suam culpam imputat. Sir. XXIX, 6. *τὸν καιρὸν αἰτιάσεται*, tempori causam tribuet, h. e. culpam reiiciet in tempus diffi-

cultatibus et incommodis impeditum, ideoque se non esse solvendo dicet.

ΑΙ'ΤΙΟΣ, *auctor*, *causa*, item *reus*. Sus. 52. *ἀπολύων τοὺς αἰτίους*, absolvens vero *reos*. Draco v. 49. *τοὺς αἰτίους τῆς ἀπωλείας*, *auctores* interitus. Sic 2 Macc. IV, 47. *αἴτιος κακίας*. et XIII, 4. *αἴτιος τῶν κακῶν* occurrit. Conf. *Aelian. V. H.* I, 30. et II, 13. *Hesych.* *Αἴτιος, ποιητὴς, κτίστης.*

ΑΙ'ΤΙΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *causa* vel *reus sum*. סָבַב *causam praebeo.* 1 Sam. XXII, 22. *αἴτιος τῶν ψυχῶν*, *causa mortis.*

ΑΙ'ΦΝΙ'ΔΙΟΣ, *repentinus.* *פִּתְאֹם, *subito.* *Symm.* Ps. LXIII, 8. ubi חֵץ פִּתְאוֹם, *sagitta subito advolans*, redditur *βέλος αἰφνίδιον*, sagitta repentina incautum e longinquo feriens, quam *Virgilius Aen.* IX, 572. et X, 754. *longe fallentem* dixit. Sap. XVII, 15. *αἰφνίδιος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδόκητος φόβος ἐπῆλθεν*, repentinus illis et insperatus timor supervenit.

ΑΙ'ΦΝΙΔΙ'ΩΣ, *repente.* *בְּרֶגֶשׁ, *in strepitu.* *Symm.* Ps. LIV, 15. *αἰφνιδίως θάνατος ἐπέλθοι αὐτοῖς*: ubi vocem hebraicam cum commate sequente non male coniunxit. Quod non vidit Doct. *Kreyssigius*, qui in *Symbolis* ad *Bielii Thes.* P. II. p. 8. *αἰφνιδίως* ad יַשִּׁי retulisse videtur, quod transtulit: *subito opprimat.* – לִרְגָעִים, *ad momenta.* *Symm.* Iob. VII, 18. quem h. l. *Vulgatus* secutus est, qui habet: *subito.* Permutavit invicem בְּרֶגַע, et לְרֶגַע, quae sensu sunt admodum diversa. *Hesych.* *Αἰφνιδίως, ἐξάπινα.*

ΑΙ'ΧΜΑΛΩΣΙ'Α, *captivitas*, *captivi.* *אָסִיר, *vinctus*, spec. *bello captus.* *Aqu.* et *Symm.* Ies. X, 4. Vterque nonnullis legisse videtur אֵסוּר *vinculum*: sed *αἰχμαλωσία* etiam interdum de concreto s. de captivis adhibetur, cuius rei multa infra proferentur exempla. Vide *Theoph. Sim.* VIII. c. 3. extr. ubi interpres vertit *praedam.* – גְּאֻלָּה, *redemtio*, it. *cognatio.* Ez. XI, 15. *οἱ ἄνδρες τῆς αἰχμαλωσίας σου.* Videntur legisse גּוֹלָתְךָ loco גְּאֻלָּתְךָ, quam lectionem *Syri* quoque auctoritate comprobatam in versione sua latina secutus est *Dathius.* Fortasse tamen sensum expresserunt, notionem *cognationis*, quam vox גאל habet, ad *populares*, qui una captivi erant, transferentes. – גּוֹלָה, *captiva deportatio*, *captivi deportati.* Ez. I, 1. *ἐν μέσῳ τῆς αἰχμαλωσίας*, inter alios *captivos.* Ib. III, 11. *εἴσελθε εἰς τ. αἰχμαλωσίαν*, adi *captivos* illos. Eandem notionem habet quoque haec vox ib. XI, 24. 25. Ib. XII, 3. *σκεύη αἰχμαλωσίας*, vasa, quibus in *demigratione* uti solent, coll. v. 4 et 7. Amos I, 15. *πορεύσονται ἐν αἰχμαλωσίᾳ*, *captivi abducentur*, coll. Zach. XIV, 2. – גֹּלֶה part. Kal. *captivus.* 2 Reg. XXIV, 14. – גְּלוֹת inf. *deportari* a גָּלָה. Ier. I, 3. – גָּלוּת, *captivitas.* Ies. XLV, 13. Ez. I, 2. Amos I, 6. 9. – גָּלוּתָא Chald. idem. Dan. II, 25. V, 14. VI, 13. – מִשְׁכָּן, *habitaculum.* Ier. XXX, 18. *τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν ἐλεήσω*: ubi pro מִשְׁכְּנֹתָיו plerisque legisse videntur extrito Nun מִשְׁבוּתָיו,

ac derivasse a שָׁבָה *abducere in captivitatem:* quod tamen non opus est, si מִשְׁבֹּת de *domiciliis in captivitate* seriei orationis convenienter explicantur. – שָׁב part. a שׁוּב, *revertens.* Ies. I, 27. ubi sine dubio legerunt שִׁבְיָה, a שְׁבִי *captivitas.* – *שָׂב verbale a שׂוּב, *canus, senior.* Esdr. V, 5. ubi loco שָׂבֵי *senes* legerunt שְׁבִי *captivitas.* – שְׁבָאִים, nomen proprium *Sabaei.* Ioel. III, 8 (vel 13.). Deduxerunt a שָׁבָה *captivum abduxit,* ac habuerunt pro plurali vocis שְׁבִי. – שְׁבוּת, *captivitas.* Ps. XIII, 8. ἐπιστρέψαι τὴν αἰχμαλωσίαν, coll. LII, 8. Ier. XXIX, 14. Ier. XLIX, 38. ἀποστρέφειν τὴν αἰχμαλωσίαν, coll. Ez. XXIX, 14. Ez. XXXIX, 25. ἀναστρέφειν τ. α. – שְׁבִי, *captivitas, captivus. Symm.* Ies. XLIX, 24. ubi incertum est, an αἰχμαλωσία de iis intellegendum sit, qui in captivitatem abducti sunt, aut positum sit pro αἰχμαλωτίζων. Cf. v. 25. et ibi LXX Intt. LXX Num. XXI, 1. Deut. XXI, 13. et alibi passim. – *אֶרֶץ שְׁבִי, *terra captivitatis.* Ier. XLVI, (26.) 27 ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν: ubi non opus est, ut loco τῆς reponatur γῆς, quae fuit *Trommii* coniectura, utraque enim notio tam arcte coniuncta est invicem, ut nullo modo separari possit. – שִׁבְיָה, *captivitas.* Deut. XXXII, 42. 2 Par. XXVIII, 15. ἀντελάβοντο τῆς αἰχμαλωσίας, curam suscipiebant *captivorum.* Neh. IV, 4. – שְׁבִית idem. *Aqu.* et *Symm.* Ez. XVI, 53. quater. Ps. LXXXIV, 1. CXXV, 5. et Soph. II, 7. – שֶׁבֶר, *fractio, fractura,* ubi pro שִׁבְרֵךְ legerunt שְׁבִיתֵךְ. – שׁוּב infin. *reverti.* Ier. XXXI, 19. Scil. שׁוּבִי derivarunt a שָׁבָה, quasi legissent שִׁבְיִי, *captivitas mea.* 1 Macc. XIV, 7. συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν πολλὴν, *congregabat,* h. e. *liberabat captivos multos.*

'EN AI'XMAΛΩΣI'Aι ΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *in captivitatem eo, captivus abducor.* נָפַל, *cado.* Thren. II, 21. Videntur ita reddidisse, quia in antecedentibus quoque virginum mentio fit, de quibus non commode dici posse arbitrabantur, eas aeque ac iuvenes gladio trucidatas esse.

AI'XMAΛΩTEY'Ω, *captivo, captivum duco.* גָּלָה pass. at in Hiph. *active.* Esth. II, 8. ἣν ᾐχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσορ. Ez. XXXIX, 25. διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ᾐχμαλωτεύθησαν. Amos I, 5. 6. V, 5. – לָקַח, *capio.* Iob. I, 15. 17. – נָהַג, *abduco.* 1 Sam. XXX, 2. – *שְׁבָא *Scheba,* i. e. *Sabaei.* Iob. I, 15. οἱ αἰχμαλωτεύοντες. Appellativum pro proprio reddiderunt: nam שָׁבָא est *abducere in captivitatem. Eckermanno* שׁ'בת legisse videntur, vel שְׁבָה, *caterva praedonum homines captivos abducentium.* – שָׁבָה *in captivitatem abduco.* Gen. XIV, 14. 1 Reg. VIII, 46. ubi αἰχμαλωτεύειν et αἰχμαλωτίζειν in codd. permutantur. 2 Par. XXVIII, 5. ᾐχμαλώτευσεν ἐξ αὐτῶν αἰχμαλωσίαν μεγάλην, magnam eorum partem captivam abduxit. – שְׁבִי, *captivitas.* 2 Paral. VI, 38. Ies. XLIX, 25. Legerunt fortasse שׁוּבָה. Iudith. XVI, 7. κάλλος αὐτῆς ᾐχμαλώ-

τευσε ψυχὴν αὐτοῦ, pulcritudo eius eum *cepit.* Vide infra s. ἁλίσκω.

ΑἸΧΜΑΛΩΤΊΖΩ, captivo, captivum duco. גָּלָה pass. Ez. XII, 3. αἰχμαλωτίσθητι. - שָׁבָה, *captivum abduco.* Iud. V, 12. αἰχμαλώτιζε αἰχμαλωσίαν, captivos fac. 1 Reg. VIII, 46. ubi αἰχμαλωτίζειν et αἰχμαλωτεύειν in codd. permutantur, coll. 2 Par. XXVIII, 8. - שְׁבִי, *captivitas.* Ies. XLIX, 25. *Theod.* et LXX. Vterque legisse videtur שָׁבָה. Vide supra s. αἰχμαλωτεύω. 1 Macc. VIII, 10. X, 33. XV, 40. Passivum legitur quoque apud *Diodor. Sic.* XIII, 59. *Tzetzem* ad *Lycophr.* 183. 330. *Eustath.* ad Od. κ. p. 1659, 14. Vide *Croii Obss. in N. T.* p. 268 sequ. et *Sturzium* de *dialecto Alexandrina* p. 144.

ΑἸΧΜΑΛΩ͂ΤΙΣ, captiva. *שִׁפְחָה, *ancilla, serva. Inc.* Ex. XI, 5. sec. *Hex.* ac *Schol.* ed. *Bos.* ἕως πρωτοτόκου τῆς αἰχμαλωτίδος, usque ad filium natu maximum captivae: ubi non opus est statuere eum loco שִׁפְחָה legisse שְׁבִיָּה. Confer LXX Ex. XII, 29. ac *Scharfenbergium* in anim. ad locum nostrum. - שְׁבוּיָה et שְׁבִיָּה part. Pah. foem. Gen. XXXI, 26. - שְׁבִי, *captivitas.* Ex. XII, 29. ubi suspicari aliquis fortasse posset, eos שְׁבִיָּה legisse. Adde *Eurip. Hecub.* 615 et 1016. *Soph. Ai. Flagell.* 71. *Polyb.* X, 18, 7.

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ, captivus. גּוֹלָה, *captivitas, demigratio.* Ez. XII, 4. ὡς ἐκπορεύεται αἰχμάλωτος. Libere vertit, sensu tamen non mutato. - שָׁבוּי, part. pah. *captivus.* Ies. LXI, 1. - בַּשְּׁבִי, *in captivitate.* Nah. III, 10. - שְׁבִיָּה, verbale foem. *captiva.* Ies. LII, 2. - בַּשְּׁבִית, *in captivitate.* Num. XXI, 29. - שׁוֹלָל, *spoliatus.* Iob. XII, 17 et 19. 1 Macc. II, 9. τὰ σκεύη αἰχμάλωτα ἀπήχθη, vasa sacra tanquam praeda ac spolia abducta sunt.

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ ἌΓΟΜΑΙ, captivus ducor. גָּלָה in Niph. נִגְלָה. Ies. XXIII, 1. - הָלַךְ בַּשְּׁבִי, *eo in captivitatem.* Ies. XXVI, 2.

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ ΑἼΡΟΜΑΙ, captivus tollor. יָלַךְ בַּשְּׁבִי, *eo s. abducor in captivitatem.* Ez. XXX, 18. Sed fortasse ibi pro ἀρθήσονται cum cod. *Alex.* et *Compl.* ἀχθήσονται legendum est.

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ ΓΊΝΟΜΑΙ, captivus fio. גָּלָה. Ies. V, 13. - נִשְׁבָּה Niph. idem. Ex. XXII, 10.

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ ΕἸΜΊ, captivus sum. גָּלָה in Hoph. הָגְלָה. Esth. II, 6. - הָיָה שְׁבָה. Ies. XIV, 2.

ΑἸΧΜΉ, cuspis, mucro. לַהַב, *flamma,* item *ferrum flammans. Inc.* Iud. III, 22. qui, ut recte coniecit *Doederleinius Repertor. B. et O. L.* T. I. p. 222., sine dubio est *Symmachus.* Nam in margine Cod. *Coislin.* ad φλεβὸς posterius notatum est: Σ. ἐχμῆς. Lege αἰχμῆς, *mucronis.* Accedit, quod 1 Sam. XVII, 7. *Symm.* voce hac pro eadem hebr. usus reperitur.

ΑΙ'Ω'Ν, *aetas, aevum, vitae tempus, tempus antiquum, tempus longissimum, saeculum, aeternitas*, it. *mundus.* עַד nomen, *aeternitas, perpetuum.* Ies. XV, 15. *κατοικῶν τὸν αἰῶνα*, pro *εἰς τὸν αἰῶνα*, habitans in aeternum. – עוֹלָם, *saeculum*, etc. Deut. XXXII, 7. *μνήσθητε ἡμέρας αἰῶνος*, recordemini temporum *antiquiorum.* Ps. LX, 7. ubi *αἰὼν* de *vita longaeva* explicandum est. Ps. CXLII, 4. *νεκροὶ αἰῶνος, iam dudum* mortui, coll. Thren. III, 6. Cohel. III, 11. *αἰὼν, mundus aspectabilis.* Ib. XII, 5. *οἶκος αἰῶνος*, domus *aeterna*, sc. ubi semper manebis, h. e. *sepulcrum.* Ies. LXIII, 9. *πάσας τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος*, per *complures* annos. Amos. IX, 11. *καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος*, ubi *olim* fuit, aut: in statum *pristinum* redigam. Mich. V, 2. *ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος*, inde ab *antiquissimis* temporibus. Ib. VII, 14. *κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος*, sicut *olim:* coll. Mal. III, 4. *Inc.* Hab. III, 6. *βουνοὶ τοῦ αἰῶνος*, colles *antiquissimi* seu inde *a mundo condito.* – לְעוֹלָם *in saeculum.* Ies. XXV, 2. *ἀσεβῶν πόλις τὸν αἰῶνα οὐ μὴ οἰκοδομηθῇ*, impiorum civitas in aeternum non aedificabitur; ubi *τὸν αἰῶνα* positum est pro *εἰς τὸν αἰῶνα.* Idem valet quoque de loco Zach. I, 5. Pertinet huc etiam locus a *Trommio* omissus Ex. XV, 18. ubi *βασιλεύων τὸν αἰῶνα* a *Grabio* mutatum est in *βασιλεύων τῶν αἰώνων* (quod ne quidem satis recte graece dicitur: scribendum potius fuisset *βασιλεὺς τῶν αἰώνων*, ut legitur apud Tobiam XIII, 6. 10.) ex *Philone de plant. Noae* p. 221. de qua immutatione parum commendabili vide quae recte observavit *L. Bos. Proleg.* p. 12. Caeterum verba sequentia *καὶ ἐπ' αἰῶνα* continent notam marginalem librarii ad verba antecedentia *τὸν αἰῶνα* (quae pro *ἐπ' αἰῶνα* posita esse mihi videntur) pertinentem. Est enim semel tantum לְעוֹלָם in Ebraeo. – *לְעָלְמִין *Chald. in saecula.* Dan. II, 4. sec. Cod. *Chis.* – עוֹלָמִים in plur. Ps. CXLIV, 13. *βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων*, regnum *aeternum.* Ies. LI, 9. *γενεὰ αἰῶνος, antiquissima* tempora. – עֲלֻמִים verbale plur. *occulta*, sc. *peccata.* Ps. LXXXIX, 8. *ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου.* Scio quidem, nonnullos statuere, LXX hic quoque עוֹלָמִים exprimere voluisse, sed mihi secus videtur. *Αἰὼν* h. l. potius *pravos saeculi mores, vitiositatem regnantem* notat, (de qua significatione copiose est expositum a me in *Lex. N. T.* s. h. v. n. 5.) et cum voce *ἀνομία* permutatur. *Suidas* ad h. l. respiciens ita: *Αἰὼν δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος. Δαβίδ· Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου.* Amplexus est hanc interpretationem quoque *Bielius*, qui addit: Sic *Homero* et *Pindaro* *αἰῶνα* significare *vitam* vel *vitae tempus*, docet *Massonus* in *Hist. Crit. Reip. Liter.* T. III. p. 146. Et *Herodoto* Lib. I. c. 32. *τελευτᾷν τὸν βίον* est *finire vitam*, seu *vitae tempus.* *Etym. M.* *αἰὼν, ἡ ζωὴ, οἱ γὰρ ζῶντες ἐν χρόνοις καὶ ἔτεσι διάγουσιν.* Adde *Fesselii Advers. Sacr.* L. III. c. 2.

Sap. XIII, 9. *αἰὼν* est *universum*, *τὸ πᾶν*, coll. Iob. XIII, 6. 10. Sap. XIV, 6. *αἰὼν* hunc in quo versamur *mundum* seu *orbem terrarum* notat. Sap. IV, 2. *vita post mortem futura*, coll. III, 14. Conf. *Vorstium* de *hebr. N. T.* ed. *Fischeri* pag. 39. seq. Sir. XVIII, 9. *αἰὼν*, *aeternitas*. Ibid. XXXVIII, 45. *κτίσμα αἰῶνος*, res huius *mundi* creatas. Ib. XLIII, 7. luna dicitur *σημεῖον αἰῶνος*, signum *temporis*, i. q. *ἀνάδειξις χρόνου* in antecedentibus.

'ΑΠΟ' ΤΟΥ͂ ΑΙ'Ω͂ΝΟΣ, *'ΑΠ' ΑΙ'Ω͂ΝΟΣ*, *a saeculo*, *a temporibus antiquissimis*, *olim*, *ante saeculum*, *ab aeterno*. *מִנִּי עַד, *a saeculo*. *Symm.* Iob. XX, 4. *ἀπ' αἰῶνος*, inde a mundo condito. Conf. seq. - מֵעוֹלָם, *a saeculo*. Gen. VI, 4. *οἱ ἀπ' αἰῶνος*, *antiqui*. Ps. XXIV, 6. *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος*, *ab aeterno*. coll. XCII, 3. Ps. CXVIII, 52. *ἀπ' αἰῶνος*, *inde ab antiquissimis temporibus*. Ies. XLII, 14. *diu*. Ibid. XLVI, 9. ac LXIV, 4. Ier. II, 20. *olim*. - מִן הָעוֹלָם. Ier. XXVIII, 8. et Ioel. II, 2. - *מֵעֲרֵלִים, *de incircumcisis*. Ez. XXXII, 27. Legerunt sine dubio מֵעוֹלָם, quam lectionem in textum recipere non dubitarem. Vide ad h. l. *Dathium*.

• *ΔΙ' ΑΙ'Ω͂ΝΟΣ*, *per saeculum*, *per longum tempus*, *in sempiternum*, *perpetuum*. עוֹלָם. Ierem. XX, 11. *δι' αἰῶνος οὐκ*, *nunquam*. - לְעוֹלָם. Deut. V, 29. Ies. LX, 21. *δι' αἰῶνος κληρονομήσουσι*, *perpetui* erunt possessores. - עַד עוֹלָם. Deut. XII, 28. *Aelianus V. H.* L. I. c. 12. *δι' αἰῶνος βασιλεύοις*. Vide et L. III. c. 25.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΑΙ'Ω͂ΝΑ, *in saeculum*, *in omnem vitam*, *in sempiternum*, *in aeternum*. אַחֲרוֹן, *ultimus*. Ies. XLVIII, 12. *πρῶτος καὶ ἐγὼ εἰμὶ εἰς τὸν αἰῶνα*. Confer notata a me in *Lexico N. T.* sub *A.* et *Ἔσχατος*. - לָנֶצַח, *in perpetuum*. Ies. XXVIII, 28. Ier. L, 39. *μὴ οὐκέτι εἰς τὸν αἰῶνα*, *nunquam amplius*. - לְעֵד, *in testimonium*. Ies. XIX, 20. *ἔσται εἰς σημεῖον εἰς τὸν αἰῶνα*: ubi pro לְעֵד legerunt לָעַד. - סֶלָה. *Symm.* Hab. III, 3. Est mera *Symmachi* interpretatio, quae nullo nobis noto fundamento nititur. Conf. *Noldii Concord. Part. hebr.* p. 941. ac supra s. v. *ἀεί*. - *עֲוִילִים, *parvuli*. Iob. XIX, 18. ubi legerunt לְעוֹלָם vel לְעוֹלָמִים. - עוֹלָם. Ex. XL, 13. Lev. III, 17. ubi *εἰς τὸν αἰῶνα* cum *αἰώνιον* in codd. permutatur. Deut. XV, 17. *ἔσται σοι οἰκέτης εἰς τὸν αἰῶνα*, erit tibi servus per omnem *vitam*, coll. 1 Sam. XXVII, 12. et Psalm. LXXXVIII, 1. Dan. XII, 7. *ζῶντι εἰς αἰῶνα*, *aeternum viventi*. - לְעוֹלָם. Gen. III, 22. 2 Reg. V, 27. - עַד עוֹלָם. Deut. XXIX, 29. Ios. XIV, 9. etc. - לְעָלְמִין Chald. plur. Dan. V, 10. *εἰς τὸν αἰῶνα ζῆθι*, sit vita tua *longissima*. - לְעִילוֹם, formula sequioris Hebraismi pro לְעוֹלָם. 2 Par. XXXIII, 7. - לְחֻקַּת עוֹלָם, *in statutum aeternum*. Ex. XXIX, 9. Libere verterunt. - *עָרֵי עֲרֹעֵר *urbes Aroer*. Ies. XVII, 2. Secundum

Trommium forte legerunt עֲדֵי עוֹלָם, sed mihi propius ad lectionem impressam accedere videtur עֲדֵי עַד. - לְפָנֶיךָ, *coram facie tua.* Ps. CI, 29. σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται. Libere verterunt. Sensus est idem.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, in saeculum saeculi, in sempiternum. Tob. VI, 18.

ΕἸΣ ΤΟΥ͂Σ ΑἸΩ͂ΝΑΣ, in saecula. *לִפְנֵי יְהוָה, *coram Jehova.* Psalm. CII, 29. Sensum expressit. Scil. formula hebraica notat *superstite Deo,* quemadmodum Gen. XI, 28. עַל-פְּנֵי תֶרַח est *superstite Taracho.* - עַל מוּת, *usque ad mortem.* Ps. XLVII, 14. Pro una tantum voce habuerunt LXX et *Symm.* (qui habet διηνεκές), nempe עֹלָמוֹת. - לָעַד *in sempiternum.* Ps. LX, 8. - עָלְמָה Chald. Dan. IV, 31. - לְעוֹלָם. Ps. LXXX, 5. et CIII, 32. - עוֹלָמִים in plur. 1 Reg. VIII, 13. 2 Par. VI, 2. Ps. LX, 4. - לְעוֹלָמִים. Ps. LXXVI, 7. - לְעָלְמִין Chald. Dan. II, 4. VI, 6. 26. - לְעָלְמַיָּא Chald. Dan. II, 44.

ἘΝ ΤΟΙ͂Σ ΑἸΩ͂ΣΙ, in saeculis. לְעוֹלָמִים. Cohel. I, 10. ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις, iam dudum *ante tempora* nostra extitit.

* *ἘΞ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, a seculo.* Sir. I, 4. ubi parallelismus sententiarum *aeternitatis* notionem postulat. Dicitur vero quoque ita, ut *per certum temporis spatium semper* locum aliquid habuisse indicetur. 3 Esdr. II, 23. ubi Iudaei dicuntur regibus Medorum infensi fuisse ἐξ αἰῶνος, coll. v. 26. In textu Chald. Esdr. IV, 15. legitur מִן־יוֹמָת עָלְמָא.

ἝΩΣ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, ἝΩΣ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, usque in saeculum. אֵיבַת עוֹלָם, *inimicitia aeterna, perpetua.* Ez. XXV, 15. τοῦ ἐξαλεῖψαι ἕως αἰῶνος sec. *Alex. Ald.* et *Compl.* nam in *Vat.* legitur ἑνός: ubi sine dubio vocem אֵיבַת prorsus omiserunt, aut libere verterunt. - עַד הֲלוֹם, *eo usque.* 1 Par. XVII, 16. ὅτι ἠγάπησάς με ἕως αἰῶνος, amasti enim me *ad hoc usque tempus.* Arbitror scil., post αἰῶνος omissum esse τούτου, ut adeo non opus sit statuere, eos legisse עַד עוֹלָם. - עַד נֶצַח, *in perpetuum.* Ps. XLVIII, 20. ἕως αἰῶνος οὐκ, *nunquam.* - עֲדֵי עַד, idem. Ps. CXXXI, 13. Ies. XXVI, 4. - לְעוֹלָם. Ier. XXXI, 40. - עַד עוֹלָם. Gen. XIII, 15. Ex. XII, 24. Ios. IV, 7. - עַד לְעוֹלָם. 1 Par. XXIII, 25. et XXVIII, 7.

ἝΩΣ ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ, usque in aeternum. עַד עוֹלָם. Deut. XXIII, 3. 2 Sam. VII, 13. - לָעַד עַד עוֹלָם. Ies. XXX, 8. ἔσται εἰς ἡμέρας καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα.

ἝΩΣ ΕἸΣ ΤΟΥ͂Σ ΑἸΩ͂ΝΑΣ, usque in saecula. וְעַד עוֹלָם. Mich. IV, 7. ἀπὸ τοῦ νῦν ἕως εἰς τοὺς αἰῶνας.

ΠΡῸ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, ΠΡῸ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, ante saeculum. מֵעוֹלָם. Prov. VIII, 23. - מִקֶּדֶם. Ps. LXXIII, 13.

ΠΡῸ ΤΩ͂Ν ΑἸΏΝΩΝ, ante saecula. קֶדֶם propr. *aeternitas.* Ps. LIV, 21.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΚΑῚ ἘΠΈΚΕΙΝΑ, *in saeculum et ultra.* לְעוֹלָם וָעֶד, Mich. IV, 5. *Gloss. MS. in Proph.* ἐπέκεινα, τὰ ἔμπροσθεν, τὰ μέλλοντα.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΚΑῚ ἜΤΙ, *in saeculum et ultra.* לְעוֹלָם וָעֶד. Dan. XII, 3.

ἝΩΣ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ ἜΤΙ, *usque in saeculum adhuc.* עַד עוֹלְמֵי עַד. Ies. XLV, 17.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΧΡΌΝΟΝ, *in tempus aeternum*, h. e. *perpetuum.* הָלְאָה *ultra.* Ies. XVIII, 7. - לָנֶצַח *in perpetuum.* Ies. XIII, 20. et XXXIII, 20. - לְעוֹלָם. Ies. XIV, 20. et XXXIV, 10. - עַד עוֹלָם. Ex. XIV, 13. Ies. XXXIV, 17.

ἈΠῸ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ ΚΑῚ ἝΩΣ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, et semel *ἈΠ' ΑἸΩ͂ΝΟΣ ΚΑῚ ἝΩΣ ΑἸΩ͂ΝΟΣ*, *a saeculo et usque in saeculum.* מֵעוֹלָם וְעַד עוֹלָם, idem. 1 Par. XXIX, 10. Ps. XL, 14. LXXXIX, 2. et CII, 16. - מִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. 1 Par. XVI, 36. Neh. IX, 5. - לְמִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. Ier. XXV, 5. ἀπ' αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος. - מִן הָעוֹלָם וְעַד הָעוֹלָם. Ps. CV, 47. - מִן עָלְמָא וְעַד עָלְמָא Chald. Dan. II, 20.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, vel *ΕἸΣ ΑἸΩ͂ΝΑ ΑἸΩ͂ΝΟΣ*, *in saeculum saeculi.* לָעַד. Ps. XVIII, 10. CX, 3. 10. CXI, 3. 8. - עֲדֵי עַד. Ps. LXXXII, 15. XCI, 8. CXXXI, 15. - עוֹלָם וָעֶד. Ps. XX, 4. XLIV, 8. CIII, 6. - לְעוֹלָם. Is. XXXVI, 28. - לָעַד לְעוֹלָם. Ps. CX, 7.

ἘΞ ΑἸΩ͂ΝΟΣ ΚΑῚ ἝΩΣ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, *ex aevo et usque in aevum.* - מִן עוֹלָם וְעַד עוֹלָם. Ier. VII, 6.

ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΚΑῚ ἘΠ' ΑἸΩ͂ΝΑ ΚΑῚ ἜΤΙ, *in saeculum et in saeculum et ultra.* לְעוֹלָם וָעֶד. Ex. XV, 18. κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι: ubi τὸν αἰῶνα positum est pro εἰς τὸν αἰῶνα, ut adeo non opus sit cum *Grabio* τὸν αἰῶνα in τῶν αἰώνων contra usum loquendi mutare.

ἝΩΣ ΑἸΩ͂ΝΟΣ ΤΩ͂Ν ΑἸΏΝΩΝ, *usque in saeculum saeculorum.* עַד עָלְמָא וְעַד עָלַם עָלְמַיָּא. Dan. VII, 18.

ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΚΑῚ ΕἸΣ ΤῸΝ ΑἸΩ͂ΝΑ ΤΟΥ͂ ΑἸΩ͂ΝΟΣ, *in saeculum et in saeculum saeculi.* עוֹלָם וָעֶד. Psalm. IX, 40. XLVII, 13. et LI, 8. - לְעוֹלָם וָעֶד. Ps. IX, 5. XLIV, 20. CXXIII, 44. et CXLIV, 1. 2. 22. - לָעַד לְעוֹלָם. Ps. CXLVIII, 6.

ἘΠ' ΑἸΩ͂ΝΑ, *in saeculum.* לָעַד. Ex. XV, 18.

ΑἸΏΝΙΟΣ, *aeternus*, *perpetuus*, *sempiternus.* אֱלֹהִים, *Deus.* Iob. XXXIII, 12. αἰώνιος γάρ ἐστιν ὁ ἐπάνω βροτῶν. Libere verterunt. - אָסִיר *vinctus.* Iob. III, 18. ὁμοθυμαδὸν δὲ οἱ αἰώνιοι. Multum disputarunt Interpretes, quid h. l. et quidem in hac orationis serie αἰώνιοι apud LXX pro אֲסִירִים *vincti* sibi velit. *Cappellus* in *notis criticis* ad h. l. iudicat, eos legisse אֲשֵׁרִים, quod *beatos* significat, ac de *aeternum beatis* vocem intellexisse. Alii αἰώνιοι ad sequens שַׁאֲנָנוּ referre malunt, ac pro δὲ οἱ αἰώνιοι reponendum esse putant δέσμιοι

ἀνώδυνοι. Nodum solvit auctor Vers. *Vulgatae*, in qua legitur: *quondam* (h. e. olim, inde ab antiquissimis temporibus) *vincti*, unde luculenter apparere arbitror, post *αἰώνιοι* (quam vocem pro more de suo ad h. l. addiderunt) excidisse *δεσμῶται* aut *δέσμιοι*. Loco *αἰώνιοι* legitur in *Compl.* *δεδεμένοι*, quod nonnullis esse videtur mera correctio ad textum hebraicum. - טֶרֶף, *praeda.* Ps. LXXV, 4. *ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων.* Num legerit טֶרֶם aut מִטֶּרֶם, aut ita propterea verterit, quia sensum verborum hebraicorum non satis caperet, aut denique respexerit alia SS. loca, v. c. Hab. III, 6., diiudicare equidem non valeo. - מֶלַח, *sal.* 2 Par. XIII, 5. *εἰς διαθήκην αἰώνιον.* Scilicet *foedus salis* est h. l. *foedus aeternum*, seu *immutabile*, ut *Chaldaeus* recte interpretatus est: sal enim symbolum est *diuturnitatis* et *perpetuitatis*, et sic quoque arabicum صلح sumitur. Conf. Num. XVIII, 19. ac *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 178. - עוֹלָם. Gen. IX, 12. *διαθήκη εἰς γενεὰς αἰωνίους*, i. q. v. 16. *διαθήκη αἰώνιος.* Ib. XVII, 8. *κατάσχεσις αἰώνιος*, ubi *αἰώνιος* est *diu durans*, *perennis.* Ibid. XLIX, 26. *θινῶν αἰωνίων* sec. *Compl.* et *Ald.*, ubi reliqui libri *ἀεννάων* habent, et *αἰώνιος* est i. q. *μόνιμος* in antecedentibus. Lev. III, 17. ubi *αἰώνιος* et *εἰς τὸν αἰῶνα* in codd. permutantur. Iob. XXII, 15. *τρίβος αἰώνιος*, via *antiqua.* Ib. XL, 28. *δοῦλος αἰώνιος*, servus *ad dies vitae.* Ps. XXIII, 7. 9. *πύλαι αἰώνιοι*, portae *antiquae.* Ibid. LXXVI, 5. *ἔτη αἰώνια*, anni *antiqui*, i. q. *ἡμέραι ἀρχαῖαι.* - עָלַם Chald. id. Dan. III, 54. IV, 31. VII, 14. 27. - לְעוֹלָם. *Inc.* Ps. XI, 8. *Symm.* Coh. I, 4. LXX Ex. III, 15. Ion. II, 7. Mich. II, 9. - מֵעוֹלָם. Ez. XXVI, 20. - עֲלוּמִים plur. *adolescentia.* Ies. LIV, 4. *αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ.* Non improbabile quidem est, LXX legisse literis transpositis עוֹלָמִים, potest tamen etiam cum recepta lectione haec eorum versio conciliari, modo *αἰώνιος* reddatur per *pristinus.* - עוֹלָמִים plur. Ies. XXVI, 4. XLV, 17. Dan. IX, 24. - עֲלָמוֹת, nomen instrumenti musici, ut videtur, *Halamoth.* Ps. XLVI, 1. ubi *Symm.* legit עלמות ab עלם *saeculum.* - עֲוִילִים plur. ab עֲוִיל *parvulus.* Iob. XXI, 11. *ὥσπερ πρόβατα αἰώνια.* Legerunt עולם vel potius עוֹלָמִים. Tob. III, 16. *τόπος αἰώνιος*, *sepulcrum*, בֵּית עוֹלָם, coll. Ps. XLIX, 12. - In libris apocryphis *αἰώνιος* nude positum saepius de Deo usurpatur, v. c. Bar. IV, 10. 14. 20. 22. coll. v. 8. ubi *θεὸς* additur.

ΑἸΏΝΙΟΣ ΕἸΜΙ', *aeternus sum:* קוֹמֵם Pih. a קוּם *stare facio*, *erigo.* Ies. LVIII, 12. *ἔσται τὰ θεμέλιά σου αἰώνια.* Sensu eodem. Vide alibi *Σκότος*.

**ΑἸΩΝΙ'ΩΣ*, *aeterne*, *in aeternum.* עוֹלָם. *Symm.* Psalm. LX, 7. *οἰκήσει αἰωνίως ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ.* Vide eundem Gen. VI, 3. et Ps. LXXXVIII, 37. - לָעַד. *Symm.* Amos. I, 11. Praeterea Interpres ignotus וַיַּעֲמִידֵם לָעַד לְעוֹלָם, *stabilivit ea*, *ut*

semper durent, Ps. CXLVIII, 6. ita transtulit: ἔστησεν αὐτὰ διαμένειν αἰωνίως.

*'ΑΚΑΘΑΙ'ΡΕΤΟΣ, *inexpugnabilis, qui everti et dirui non potest.* Legitur haec vox a *Bielio* omissa in reliquiis *Symm.* Ps. CL, 1. pro hebr. עֹז *fortitudo*: στερεώματι ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ, ubi *Montfauconius* transtulit: *in firmamento indelebili eius.* Non male quoad sensum. *Chrysost.* T. IV. Opp. p. 165. B. *Hesych.* ἀκαθαίρετον, τὸ μὴ χειρούμενον καὶ ἀφανιζόμενον.

'ΑΚΑΘΑΡΣΙ'Α, *immunditia, impuritas physica et moralis*, etiam legalis et Levitica, et per metonymiam *illud ipsum, quod impurum est aut habetur.* *חַטָּאת, *peccatum.* Lev. XVI, 34. sec. *Oxon.* ἀπὸ πασῶν τῶν ἀκαθαρσιῶν αὐτῶν: ubi reliqui libri ἁμαρτιῶν habent. Lectio Cod. *Oxon.* mihi alius interpretis versionem continere videtur, et ἀκαθαρσία est h. l. *impuritas moralis, quae per peccata contrahitur.* Vide *Lex. N. T.* s. h. voce. — טָמֵא adiect. masc. *immundus.* Lev. XXII, 4. ὁ ἁπτόμενος πάσης ἀκαθαρσίας ψυχῆς, qui tetigerit hominem quacunque de causa immundum. Ier. XIX, 13. — טַמֵּא infin. Pih. *immundare, impurum reddere.* Lev. XX, 25. ἐν ἀκαθαρσίᾳ, tanquam impura. Ier. XXXII, 34. ἐν ἀκαθαρσίαις, quo facto vehementer est polluta. — טָמְאָה praet. Kal foem. Mich. II, 10. — טְמֵאָה adiect. foem. *immunda.* Iud. XIII, 7. ubi cum ἀκάθαρτον permutatur in codd. Ez. XXII, 10. ἀκαθαρσία de *impuritate ex menstruis* dicitur. — טֻמְאָה *impuritas, immundities.* Lev. V, 3. XV, 3. impuritas ex fluxu sanguinis menstruo, quae v. 24. ἀκαθαρσία ῥύσεως, et v. 25. ἀκαθαρσία τῆς ἀφέδρου dicitur. Ibid. XVI, 16. *peccata.* Ibid. XVIII, 19. ipsa *menstrua* χωρισμὸς τῆς ἀκαθαρσίας. Num. XIX, 13. *impuritas tactu mortui contracta.* Iud. XIII, 7. μὴ φάγῃς πᾶσαν ἀκαθαρσίαν, ne edas *cibos, quorum usus lege Mosaica interdictus est.* 2 Sam. XI, 4. *impuritas legalis concubitu maxime illicito contracta.* 2 Par. XXIX, 16. πᾶσαν ἀκαρθασίαν, *omnes sordes.* Esdr. VI, 21. *idolorum cultus.* Ib. IX, 11. *abominanda scelera ac peccata,* coll. Ez. XXII, 15. Ib. XXIV, 11. *immundities aeris.* — נַבְלוּת *stultitia,* etiam *impietas, vitiositas.* Hos. II, 12. νῦν ἀποκαλύψω τὴν ἀκαθαρσίαν αὐτῆς, mox eius *impietatem (lasciviem)* oculis amatorum exponam. Potest tamen vox hebr. cum *Ionath.* de *pudendis* exponi, ut ἀκ. h. l. dicatur *ea pars corporis, quae turpis habetur,* quatenus ea flagitia committuntur et expletur libido. Ita quoque ἀσχημοσύνη usurpatur. Commendat hanc explicationem hebr. גָּלָה, quod requirit aliquid, quod retegi possit. Conf. Ez. XVI, 37. — נִבַּלְתִּי 1. pers. praet. Pihel. a נָבַל, *turpitudine afficio.* Nah. III, 6. κατὰ τὰς ἀκαθαρσίας σου. Legerunt כְּנִבְלָתֵךְ, nam נְבָלָה est *scelus, flagitium.* — נִדָּה, *separatio*, etiam *foeditas, impuritas.* Lev. XV, 23. XX, 21. 2 Par. XXIX, 5. — עָרְלָה, *praeputium.* Lev. XIX, 23. περικαθαριεῖτε τὴν ἀκαθαρσίαν: ubi

ἀκαθαρσία de arboribus usurpata *ramos inutiles adeoque resecandos* significat. Cf. *Lex. N. T.* s. v. *καθαίρω*. Causa autem huius versionis in promptu est. - תּוֹעֵבָה, *abominatio*. Prov. VI, 16. et XXIV, 9. - In libris apocryphis *ἀκαθαρσία* inprimis usurpatur de *impuritate, quae idolorum cultu contrahitur, de ipsis* quoque *idolis*, ac in universum *omni* tribuitur, *qui verum Dei cultum vel admixta idololatria contaminat, vel ullo aliquo modo turbat.* Sic v. c. 3 Esdr. I, 41. *ἀκαθαρσία* (seu, ut statim in sequentibus vocatur, *δυσσέβεια*) tribuitur regi Babyloniae Nabuchdonosor, de quo in antecedentibus narratur, eum abstulisse vasa sacra templi Hierosolymitani, et ita ipsum templum violasse. Ib. v. 49. occurrit formula *πᾶσαι αἱ ἀκαθαρσίαι τῶν ἐθνῶν*. 3 Esdr. VIII, 69. *τὰ ἀλλογενῆ ἔθνη τῆς γῆς καὶ τὰς ἀκαθαρσίας αὐτῶν.* In textu hebr. Esdr. IX, 2. est תּוֹעֲבוֹת, quod de *idolis* adhibetur Deut. VII, 25. 1 Macc. XIII, 48. *ἐξέβαλε* (sc. *ἐκ τῆς πόλεως*) *πᾶσαν ἀκαθαρσίαν*, coll. v. 47. (*ἐκαθάρισε τὰς οἰκίας, ἐν αἷς ἦν τὰ εἴδωλα*) et 50. ac XIV, 7.

'ΑΚΑΘΑΡΤΙ'ΖΟΜΑΙ, *immundus fio.* טָמֵא, *immundus, pollutus fio. Inc.* Lev. XIV, 36. Deest haec vox in Lexicis.

'ΑΚΑ'ΘΑΡΤΟΣ, *immundus, impurus* vel physice, vel moraliter, vel legaliter ac Levitice. Omnino *ἀκάθαρτον* dicitur *omne, quod est legibus divinis Mosaicis interdictum et contrarium.* *טָהֳרָה, *purificatio.* LXX sec. *Vat.* et *Alex.* Lev. XII, 4. et 6. Offendit haec versio haud paucos interpretes, qui apparentem dissensum hac ratione optime removeri posse putarunt, si *ἀκαθάρτῳ* mutaretur in *καθαρῷ*, ut v. 5. *Inc. Int.* habet. Sed consultius est nodum solvere, quam secare. Mihi nec lectio recepta sollicitanda esse nec LXX aliter legisse videntur. Nam fluxus sanguinis, quo mulier post partum editum laborat, eodem iure *ἀκάθαρτος* quo *καθαρισμὸς* dici poterat. Ratione legis Mosaicae *ἀκάθαρτος* erat, nam legaliter immundum reddebat. Per se autem spectatus, et quatenus est purgatio naturalis aeque necessaria ac salutaris, commode *καθαρισμὸς* dici poterat. Hinc apparet, vocem *καθαρισμοῦ*, quae in *Oxon.* et *Compl.* pro hac voce legitur, vel esse alius interpretis, vel emendationem ad textum hebr., nullo autem modo ferendam esse lectionem *καθαρῷ*, quam *MS. Sav.* et *Ald.* habet; nisi forte quis statuere velit, *καθαρὸς* habere h. l. notionem transitivam, ut sit i. q. *καθαίρων* aut *καθαρίζων*. Alias enim nullo modo fluxus sanguinis post partum *καθαρὸς* dici potest. Sensu activo *ἀκάθαρτος*, ut sit *non purgans*, legitur apud *Aretaeum* pag. 127. 29. 30. - טָמֵא adiect. *impurus, immundus.* Iud. XIII, 4. *μὴ φάγῃς πᾶν ἀκάθαρτον*, ne edas *cibos lege Mosaica interdictos*, coll. Hos. IX, 3. Coh. IX, 2. *καθαρῷ καὶ ἀκαθάρτῳ*, probo ac *improbo.* Ies. VI, 5. *ἀκάθαρτα χείλη ἔχων*, *improbus.* Ibid. XXXV, 8.

ἀκάθαρτος, *profanus, a sacris arcendus.* Ib. LII, 1. *gentilis, paganus*, i. q. ἀπερίτμητος in antecedentibus, coll. Thren. IV, 15. Amos VII, 17. ἐν γῇ ἀκαθάρτῳ τελευτήσεις, morieris *in exilio, inter gentiles.* – טָמֵא טְמֵא per duplicationem, Lev. XIII, 45. – טֻמְאָה, *immunditia.* Iud. XIII, 7. ubi ἀκάθαρτον et ἀκαθαρσία permutantur in codd. Zach. XIII, 2. τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, *idola.* – *מְחִתָּה, *contritio.* Prov. XXI, 15. ὅσιος δὲ ἀκάθαρτος παρὰ κακούργοις. Fortasse scripsit interpres: ὅσιον δὲ ἀκάθαρτον κ. τ. λ. aut abstracti loco maluit concretum variationis causa. Ὅσιος s. ὅσιον prodiit ex antecedentibus, ac recte hic suppletur, et ἀκάθαρτον est h. l. *abominabile, quod terrorem incutit.* Sic omnia bene cohaerent. – נֶאֱלָח part. Niph. *foetidus factus.* Iob. XV, 16. ἔστι δὲ ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος ἀνήρ, est abominabilis et *putidus* homo. – *קְדֵשָׁה, *scortum. Symm.* sec. edit. alteram Hos. IV, 14. unde apparet etiam ἀκάθαρτος h. l. *scortum, meretricem* notare, ut *impurus* pro *libidinoso* et *impudico* dicitur apud *Cic. Orat.* II. *Catil.* c. 10. ac Ephes. V, 5. πόρνος et ἀκάθαρτος coniunguntur, coll. Phil. III, 14. – תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Prov. III, 32. ἀκάθαρτος γὰρ ἔναντι κυρίου πᾶς παράνομος, *abominabilis* enim est Deo omnis impius. Eodem sensu legitur quoque haec vox ib. XVI, 6. et XX, 13. unde ἀκάθαρτος et βδελυκτὸς coniunguntur Prov. XVII, 15. ubi nihil est in textu hebraico. Sir. XXXIV, 4. ἀπὸ ἀκαθάρτου τι καθαρισθήσεται, ab homine impuro nulla res pura potest proficisci. Ibid. XL, 15. ἀκάθαρτος est *impius, scelestus*, i. q. ἀσεβής, cum quo h. l. permutatur. *Syrus* ܛܢܦܐ. *Suidas* s. v. ἁμαρτητικὸς — ἀκάθαρτός γε τὴν ψυχὴν, ὅ γε κακὸς, καθαρὸς δὲ, ὁ ἐναντίος. Adde *Alciphr.* I, 37. 1 Macc. IV, 43. τόπος ἀκάθαρτος.

'ΑΚΑ'ΘΑΡΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *immundus fio.* טָמֵא verbum. Lev. XIV, 36. ubi ἀκάθαρτον γίνεσθαι cum μιαίνεσθαι in codd. permutatur.

'ΑΚΑ'ΘΑΡΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *immundus sum.* טָהֵר, *mundus, purus sum.* Num. XIX, 19. ἀκάθαρτος ἔσται ἕως ἑσπέρας: ubi nec aliter legisse LXX, nec versionem eorum in mendo cubare statuendum est: nam qui usque ad vesperam immundus est, circa vesperam purus est, ut adeo sensus verborum hebr. ex hac versione minime mutetur. – טָמֵא verbum. Lev. XI, 24. XV, 4. Num. XIX, 7.

*'ΑΚΑ'ΘΕΚΤΟΣ, *qui non potest retineri*, i. q. ἀκατάσχετος, qua voce quoque a *Suida* explicatur. Iob. XXXI, 11. sec. cod. *Alex.* θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκάθεκτος, ubi alii libri ἀκατάσχετος habent. Quid vero hic legerint aut cur ita reddiderint, nemo facile divinare poterit. Legitur vero haec vox etiam apud *Phocyl. Νουθ.* v. 181.

'AKAI'PIOΣ, *breve tempus habens, momentaneus.* Ita haec vox, in Lexicis non obvia, exponi solet ex 2 Macc. VI, 25. διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀκαίριον ζῆν sec. ed. *Wechel.*, propter cupiditatem huius fluxae et caducae vitae. Sed sine dubio ibi praeferenda est lectio ἀκαριαῖον, quam reliqui libri habent. Vide infra s. v. ἀκαριαῖος.

"AKAIPOΣ, *intempestivus, non opportunus, importunus.* Sir. XX, 19. μῦθος ἄκαιρος, narratio vel sermo intempestivus. Ib. XXII, 6. ἄκαιρος διήγησις.

'AKAI'PΩΣ, *intempestive.* Sir. XXXII, 5. ἀκαίρως μὴ σοφίζου, intempestive ne sapientiam prae te feras.

'AKAKI'A, *innocentia, probitas, sanctitas, virtus, quum vita est sine labe,* speciatim *humanitas, quum quis vitae alterius non insidiatur, neque salutem eius atque fortunas oppugnat.* תָּם, *integer.* Ps. XXXVI, 37. φύλασσε ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα. - תֹּם, *integritas. Aqu.* et LXX Ps. VII, 9. κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμὲ, remunerare humanitatem, qua usus sum erga hostes meos. Vide ad h. l. *Fischeri Clavem Verss. GG.* p. 17 sequ. LXX Ps. XXVI, 1 et 11. ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην, ego enim vitae integrae studui. Ib. XL, 13. διὰ τὴν ἀκακίαν, propter integritatem. Ibid. LXXVII, 72. ἐν τῇ ἀκακίᾳ τῆς καρδίας, pro *humanitate ac benignitate* sua. Ib. C, 5. - תֻּמָּה, idem. Iob. II, 3. ἔτι δὲ ἔχεται ἀκακίας, adhuc integritatem suam retinet. Ibid. XXVII, 5. ubi pro τὴν ἀκακίαν *Symmachus* ἁπλότητα habet. Ib. XXXI, 6. - תָּמִים, *integer, integritas.* Ps. LXXXIII, 13.

"AKAKOΣ, *integer vitae, sceleris purus, innocens, malitiae expers.* אַלּוּף, *dux,* it. *bos.* Ier. XI, 19. ὡς ἀρνίον ἄκακον. *Hieron. ut agnus mansuetus.* Respexerunt arab. ألف, quod, ut *Golius* ex Lexico *Maruphidis* docuit, notat: *mansuefactus fuit.* Conf. *Schultensium* ad Prov. II, 17. atque eundem in *Opp. Min.* p. 296. - כַּבִּיר, *validus.* Iob. XXXVI, 5. κύριος οὐ μὴ ἀποποιήσεται τὸν ἄκακον. Respexerunt notionem vocis hebraicae nobis nunc quidem ignotam, sed seriei orationis admodum convenientem. Vide v. 6. כַּבִּיר significat in universum *insignem, praestantem in ulla aliqua re.* Potest itaque ad eum quoque referri, *qui insignis est probitate ac integritate,* h. e. ἄκακος. - *מוּסָר, *correctio, disciplina. Inc.* Prov. X, 17. ἄκακοι. Concretum posuit pro abstracto, quia מוסר h. l. dictum esse putavit de *iis, qui disciplinam admittunt.* Fortasse etiam מוסר pro participio pass. verbi יָסַר habuit. - פֶּתִי, *simplex, fatuus.* Prov. I, 4. ἵνα δῷ ἀκάκοις πανουργίαν, ubi ἄκακος notat *eum, qui est ingenuae simplicitatis, qui, ut ipse est minime malus, nec ab aliis mali quid suspicatur, adeoque facile decipi potest,* i. q. ἁπλοῦς. Conf. Rom. XVI, 18. *Theodot.* habet ἠπατημένοις. *Symm.* νηπίοις.

Sed ib. v. 22. ἄκακοι malo sensu adhibetur, ut sit *imperiti*. Ib. VIII, 5. XIV, 15. ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ. Ibid. XXI, 11. - רַע, *malus*. Prov. XV, 10. ubi mendose ἀκάκου pro κακοῦ scriptum est, quemadmodum Cohel. III, 16. pro εὐσεβὴς legendum est ἀσεβής. - תָּם, *integer, perfectus*. *Inc*. Prov. X, 29. LXX Iob. VIII, 20. - תֹּם, *integritas, perfectio*. Ps. XXIII, 22. concreto per metonymiam posito pro abstracto. - תְּם דֶּרֶךְ, *integer viae* vel potius *vitae* per hebraismum. Prov. XIII, 6. Sap. IV, 12. νοῦν ἄκακον, mentem sine malitia.

'ΑΚΑΛΗ'ΦΗ, *urtica, spina*. סִרְפַּד nomen fruticis ignotae, vulgo *paliurus*, scil. *Aegyptius, spinis maxime abundans*. *Symm*. Ies. LV, 13. *Hesych*. ἀκαλῆφαι, κνίδαι.

'ΑΚΑ'ΛΥΠΤΟΣ, *retectus, apertus*. *פָּרוּעַ, *nudatus*. Lev. XIII, 45. sec. *Vat*. ubi reliqui libri ἀκατακάλυπτος habent. Ep. Ierem. v. 28. κεφαλαὶ ἀκάλυπτοι, *capita retecta*. Legitur quoque Tob. II, 9. in *Alex*. et *Rom*. Sed *Ald*. et *Compl*. ἀνακάλυπτον. Adde *Herodian*. III, 9. *Aristot*. *Hist*. *anim*. I, 5.

*'ΑΚΑΛΥ'ΠΤΩΣ, *discooperte, non tecte*. Occurrit 3 Macc. IV, 6. νεανίδες - - ἀκαλύπτως δὲ ἀγόμεναι, sponsae nuper nuptae sine velamine agebantur. Addatur hoc adverbium Lexicis.

'ΑΚΑΜΠΗ'Σ, *inflexibilis, rigidus*. עָרִיץ, *tyrannus, ferox*. *Symm*. ac *Theod*. *Iob*. XXVII, 13. *Hesych*. ἀκαμπὴς, σκληρός. *Orph*. *Argon*. 171. et 996.

"ΑΚΑΝ, *carduus, spina, vepres*. חוח idem. 2 Reg. XIV, 9. ὁ ἄκαν ὁ ἐν τῷ Λιβάνῳ, vepres in Libano. Et mox: συνεπάτησαν τὸν ἄκανα, conculcabant veprem. Caeterum vox ἄκαν pro ἄκανθα *Sturzio* (in l. de *dial. Alex*. p. 144.) videtur esse vocabulum ex antiquissima Hellenum lingua superstes. In Lexicis desideratur.

"ΑΚΑΝΘΑ, *spina, vepres*. - *בָּאְשָׁה, *napellus, aconitum*. *Theod*. Iob. XXXI, 40. ad quem locum in notis ad *Ed. Rom*. haecce observantur: Θεοδ. καὶ Σύμ. ὁ μὲν, ἀντὶ τοῦ κνίδη ἄκανθα ἐξέδωκεν, ὁ δὲ, ἀντὶ τοῦ βάτου ἀτελεσφόρητα. *Schol*. ὁ μέν τοι Σύμ. οὕτως ἐκδέδωκεν· ἀντὶ σίτου βλαστησάτω ἄκανος. ἀνέγνων δὲ ἐν ταῖς Βασιλείαις φυτὸν, ἄκανον οὕτω λεγόμενον. - בְּאֻשִׁים, *napelli, aconitum*. Vulgo *uvae foetentes*. Ies. V, 2. Libere verterunt genus ponentes pro specie. - *בַּרְקָנִים, *spinae species*. *Aqu*. Iud. VIII, 16. - חֵדֶק, *genus spinae*. Prov. XV, 20. ὁδοὶ ἀεργῶν ἐστρωμέναι ἀκάνθαις. - חוח idem. Prov. XXVI, 9. Cant. II, 2. Hos. IX, 7. - סִיר, *spina*. Ps. LVII, 9. Coh. VII, 7. - קוֹץ *spina*. Gen. III, 18. Iud. VIII, 7. 16. Ez. XXVIII, 24. - קַיִץ *aestas*. Ps. XXXI, 4. ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν, cum infigeretur mihi spina. Legerunt sine dubio קוֹץ, quanquam etiam קַיִץ, si a rad. קָצָה *abscindere* derivatur, hanc notionem habere potest. *Theod*. et *Suidae* ἄκανθα hic est ἁμαρτία, *peccatum*. Sed

Lamb. Bos. Prolegg. in LXX Intt. cap. 3. intellegit potius grave aliquod malum, quod presserit et afflixerit Davidem. Hoc enim in sacris literis occurrere nomine *spinae*, *surculi*, *aculei*, *teli* etc. observat. Sic Ps. XXXVII, 2. *ὅτι τὰ βέλη σου ἐνεπάγησάν μοι*, quia sagittae tuae infixae mihi sunt. Iob. VI, 4. *βέλη κυρίου ἐν τῷ σωματί μου.* Hoc Paulus, eodem viro doctissimo docente, expressit *ἐδόθη μοι σκόλοψ ἐν σαρκὶ*, 2 Cor. XII, 7. Cf. Ei. *Obss. Critt.* p. 104. et infra notata ad *σκόλοψ*. - *שִׁטָּה, *acacia*. Plur. שִׁטִּים. *Symm.* Ioel. III, 18. - שַׁיִת, *vepres*. Ies. V, 6. VII, 23. 24. 25. - *שִׂיד *calx*. Ies. XXXIII, 12. Acceperunt vel tanquam סִיר, quemadmodum ד et ר saepissime in legendo confuderunt, vel, quod mallem, שַׁיִת legerunt. Sirac. XXVIII, 27. *περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις.*

'*ΑΚΑ'ΝΘΙΝΟΣ*, *spineus*. Hinc phrasis

'*ΑΚΑ'ΝΘΙΝΑ ΞΥ'ΛΑ*, *spinea ligna*. סִירִים plur. q. d. *spinarum multitudo*. Ies. XXXIV, 13. - שִׁטִּים, *acaciae*. *Symm.* Ex. XXXV, 7.

''*ΑΚΑΝΟΣ*, *acanus*, *spinosus et aculeatus frutex*. חוֹחַ, *spinae genus*. *Symm.* Iob. XXXI, 40. ubi v. *Schol. ed. Rom.* supra ad v. *ἄκαν* probatum. Hos. VIII, 6. - שָׁמִיר, arab. سمر *samoron*, h. e. *spina Aegyptia* vel *sidrae species*. *Inc.* Ies. XXXII, 13. *κνίδες ἄκανοι.* Sic enim pro *ἄγχανοι* legendum suspicatur *Grabius* de *Vitiis LXX Intt.* p. 120.

'*ΑΚΑ'ΡΔΙΟΣ*, *excors*, *vecors*. לֵב אַיִן, *sine corde*, h. e. *intellegentia et prudentia*. Prov. XVII, 16. *κτήσασθαι γὰρ σοφίαν ἀκάρδιος οὐ δυνήσεται*, non acquiret sibi sapientiam, qui caret intellectu. - אֵין לֵב idem. Ier. V, 21. *λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος*, ubi *ἀκάρδιος* est omni sensu veri et falsi, recti ac pravi destitutus. - חֲסַר לֵב *carens corde*. Prov. X, 14. *Schol. Aristoph. ad Av.* v. 1473. i. q. *ἀνόητος*.

'*ΑΚΑΡΙΑΙ῀ΟΣ*, *pauxillus*, *brevis*, *exiguus*, *momentaneus*. 2 Macc. VI, 25. *διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀκαριαῖον ζῆν*, propter parvum atque exiguum vitae spatium. In edit. *Wechel.* legitur quidem *ἀκαίριον*, sed cum haec vox alias haud facile occurrat, praefert *Bielius* ex *Rom.* et *Alex.* codd. *ἀκαριαῖον*, quod et alias eodem quo hic significatu legitur. *Diodor. Sic.* lib. I. cap. 2. *πάντες γὰρ ἄνθρωποι διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν βιοῦσι μὲν ἀκαριαῖόν τι μέρος τοῦ παντὸς αἰῶνος.* Inde *Hesychio* etiam *ἀκαριαῖον* inter alia exponitur *τὸ βραχὺ, τὸ ὀλίγον.* Idem: *'Ακαρεῖ, βραχεῖ, ταχέως.* Rursus idem: *'Ακαρής ἀντὶ τοῦ ἀκαριαίου. ἐνίοτε δὲ τὸ βραχὺ, ὃ οὐδὲ κεῖραι οἷόν τε.* Et alibi: *ἐν ἀκαρεῖ, ἐν ῥιπῇ.*

''*ΑΚΑΡΠΟΣ*, *infructuosus*, *sterilis*, *inutilis*, *noxius*. אֲשִׁישָׁה *lagena*. *Symm.* Hos. III, 1. ubi pro אֲשִׁישֵׁי legisse videtur יְשִׁישֵׁי, nam יָשִׁישׁ *senem*, *decrepitum* notat, et

Aquila h. l. παλαιὰ habet. - גַּלְמוּד, *valde sterilis, vastus. Aqu. Theod.* Iob. XV, 34. - חֲפַרְפֵּרוֹת plur. *talpae. Symm.* Ies. II, 20. ἀκάρποις. Aut sensum expressit, aut legit, ut nonnulli voluerunt, לֹא פֵּרוֹת. - צַלְמָוֶת, *umbra mortis.* Ier. II, 6. ἐν γῇ ἀνύδρῳ καὶ ἀκάρπῳ. Sap. XV, 4. πόνος ἄκαρπος *Bretschneidero* vertendum videtur *labor improbus*, nempe eorum, qui idola scindunt, i. q. antea κακότεχνος.

'ΑΚΑΤΑ'ΓΝΩΣΤΟΣ, *liber a condemnatione, in quem reprehensio non cadit.* 2 Macc. IV, 47. ἀπελύθησαν ἀκατάγνωστοι.

'ΑΚΑΤΑΚΑ'ΛΥΠΤΟΣ, *retectus, non velatus* - פָּרוּעַ *nudatus.* Partic. Pah. Lev. XIII, 45. sec. *Alex. Ald.* et *Compl.* ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀκατακάλυπτος: ubi in *Vat.* legitur ἀκάλυπτος. *Polyb.* XV, 27, 2.

*'ΑΚΑΤΑ'ΛΥΤΟΣ, *indissolubilis, aeternus, perpetuus.* 4 Macc. X, 11. ἀκαταλύτους βασάνους.

'ΑΚΑΤΑΜΑ'ΧΗΤΟΣ, *inexpugnabilis, qui vinci et superari non potest.* - עַזָּה, *robusta, obfirmata. Symm.* Cant. VIII, 6. ubi οἱ ὁ δυσκαταγώνιστος. Sap. V, 20. λήψεται ἀσπίδα ἀκαταμάχητον ὁσιότητα, sumet tanquam clypeum invincibilem sanctitatem. *Hesychius:* ἀκαταμάχητον, ἀνίκητον, ἀήττητον. *Marc. Antonin.* VIII, 48. *Schol. Soph. Oed. Col.* 126.

*'ΑΚΑΤΑΠΑ'ΤΗΤΟΣ, *qui non conculcatur aut conculcari potest.* Vox haec in *Bielii* Thesauro aeque ac reliquis Lexicis graecis omissa legitur *Iob.* XX, 18. sec. cod. *Alex.* pro hebr. לֹא יַעֲלֹס, *non exultabit.* Omni autem dubio caret, ἀκατάποτος legendum esse, quod reliqui libri habent.

'ΑΚΑΤΑ'ΠΟΤΟΣ, *non potabilis, qui deglutiri nequit, qui non potest devorari.* לֹא יַעֲלֹס, *non exultabit.* Iob. XX, 18. ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος ἀκατάποτος: ubi non singula verba, sed sensum, prout ipsis videbatur, secuti sunt. Fortasse tamen respexerunt arab. عَلَسَ, *degustavit, bibit editque.*

'ΑΚΑΤΑΣΚΕΥ'ΑΣΤΟΣ, *incompositus, rudis, informis, non elaboratus.* בֹּהוּ, *res inanis, vacuitas, inanitas.* Gen. I, 2. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀκατασκεύαστος, terra autem erat rudis indigestaque moles. *Hesych.* ἀκατασκεύαστον, ἀφιλοκάλητον.

'ΑΚΑΤΑΣΤΑΣΙ'Α, *turbae, tumultus, seditio, confusio.* מִדְחֶה, *expulsio.* Prov. XXVI, 28. στόμα δὲ ἄστεγον ποιεῖ ἀκαταστασίας. Videtur auctor huius versionis ἀκαταστασίαν accepisse in notione sua propria, qua notat *instabilitatem in loco, seu crebram loci mutationem. Bielius* transtulit: *os patens* vel *quaevis effutiens parit tumultus.* Tob. IV, 13. ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ καὶ ἀκαταστασία πολλή, superbiae coniunctus est interitus et *perturbatio* (alii *confusio*) magna. Sir. XXVI, 27. sec. *Complut.* πολέμου ἀκαταστασίαις.

'ΑΚΑΤΑΣΤΑΤΕ'Ω, proprie *instabilis sum*, etiam *turbas excito, seditiose ago.* נָדַד, *vagor. Hebr.* et *Syr.* Gen. IV, 12. ἀκαταστατῶν. – שְׁבָבִים plur. *fragmenta. Symm.* Hos. VIII, 6. ἀκαταστατῶν. Si sana est haec lectio, necessario statuendum erit, *Symmachum* שֹׁבֵב legisse cum LXX et *Theod.* (qui habent πλανῶν) et *Ed. Vta*, in qua ῥεμβεύων reperitur. Suspicari tamen facile aliquis posset, ἀκαταστατων potius esse genitivum pluralis adiectivi ἀκατάστατος. Certe *Aquila*, teste *Hieronymo*, transtulit sec. ed. primam *errantibus* (πλανωμένοις) et sec. ed. 2dam *conversis*, ἀποστρεφομένοις. *Codex Barbarinus* quoque in margine *Symmacho* tribuit ἀκατάστατος. Caeterum rationem huius versionis reddidit *Hieronymus* his verbis: *Nos ab Hebraeo didicimus, proprie* (שְׁבָבִים) *nominari aranearum fila per aerem volantia.* unde in *Hexaplis* legitur: ἄλλ. παραπλησίως τῷ τῆς ἀράχνης ἱστῷ. Rectius dixisset, vocem שָׁבַב habere notionem *dissipandi fragmenta*, et *huc et illuc vagandi, errandi, seducendi*, coll. Ies. XLVII, 10. et Ier. L, 6. Legitur quoque, ut *Bretschneiderus* monuit, Tob. I, 15. αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκαταστάθησαν, i. e. mutavit (scil. in peius) agendi rationem, male egit. Hoc sensu et substantivum ibid. IV, 13. legitur. Sequutus esse videtur hanc lectionem *Syrus*, et exhibita est in *Bibl. Polygl. Lond.* Quidam vero codd. (v. *Drusius* ad h. l.) ἠκατέστησαν, et *Alex.* ex emendatione *Grabii* κατέστησαν.

'ΑΚΑΤΑ'ΣΤΑΤΟΣ, *instabilis, turbulento modo agitatus, valde perturbatus, vagus.* *נָד *profugus, vagus. Symm.* sec. *cod. Mosquensem* Gen. IV, 12. quanquam ibi eodem iure quoque ad נָע referri potest. Vide tamen supra s. v. ἀκαταστατέω. – סֹעֲרָה part. Kal foem. *procellis agitata.* Ies. LIV, 11. ταπεινὴ καὶ ἀκατάστατος.

*'ΑΚΑΤΑ'ΣΤΑΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *instabilis fio, vagor.* נוּעַ, *vagor. Symm.* Thren. IV, 14. ἀκατάστατοι ἐγένοντο.

'ΑΚΑΤΑ'ΣΧΕΤΟΣ, *qui coerceri et cohiberi nequit, indesinens, perpetuus, vehemens.* 3 Macc. VI, 17. ἀκατάσχετος οἰμωγὴ, indesinens s. vehemens eiulatus. Praeterea legitur Iob. XXXI, 11. apud LXX. Vide infra sub θυμὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος. *Iosephus B. I.* II, 11. p. 173. ed. *Hav.* φόβος ἐμπίπτει τοῖς Ἰουδαίοις ἀκατάσχετος.

'ΑΚΑΤΕ'ΡΓΑΣΤΟΣ, *imperfectus, inelaboratus, nondum confectus, nondum formatus.* Τὸ ἀκατέργαστον, *imperfectum opus.* גֹּלֶם, *rudis massa. Aqu.* et LXX Ps. CXXXVIII, 15. τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, quod in me nondum formatum erat, seu *me nondum formatum*, videtur oculi tui, ubi *Symm.* habet ἀμόρφωτον. *Simonis* in *Lex.* et alii vocem hebraicam explicarunt per *involucrum* s. *tegumentum* s. *membranam*, cui tanquam amiculo embryo est involutus, a גָּלַם *involvit* s. *convolvit.* 2 Reg. II, 8. Vide ad h. l. *Dathium*

ac *Rosenmüllerum*. *Phav.*: Ἀκατέργαστος, ἀμόρφωτος, (lege Ἀκατέργαστον, ἀμόρφωτον,) ἀδιατύπωτον. Cf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. I. c. 2. p. 7.

"*ΑΚΑΥΣΤΟΣ*, *non accensus*. לֹא נֻפָּח part. Pih. a נָפַח *flo, sufflo*. Iob. XX, 26. πῦρ ἄκαυστον, *ignis non accensus*, h. e. qui non opus habet exsufflatione, sed perpetuo ardet, ignis inextinguibilis, πῦρ ἄσβεστον. *Aqu.* et *Thedot.* habent: μὴ φυσηθέν.

*Ἀ*ΚΕ'ΡΑΙΟΣ*. A κεραΐζειν, *laedere*, *nocere*, deductum proprie *eum* notat, *qui neminem laedit*, *nemini nocet*, *innocentem*. Occurrit in *Additam.* Esther. cap. XVI. v. 14. τῶν ἐπικρατούντων ἀκέραιον εὐγνωμοσύνην, qui praediti sunt animo simplici et benevolo. *Hesych.* ἀκέραιον, ἀνεπίπληκτον (legendum sine dubio ἀνεπίληπτον), καθαρὸν, ἄκακον. – ἀκέραια, σῶα, ἀβλαβῆ. Confer praeter *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 154. *Eustathium* ad *Hom.* Il. β', 855. qui ἀκέραιος explicat verbis: ὁ ἁπλοῦς καὶ μὴ τινὰ κεραΐζων.

ἈΚΗΔΙ'Α, *acedia* aut *accedia*. Varias habet notiones. Significat nempe *torporem*, *pigritiam*, *taedium*, *incuriam*, a κῆδος *cura*, *labor*, et α priv. unde ἀκηδὴς est *expers laboris*, *piger*, *incurius*, *negligens*, *torpidus*, qui et latinis *acedus* dicitur. Interdum tamen ἀκηδία quoque *anxietatem*, *moerorem*, *tristitiam* notat, ut sit positum pro ἀηδία. Nam ex moerore, anxietate animi, ac displicentia sui pigritia interdum oriri solet. V. *Sturzium* de *dialecto Alex.* pag. 32. כֵּהָה, *contractio*. Ies. LX, 13. καταστολὴν δόξης ἀντὶ πνεύματος ἀκηδίας, amictum gloriae pro spiritu moeroris. Scilicet כָּהָה haud raro de animo dicitur, et tunc notat *pusillanimis fuit*, *animo defecit*. – תּוּגָה, *moeror*, *moestitia*. Ps. CXVIII, 28. ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, dormitavit anima mea prae moerore. *Bar.* III, 1. πνεῦμα ἀκηδιῶν, spiritus anxietatum, h. e. animus valde anxius. Sir. XXIX, 6. λόγοι ἀκηδίας, sermones tristitiae, h. e. tristes querelae de rebus minus prospere ac feliciter gestis. Confer ad h. l. *Kuhnium Quaest. philol. Pent.* IV. *Quaest.* 3. p. 5. seq. Alii λόγοι ἀκηδίας videntur esse λόγοι ὕβρεως, ut huc respexerit *Hesychii* glossa: ἀκηδία, αἰσχύνη, ὕβρις. *Suidas*: Ἀκηδία, ῥαθυμία, ἀχθηδὼν, λύπη. *Hesychius*: Ἀλυχὴ, ἀδημονία, ἀκηδία, quod in ἀηδία non mutem.

ἈΚΗΔΙΑ'ΖΩ, *anxius sum*, *moereo*, *tristitia afficior*. *אֶתְכְּרִיַּת Chald. praet. foem. Ithpehel, *dolore*, *tristitia affecta est*. Dan. VII, 15. sec. *Chis.* ἀκηδιάσας ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τούτοις, ego Daniel territus aut perturbatus sum in his. – עָטַף, *tegor*, *obruor*. Ps. LX, 2. ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου, cum triste esset cor meum. Ps. CXLII, 4. ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. Scilicet vox עָטַף, ut omnia verba *tegendi* apud Orientales, notat *animi deliquium pati*, *animo tristi*

ac demisso esse. Sirac. XXII, 14. οὐ μὴ ἀκηδιάσῃς ἐν τῇ ἀπονοίᾳ αὐτοῦ, ne in anxietatem venias propter amentiam eius.

'ΑΚΗΛΙΔΩΤΟΣ, *immaculatus, maculae expers, purus, incorruptus.* *שְׁנוּנִין part. Pah. a שָׁנַן *acuere.* Prov. XXV, 18. τόξευμα ἀκηλίδωτον sec. cod. *Alex.* et ed. *Ald.* Sed lectio haec vitiosa visa est *Bielio*, iudicanti reponendum esse ἀκιδωτὸν, ut legitur in *Vat.* Sed recepta quoque lectio defendi potest, nam sagitta acuta est etiam polita, atque squalor et ferrugo ferrum quoque hebetare solet. Sap. IV, 9. βίος ἀκηλίδωτος, vita pura et immaculata. *Philo* de *praem. sacerd.* pag. 571. ubi ἐγκράτεια dicitur καθαρὰ καὶ ἀκηλίδωτος ἀρετή. Sap. VII, 26. ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον, *speculum purum*, cui nulla macula adhaeret, aut secundum *Grotium*: *speculum non mentiens*, qualia sunt plana, non media depressa, non elata, non aversa, non obliqua. Vide *Plin.* XXXIII, 9. Κηλὶς est *quodvis vitium. Gloss. MSS.* τῆς παναρέτου· 'Ακηλίδωτος, ἀμόλυντος. *Hesych.* 'Ακηλίδωτον, ἄσπιλον, καθαρόν.

'ΑΚΙΔΩΤΟΣ, *cuspide, acie instructus, cuspidatus, spiculatus,* שְׁנוּנִין part. Pah. a שָׁנַן *acuo.* Prov. XXV, 18. sec. *Vat.* τόξευμα ἀκιδωτὸν, *sagitta cuspidata, acuta.* V. supra s. v. ἀκηλίδωτος. Sic et *Polluci* L. X. sect. 155. *hami, cuspide acuta instructi*, vocantur ἄγκιστρα ἀκιδωτά. *Suidae* ἀκιδωτὸν est τὸ ἔχον ἀκίδας, ac *Hesychio* 'Ακιδωτὸν βέλους (scil. μέρος) exponitur γλωχὶς σιδήρου, cuspis ferrea. Sic enim legendum suspicatus est *Bielius* pro 'Ακιδωτὸν, βέλος χωρὶς σιδήρου.

'ΑΚΙΝΑΚΗΣ, *acinaces, gladius Persicus, qui a femore suspendebatur.* Iudith XIII, 8. καθεῖλε τὸν ἀκινάκην αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ; et ib. XVI, 7. διῆλθεν ὁ ἀκινάκης τὸν τράχηλον αὐτοῦ. Confer *Relandi Diss. Miscell.* Part. II. pag. 111. et *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 140.

*'ΑΚΙΝΔΥΝΕΥΩ, *sine periculo sum, liber a periculo sum, tutus sum.* Vox haec, in omnibus quidem Lexicis omissa, reddenda esse mihi videtur *Theodotioni* Iob. XXXIV, 9. pro hebr. סָכַן *proficere, utilitatem percipere*, ubi verba οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ ἐν τῷ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν μετὰ θεοῦ, non periclitabitur vir, quando Deo probabitur, uti nunc in *Hexaplis* leguntur, sensum prorsus contrarium exhibent ei, quem postulat textus hebraicus, ubi legitur: non prodest homini, quum Deum amore complectitur. Sine dubio *Theodotion* scripsit: οὐκ ἀκινδυνεύσει ἀνὴρ, non ab omni periculo ac malo liber erit, aut illud οὐ ante κινδυνεύσει tollendum est sensu prorsus eodem. Fortasse tamen et hac coniectura supersedere possemus, si verba *Theodotionis* interrogative acciperentur. Adiectivum ἀκίνδυνος saepius legitur apud *Hippocratem.* Vide *Dieterichii Iatreum Hippocrat.* p. 151.

'*ΑΚΙ'ΝΗΤΟΣ*, *immobilis*, *immotus*. לֹא סוּר, *non recedo*. Ex. XXV, 15. *ἀναφορεῖς ἀκίνητοι*. Praeterea legitur haec vox apud LXX Iob. XXXIX, 26. *ἀκίνητος καθορῶν τὰ πρὸς τὸν Νότον*. *Bocharto* in *Hierozoico* P. II. Lib. II. cap. 19. T. III. pag. 10. ed. rec. LXX de suo addidisse videntur *ἀκίνητος καθορῶν*, ut sensus esset clarior. Mihi autem vox *ἀκίνητος* ad לְתֵימָן (*ad austrum*) referenda esse videtur, quasi a יָמַן sive אָמַן vox derivanda esset. Est autem אָמַן proprie *firmus*, *stabilis*, *inconcussus fuit*. *Origenes* hoc non animadvertens, ac deesse huius vocabuli interpretationem ratus, ex *Theodotione* illud *καθορῶν τὰ πρὸς τὸν Νότον* adiecit. 3 Macc. VI, 19. *ἀκινήτοις πέδαις*, firmissimis, nunquam relaxandis vinculis.

'*ΑΚΙ'Σ*, *cuspis*, *mucro*, *acies*: item *telum cuspidatum*. Legitur haec vox apud LXX Iob. XVI, 9. *ἀκίσιν ὀφθαλμῶν ἐνήλατο*. *Trommius* in *Concordantiis* *ἀκίσιν* retulit ad hebr. צַר *hostis*, *adversarius*, ut legerint LXX צָרֵי pluralem ex צִיר: *Bielius* autem (cui equidem lubens accedo) ad verba: יִלְטוֹשׁ עֵינָיו לִי, *acuet oculos suos mihi*. Conf. infra s. v. *ἐνάλλομαι*.

'*ΑΚΛΕΗ'Σ*, *inglorius*, *probrosus*. 3 Macc. IV, 12. *τὴν ἀκλεᾶ ταλαιπωρίαν*, *probrosam* miseriam. *Herodot.* lib. I. init.

'*ΑΚΛΕΩ͂Σ*, *inglorie*. 3 Macc. VI, 34. hostes Iudaeorum dicuntur *ἀκλεῶς ἐσβεσμένοι*, inglorie extincti. *Hesych.* *ἀκλεῶς*, *ἀδόξως*.

'*ΑΚΛΗΡΕ'Ω*, *exsors sum*, *sorte privatus sum*, *infelix sum*. 2 Macc. XIV, 8. *ἡμῶν γένος οὐ μικρῶς ἀκληρεῖ*, gens nostra non parum, i. e. valde, infelix est. Sic *Diodoro Siculo* lib. III. p. 150. *μυριάδες ἀκληρούντων ἀνθρώπων* sunt myriades hominum profligatae vel miserrimae sortis. *Phav.* *ἀκληρούντων*, *δυστυχούντων*. Idem: *ἀκληρεῖ*, *οὐ μετέχει*, *οὐ κεκλήρωται*, *ἢ χωρὶς κλήρου*.

"*ΑΚΛΗΤΟΣ*, *invocatus* (*Cornel. Nep.* V, 4, 3.), *non invitatus*. אֲשֶׁר לֹא יִקָּרֵא, *qui non vocabitur*. Esther. IV, 10. *ὃς εἰσελεύσεται πρὸς τὸν βασιλέα ἄκλητος*.

*'*ΑΚΛΗ'ΤΩΣ*, *sine vocatione*, *invitatione*, i. q. *ἀκλητί*. Adverbium hoc in Lexicis vulg. omissum legitur Esther. IV, 11. in vetere altera et in edit. *Origenica* pro אֲשֶׁר לֹא יִקָּרֵא, *qui non vocabitur*; ac paulo post: *πῶς εἰσελεύσομαι νῦν ἀκλεῖτως* pro *ἀκλήτως*, ubi in textu est וַאֲנִי לֹא נִקְרֵאתִי *et ego non sum vocata*.

'*ΑΚΛΙΝΗ'Σ*, *indeclinabilis*, *stabilis*. בַּל יִמּוֹט, *non dimovebitur*. *Symm.* Iob. XLI, 14. Ita *Bielius*. Mihi autem magis verosimile est, *ἀκλινὴς* apud *Symmachum* ad דְּבֵקוּ referendum esse, quod notat *invicem cohaerent*, aut totam formulam spectandam esse, quia h. l. paulo liberius transtulit.

"ΑΚΜΑ, indigentia. 2 Macc. I, 7. ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἄκμῃ (sic enim legendum visum est *Bielio* pro impresso ἀκμῇ) τῇ ἐπελθούσῃ ἡμῖν, in afflictione et indigentia nobis supervenieute. Iungitur ibi voci θλίψις. *Hesych.* "Ακμα, νηστεία, ἔνδεια. Vide infra s. v. ἀκμή.

'ΑΚΜΑ'ΖΩ, *floreo aetate, aetate sum firma, polleo, vigeo, floreo re quacunque.* גָּדַל, *magnus sum, cresco. Hebr. Int.* Ez. XVI, 7. ἤκμασας, *adulta facta es.* – *בָּחַל, *fastidivit, nauseavit. Symm. Zach.* XI, 8. Scil. בְּחַל in l. chald. s. talmud. notat *maturescere coepit*, unde בֹּיחַל *res quaevis nondum matura. Aquila* ibidem pro eadem voce περκάζειν usus est.

'ΑΚΜΑΙ'ΟΣ, *florens aetate, iuvenis, adultus, viribus valens, vegetus.* 3 Macc. IV, 8. μετὰ ἀκμαίας καὶ νεανικῆς ἡλικίας.

*'ΑΚΜΑΙ'ΩΣ, *in flore, cum vigore.* 3 Macc. VI, 34. sec. cod. *Alex.* ἀκμαίως ἐσβεσμένοι, ubi reliqui libri ἀκλεῶς habent, quod vide supra.

'ΑΚΜΗ', *cuspis, acies, maturitas, s. flos aetatis, iuventus, vigor, rei alicuius summum incrementum, summus gradus.* עֶדְנָה, *oblectatio, voluptas. Symm.* Gen. XVIII, 12. μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με, ἐγένετό μοι ἀκμή, postquam vetustate consenui, redeat mihi vigor aetatis. Sensum bene expressit, nec male *Bielius* ad h. l. attulit locum *Aeliani V. H.* lib. III. c. 18. sub fin. τὸ μὲν γὰρ γῆρας ἀποῤῥίψας, ἐπὶ τὴν ἀκμὴν ὑποστρέφει. – עַל מוּת, *super morte. Theod.* et *Ed. VIta* Ps. IX, 1. ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ, de *florida aetate filii.* Legerunt contracte tanquam unam vocem עלמות, ac si esset idem quod עֲלוּמִים *adolescentia.* Sir. XXIV, 19. τέκνον, ἀκμὴν τῆς ἡλικίας σου συντήρησον ὑγιῆ, ubi in altero membro ἰσχὺς dicitur. *Iosepho A. Iud.* VII, 4. p. 372. οἱ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας dicuntur illi, *qui ad arma ferenda sunt validi.* 2 Macc. I, 7. ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τῇ ἐπελθούσῃ ἡμῖν. Locus hic varie explicatur. *Baduello* ἀκμὴ est acris et vehemens malorum aut hostium incursio, sive incrementum, quo mala suum habent vigorem et vim. *Bretschneidero* autem *dolor acerbus, qui excitari solet cuspide pungente, calamitas atrox. Bielius* loco ἀκμῇ reponere malebat ἄκμῃ, ut supra dictum est. Equidem assentior *Grotio*, qui ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ recte iudicat esse pro ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς θλίψεως, in summis calamitatibus. 'Ακμὴ enim aliis substantivis additum haud raro *summum gradum* indicat. *Aelian. V. H.* l. II. c. 10. ἡ ἀκμὴ τῆς εὐτυχίας, *supremus felicitatis gradus. Ioseph. A. I.* lib. XIX. cap. 1. p. 927. ed. *Haverc.* ἀκμὴ κακοῦ. *Ammian. Marcell.* 26, 9. p. 364. χειμὼν ἐν ἀκμῇ ἦν. *Ioseph. de Bell. Iud.* lib. I. c. 14. p. 88. ed. *Hav.* De *morbo* ἀκμὴν quoque usurpari docuit *Stephanus* in *Thes.* s. h. v. Confer quoque *D'Orville* ad

Charit. Aphrod. p. 383. 2 Macc. IV, 13. ἀκμή τις ἑλληνισμοῦ, intensum studium se conformandi moribus et institutis paganorum: ubi ἀκμή necessario notat *studium alicuius rei*, et quidem *acre ac intensum*, nam in sequentibus explicatur per πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ. *Hesych.* ἀκμαῖς, ὀξύτησιν: ὀξύτης autem notat *studium acre*. 2 Macc. XII, 22. ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι, gladiorum mucronibus transfigi. *Hesych.* ad h. l. ἀκμαῖς, ὀξύτησιν. *Lex. Vet.* 'Ακμή, *maturitas*, *vigor*. *Suidas:* ἀκμή, νεότης. Vide quoque *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 27.

"ΑΚΜΩΝ, *incus*. פֶּלַח *fragmentum*, *segmentum*. Iob. XLI, 16. ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος. Alia hic metaphora pro more suo usi sunt, sensu tamen non mutato; nam incus et lapis molaris inferior (hunc enim notat h. l. פֶּלַח, ut docuit *Schultensius* in *Commentario* ad h. l.) duritie parum differunt. Sir. XXXVIII, 33. χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος.

'ΑΚΟΗ', *auditus*, *auditio*, *auscultatio*, *nuntium*, *fama*, *rumor*, item *auris*. — אֹזֶן, *auris*. *Symm.* 1 Sam. XX, 2. *Suid.* ἀκοή, τὸ μέρος τοῦ σώματος. — *מִשְׁמָע, *auditum*, seu *id de quo auditur*. *Symm.* Ies. XI, 3. — מַשְׁמִיעַ part. Hiph. a שָׁמַע, *audire faciens*. Ies. LII, 7. πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀκοὴν εἰρήνης. Legerunt sine dubio מִשְׁמָע, quanquam ἀκοή quoque de *nuntium afferentibus* explicari potest. — מִשְׁמַעַת, *auditio*, etiam *interior ad audiendum admissio*. 2 Sam. XXIII, 23. ἔταξεν αὐτὸν δαβὶδ πρὸς τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ, constituit eum David, ut sibi esset a secretis. *Vulg. auricularius*. — עָנָה Pih. *affligo*. Nah. I, 12. ἡ ἀκοή σου οὐκ ἐνακουσθήσεται ἔτι: ubi עֲנָתֵךְ pro *cantilena tua* acceperunt, nam עָנָה aliquando hoc significat: *cantilena tua non cantabitur amplius*. — *שָׁמַע, *audio*. Deut. XXVIII, 15. ubi huic voci apud *Inc.* ἀκοῇ ἀκούειν respondet. — שָׁמוֹעַ, שָׁמוֹעַ, infin. *audiendo*. Ex. XV, 26. XIX, 5. Deut. XI, 13. et XV, 5. in quibus locis formula ἀκοῇ ἀκούειν occurrit. 1 Sam. XV, 22. ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν, *obedientia* sacrificio longe est praestantior. 2 Sam. XXII, 45. εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μοι, ad nutum mihi obtemperat. Iob. XXXVII, 2. — שְׁמוּעָה et שְׁמֻעָה, *rumor*, *fama*, *sermo*, *nuntium*. 1 Sam. II, 26. οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοή, ἣν ἐγὼ ἀκούω, non bonus est *rumor*, quem ego de vobis audio. *Suidas* h. l. laudans: ἀκοή, ἡ φήμη. 2 Sam. XIII, 30. ἡ ἀκοὴ ἦλθεν πρὸς Δαβὶδ, ubi in *Compl.* legitur ἀγγελία. Conf. quoque 1 Reg. II, 28. 1 Reg. X, 7. ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀκοήν, quam ego audieram, coll. 2 Paral. IX, 6. Ps. CXI, 6. ἀκοὴ πονηρά, *fama* sinistra, coll. Ier. XLIX, 22. Ies. LIII, 1. τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, quis fidem habet *praedicationi* vel *concioni* nostrae. Ier. XLIX, 13. ἀκοὴν ἤκουσα παρὰ Κυρίου, audivi a Domino, coll. Abd. v. 1. Dan. XI, 44. sec. *Chis.* — שֵׁמַע et שֵׁמַע idem. Ex.

XXIII, 1. Ps. XVII, 48. *εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου*, ad *nutum* mihi obtemperabat, coll. 2 Sam. XXII, 45. Ier. XXXVII, 4. Hos. VII, 12. *ἐν τῇ ἀκοῇ θλίψεως*, calamitate, quam saepius ipsis sum comminatus. Hab. III, 1. *εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν σου*, audivi *quod dixisti* aut *comminatus es*. – *שֹׁמֵעַ. Ier. VI, 24. – שָׁמוֹר infin. *observando*. Deut. XI, 22. *ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσητε πάσας τὰς ἐντολὰς*, si *obtemperaveritis* omnibus praeceptis. Sap. I, 9. *λόγων αὐτοῦ ἀκοὴ πρὸς κύριον ἥξει*. Sir. XXVII, 15. *ἀκοὴ μοχθηρά*, i. q. v. 14. *ἐμφραγμὸς ὠτίων*, est audientibus molestissima. Ib. XLII, 1. et XLIII, 29. 2 Macc. XV, 40. *τέρπει τὰς ἀκοάς*, oblectat *aures*.

'ΑΚΟΙ'ΜΗΤΟΣ, *insomnis, non dormiens, pervigil*, et ex adiuncto *efficax*, nam, ut recte monuit *Bretschneiderus* l. l., inest huic vocabulo metaphorice sumto notio *efficaciae nunquam intermittentis*, quum, qui nunquam sopitur, sed semper est vigil, *efficax* cogitetur. Sap. VII, 11. *ἀκοίμητον τὸ ἐξ αὐτῆς* (scil. *σοφίας*) *φέγγος*, sapientia semper fundit lumen suum, semper efficax est. Vsus autem est hac voce, quia sapientiam comparat h. l. cum sole, qui vespere occidit, et, ut vulgus loquitur, it cubitum et dormitum. *Bielius*, quem sequuti sunt *Kleukerus* et *Hasse*, *ἀκοίμητος* transtulit per *inexstinguibilis*, sensu parum diverso. *Suidas: ἀκατεύναστος, ἀκοίμητος*. *Aeschyl. Prom. Vinct.* v. 138. ubi v. *Schol.*

'ΑΚΟΙΝΩ'ΝΗΤΟΣ, *incommunicabilis, non communicandus*. Sap. XIV, 21. *τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα*, nomen, sc. Dei, non communicandum, seu non tribuendum idolis. Vetitum enim hoc erat Deut. VI, 4. Adde *Ioseph.* A. I. III, 10, 2. *Hav.*

*'ΑΚΟΛΑΣΙ'Α, *intemperantia, nimia licentia, incontinentia in quocunque rerum genere*. Omisit hoc substantivum *Bielius* in *Thesauro* suo, quanquam reperitur in *Complut.* Sir. XXIII, 17. (in aliis 13.) *ἀκολασία ὅρκου μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου*, intemperantiae iuramenti ne assuefacias os tuum. 4 Macc. XIII, 7. *τὴν τῶν παθῶν ἀκολασίαν*. *Hesychius: ἀκολασία, ἀκρασία*. Apud *Iosephum A. I.* lib. XX. c. 7. §. 3. (Tom. I. p. 970. ed. *Haverc.*) de *libidinis intemperantia* usurpatur.

'ΑΚΟ'ΛΑΣΤΟΣ, *luxuriosus, intemperans, protervus, lascivus, libidinosus*. לֵץ, *derisor, illusor*. Prov. XIX, 29. *ἑτοιμάζονται ἀκολάστοις μάστιγες*, parantur protervis plagae: ubi *ἀκόλαστος* eum notat, qui se legibus nullis nec divinis nec humanis corrigi ac coerceri patitur. Ib. XX, 1. *ἀκόλαστον οἶνος*, vinum est res, ex qua lascivia facile oritur, aut: vinum facile dissolutum reddit. Idem quoque voluit *Vulgatus* vertens: *luxuriosa res est vinum*. Ibid. XXI, 11. *ζημιουμένου ἀκολάστου*. *Aeliano V. H.* IX. c. 29. *νεανίσκοι ἀκόλαστοι* sunt *adolescentes lascivi, petulantes*. *Hesychius: ἀκόλαστον, θρασὺ,*

κακὸν, ἀσελγὲς, ὑβριστικόν. Suidae etiam *ἀκόλαστον* est *ὑβριστικὸν πρᾶγμα*, ubi forte respexit ad Prov. XX, 1. ubi *ἀκόλαστον* et *ὑβριστικὸν* iunguntur.

'ΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, *sequor, obsequor, obtempero.* אָחוֹר, *retro, retrorsum, a tergo. Symm.* Iob. XXIII. 8. *ἀκολουθῶ.* – *אַחֵר, *alienum. Inc.* Ps. XV, 4. אַחֵר מָהָרוּ, h. e. vel alium Deum festinanter sequuntur, vel ex *Dathii* versione: *retrorsum* festinant. *Inc. ἀκολοθοῦσαι ταχέως.* Legit sine dubio אַחַר. – *אַחֲרַי בּוֹא s. הוּבָא, *adducor post. Inc.* Ps. XLIV, 15. – *אַחֲרֵי, *post. Symm.* 1 Sam. VIII, 3. Idem ib. XV, 11. et Ps. XLVIII, 18. – אַחֲרֶיךָ, *post te. Symm.* Iud. V, 14. *ἀκολουθήσω σοι, sequar te.* – דָּבַק *agglutinor, adhaereo.* Ruth I, 14. – *הָלַךְ אָחוֹר, *eo post. Symm.* Iob. XXIII, 8. – הוֹבִיל Hiph. a יָבַל, *aufero, abduco. Inc.* Ps. XLIV, 16. – הָלַךְ לְרֶגֶל, proprie *ad pedem eo*, i. e. *vestigia sequor.* 1 Sam. XXV, 42. – *חָרַד *trepido, territus sum. Symm.* 1 Sam. XIII, 7. *ἠκολούθησε, trepide secutus est.* Non male, immo optime. Scilicet postulat hanc interpretationem series orationis, ac admittit usus loquendi: nam חָרַד etiam *festinare* notat, ut docuit *Simonis* in *Lex. Hebr.* p. 609 sequ. unde apparet, quid statuendum sit de coniectura *Semleri*, qui in *Apparatu ad V. T.* p. 503. *ἐξεθαμβήθη* reponere voluit. – יָלַךְ *eo. Symm.* 2 Sam. III, 16. ubi sequitur אֶת. Confer sequentia. LXX Num. XXII, 20. *ἀκολουθήσω αὐτοῖς.* 1 Reg. XIX, 20. *ἀκολουθήσω ὀπίσω σου*, sequar te. Eadem formula loquendi legitur quoque Ies. XLV, 14. – *מֵאַחַר *de post. Symm.* Ps. LXXVII, 71. – *נִפְרַד, *separor* aut *separo me. Symm.* Hos. IV, 14. Scil. הִפָּרֵד notat h. l. *separare se ab aliquo, eo consilio, ut alium sequaris.* – *עָקֵב, *calcaneus, planta. Symm.* Ps. XL, 10. *ἀκολουθῶν.* Scilicet malo sensu h. l. *ἀκολουθεῖν* adhibetur, ut sit *a tergo aliquem sequi et quidem malo animo, insidias struendi causa.* – פָּנָה, *aspicio*, it. *converto.* Lev. XIX, 4. ubi in codd. cum *ἐπακολουθέω* permutatur. Ez. XXIX, 16. — *Prol. Sir. ἄλλων τῶν κατ' αὐτοὺς (προφήτας) ἠκολουθηκότων*, aliorum prophetarum, *qui serius his scriberent.* ubi *ἀκολουθέω* est *subsequor, excipio.* Iudith XII, 2. *τὰ ἠκολουθηκότα μοι*, scil. *ὀψοποιήματα*, cibi, quos secum *attulerat* ad castra, coll. X, 5 sequ. 2 Macc. VIII, 36. *διὰ τὸ ἀκολουθεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένοις νόμοις*, *obtemperare* legibus ab ipso promulgatis.

*'ΑΚΟΛΟΥΘΙ'Α, *series, nexus, consequentia.* 4 Macc. I, 21. *παθῶν ἀκολουθίαι*, perturbationum vicissitudines.

'ΑΚΟ'ΛΟΥΘΟΣ, *sequens, subsequens.* – אַחַר, *post*, *Symm.* Ps. LXVII, 27. *ἀκόλουθα.* 3 Esdr. VIII, 16. *τὰ τούτοις ἀκόλουθα*, quae haec sequuntur. 2 Macc. IV, 17. *ταῦτα ὁ ἀκόλουθος καιρὸς δηλώσει*, haec tempus futurum docebit aut clarum reddet.

'ΑΚΟΛΟΥ'ΘΩΣ, consequenter, convenienter. 3 Esdr. V, 49. s. 73. hebr. כ Esdr. III, 2. προσενέγκαι ὁλοκαυτώσεις ἀκολούθως. 3 Esdr. V, 71. hebr. כַּאֲשֶׁר Esdr. IV, 3. 3 Esdr. VII, 9. chald. כִּכְתָב, *iuxta scripturam*, Esdr. VI, 18. Ibid. VIII, 14.

'ΑΚΟΝΑ'Ω (perperam in *Bielio* ac *Trommio* legitur *'ΑΚΟΝΕ'Ω*), *acuo, exacuo.* חַדָּה verbale foem. *acutum.* Prov. V, 4. ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. – *לָטַשׁ, *polio, acuo. Symm.* Ps. IX, 13. τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἀκονήσει, ensem s. ferrum acuet. - מְלֻטָּשׁ part. Pyh. a לָטַשׁ. Ps. LI, 2. ξυρὸν ἠκονημένον, novacula acuta. - *שָׁנַן, *acuo. οἱ λοιποὶ* Prov. XXV, 18. LXX Ps. LXIII, 3. et CXXXIX, 3. ἠκόνησαν γλώσσας, linguam acuerunt, h. e. callide ac insidiose locuti sunt. - שָׁנוּן, *acutus.* Ps. XLIV, 7. τὰ βέλη ἠκονημένα, quae verba quoque reperiuntur Ps. CXIX, 4.

*"ΑΚΟΝΙΣ. Vox haec, in *Bielii Thesauro* ac omnibus, quae consului, Lexicis Graecis omissa, reperitur Ps. CXXVI, 4. in *Ed. VIta*, ubi ἀκόνεως νοῦ, *acuminis mentis*, legitur, sed ita, ut, quo pertineat, non satis certo dici possit. *Drusius* legit ἀκονηθέντος νοῦ. Suspicari aliquis posset, haec verba ad הַנְּעוּרִים, *iuventutis*, referenda esse, ut *filii iuventutis* sint *filii acutae mentis*, ac respexerit auctor huius versionis ad notionem *excutiendi* (tributam huic voci a LXX, qui habent h. l. ἐκτετιναγμένοι), quam tamen sensu metaphorico acceperit: non male et rei pariter ac usus loquendi ratione habita. Mihi tamen in mentem venit, annon loco ἀκόνεως νοῦ reponendum sit ἀκοντιστοῦ, *iaculatoris*, ut ad antecedens גִּבּוֹר referatur. Vox enim גִּבּוֹר in universum *eum* notat, *qui in aliqua re aliquid valet, peritum, exercitatum*, adeoque h. l., ubi de sagittis sermo est, *artis iaculandi* s. *sagittandi peritum.* Sed dent alii meliora.

'ΑΚΟΝΤΙ'ΖΩ, iaculor, peto iaculo, idque sive assequaris s. aliter. Herodot. I, 43. זָרַק, *spargo. Inc.* Lev. I, 5. Scilicet aspersio cum iaculatione aliquam similitudinem habet. - יָרָה et הוֹרָה, *iacio, iaculor.* Kal et Hiph. 1 Sam. XX, 19. τρισσεύσω ταῖς σχίζαις ἀκοντίζων, tres iaculabor sagittas, coll. ib. v. 35 et 36. - רָמָה, *iacio, iaculor. Symm.* Ps. LXIII, 8. ubi non assentiri possum viris doctis, qui statuunt, *Symmachum* putasse, יֹרֵם esse futurum verbi יָרָה in Hiph., quod *iaculari* significat. *Hesych.* ἀκοντίζει, ἄνω ῥίπτει, quae glossa multum valet ad illustrationem loci Lev. I, 5. supra allati.

'ΑΚΟ'ΝΤΙΟΝ, iaculum. חִצִּים, *sagittae. Symm.* 1 Sam. XX, 36. *Hesych.* 'Ακόντιον, δοράτιον, μικρὰ λόγχη.

'ΑΚΟΝΤΙΣΤΗ'Σ, iaculator. מוֹרֶה idem, part. Hiph. a יָרָה, *iaculor, iacio.* 1 Sam. XXXI, 3.

'ΑΚΟΠΙΑ'ΣΤΩΣ, sine labore ac molestia. Legitur haec vox a *Bielio* omissa Sap. XVI, 20. sec. *cod. Alex.* ἄρτον

ἀπ' οὐρανοῦ παρέσχες αὐτοῖς ἀκοπιάστως, ubi *ἀκοπιάστως* ad Israelitas pertinet, qui sine labore ac molestia manna in deserto colligebant. Reperitur praeterea hoc adverbium apud *Schol. Soph.* ad *Aiac.* v. 852.

'ΑΚΟΠΙΑ'ΤΩΣ, sine labore et molestia, i. q. *ἀκοπιαστως* et *ἀκοπητί*. Sap. XVI, 20. sec. *Vatic.* *ἕτοιμον ἄρτον αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ ἔπεμψας ἀκοπιάτως*. Vide artic. anteced.

'ΑΚΟΣΜΟΣ, inornatus, indecorus, inhonestus. Prov. XXV, 27. *οὕτως ἄκοσμον δίκαιον πεπτωκέναι*: ubi *ἄκοσμον* LXX de suo addiderunt perspicuitatis caussa.

'ΑΚΟ'ΣΜΩΣ, i. q. *ἀκοσμήτως*, *confuse*, *inornate*, it. *ignominiose.* 2 Macc. IX, 1. *ἐτύγχανεν ἀναλελυκὼς ἀκόσμως*, reversus erat inhoneste: quibus verbis *foedam fugam* significat, *indignam ordine militari*, ut recte monuit ad h. l. *Baduellus*. Respondet nostro: *in Unordnung*. Reperitur praeterea hoc adverbium apud *Schol. Aristoph. Ran.* v. 38. et *Aeschyl. Pers.* v. 374. *Schol.*

'ΑΚΟΥΣΙΑ'ΖΟΜΑΙ, involuntarie ago, per imprudentiam pecco. שָׁגַג, *erro.* Num. XV, 26. *τῆς ψυχῆς τῆς ἀκουσιασθείσης καὶ ἁμαρτούσης ἀκουσίως*, animae, quae nesciens peccavit.

'ΑΚΟΥ'ΣΙΟΝ, involuntarium, peccatum per imprudentiam et errorem commissum. שְׁגָגָה *error*, etiam *peccatum per errorem ac imprudentiam commissum. Aqu.* ac *Theod.* Cohel. X, 5. ubi LXX *ἄγνοιαν* posuerunt. LXX Num. XV, 25. *ὅτι ἀκούσιόν ἐστι*, quoniam per errorem commissum est; ac paulo post *ἤνεγκαν δῶρον περὶ τῶν ἀκουσίων αὐτῶν*. — בִּשְׁגָגָה, *per errorem.* Num. XV, 24. Confer *Bonfrerium* ad Levit. IV. p. 591.

'ΑΚΟΥΣΙ'ΩΣ, involuntarie, non sponte, imprudenter, per errorem. — בִּבְלִי דַעַת, *sine scientia*, h. e. *imprudenter, per errorem.* Deut. XIX, 4. ubi *ἀκουσίως* cum *οὐκ εἰδὼς* in codd. permutatur. *ὃς ἂν πατάξῃ τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀκουσίως*, qui alium per imprudentiam occiderit. — בִּשְׁגָגָה, *in errore.* Levit. IV, 21. 22. 27. V, 15. Ios. XX, 3. 9. — לִשְׁגָגָה idem. Num. XV, 22. — Praeterea legitur Lev. IV, 13. *ἐὰν δὲ πᾶσα συναγωγὴ ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ ἀκουσίως*: ubi *ἀκουσίως* de suo addiderunt LXX. Deest quidem in ed. *Ald.* neque agnoscit *Origines*; additum autem videtur ab iis propterea, quia *ἀγνοεῖν* de *omnis generis peccatis* adhibetur. Adde *Eurip. Troad.* v. 1011. *Plato de Rep.* lib. III. p. 412. ult.

'ΑΚΟΥΣΙ'ΩΣ 'ΑΜΑΡΤΑ'ΝΩ, invite aut ex ignorantia pecco. כִּסָּה פֶּשַׁע, *tego transgressionem.* Iob. XXXI, 33. Sic *Bielius Trommium* secutus. Verba graeca sunt: *εἰ δὲ καὶ ἁμαρτὼν ἀκουσίως, ἔκρυψα*, ubi ex collatione luculenter apparet illud *ἔκρυψα* ad כִּסִּיתִי pertinere, et *ἁμαρτὼν ἀκουσίως* tantum hebraico פֶּשַׁע respondere.

'ΑΚΟΥΣΤΗ'Σ, *auditor, qui audit.* Sap. I, 6. τῆς γλώσσης αὐτοῦ ἀκουστής, Deus audit ea, quae lingua profert, etiam futilia ac inania.

'ΑΚΟΥΣΤΟ'Σ, *audibilis, sub auditum cadens.* - נִשְׁמַע, *audior.* Niph. Ex. XXVIII, 35. ἀκουστὴ ἡ φωνὴ αὐτοῦ εἰσιόντι εἰς τὸ ἅγιον, ut audiatur sonitus eius, quando sanctuarium Iovae ingreditur. - *תְּרוּעָה, *clangor, vociferatio.* Num. XXIX, 1 יוֹם תְּרוּעָה, *dies clangoris*, h. e. quo buccinis clangetur. *Samarit.* sec. *Schol.* a *Montf.* prolatum (quod *Apolinario* tribuit *Cat. Niceph.* p. 1371.) ἡμέρα ἀκουστὴ, ubi LXX habent ἡμέρα σημασίας. Confer ad h. l. *Drusium* ac *Scharfenbergii Anim.* P. I. p. 118.

'ΑΚΟΥΣΤΟ'Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *audibilis fio.* שָׁמַע in Kal et Hiph. Gen. XLV, 2. ἀκουστὸν ἐγένετο εἰς τὸν οἶκον φαραώ, audierunt aulici Pharaonis. Ies. XLVIII, 3 et 20. - שֵׁמַע, *auditus.* Ies. XXIII, 5.

'ΑΚΟΥΣΤΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *audibilis sum.* שָׁמַע Kal. *audio.* Ies. XVIII, 3. ὡς σάλπιγγος φωνὴ ἀκουστὸν ἔσται, cum tubae sonum audieritis.

'ΑΚΟΥΣΤΟ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *audibile facio.* - *גָּלָה, *revelo.* *Symm.* 2 Sam. VII, 27. V. infra s. v. שָׁלַח. - הִשְׁמִיעַ, *audire facio.* Hiph. a שָׁמַע, *audio.* *Aqu.* sec. cod X. *Holm.* Deut. XXX, 12. ἀκουστὴν ἡμῖν αὐτὴν ποιήσει (?). *Symm.* Ps. L, 10. *Inc.* Iud. XIII, 23. LXX Deut. IV, 35. ἀκουστήν σοι ἐποίησεν τὴν φωνὴν αὐτοῦ, *locutus est.* 1 Sam. IX, 27. ἀκουστόν σοι ποιήσω ῥῆμα κυρίου sec. cod. *Alex.* et *Ald.* Sed *Vat.* pro ἀκουστόν σοι ποιήσω habet ἄκουσον, sensu eodem. Ies. XXX, 30. et alibi saepius. - *שָׁלַח seq. אֶל. Si fides habenda est *Montfauconio*, verba καὶ ἀκουστὸν ποιήσω σοι in versione *Symmachi* 1 Sam. XX, 12. ad hebr. אֶשְׁלַח אֵלֶיךָ, *misero ad te*, referenda sunt, quod etiam locum habere potest, si verba *Symmachi* ita reddantur: *per legatos s. missos nuntios notum tibi faciam.* Sed aeque verosimile est, haec verba ad proxime sequentia גָּלִיתִי אֶת-אָזְנְךָ, *revelavero aurem tuam*, pertinere, ut adeo duae versionis, ut saepe fit, h. l. coaluerint, aut duae editiones versionis *Symmachi* laudatae fuerint. Vide supra s. v. גָּלָה. Sir. XLV, 11. ἀκουστὸν ποιῆσαι ἦχον. Ib. XLVI, 20. ἐν ἤχῳ μεγάλῳ ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν φωνὴν, et L, 19. ἀκουστὴν ἐποίησαν φωνὴν μεγάλην.

'ΑΚΟΥΤΙ'ΖΩ, *audire facio.* הִשְׁמִיעַ idem. *Symm.* *Theodot.* Ies. XLIII, 9. Οἱ λοιποὶ ibid. v. 14. LXX Iud. XIII, 23. 2 Sam. XV, 16. sec. *Compl.* 1 Par. XV, 16. ubi cum φωνέω in codd. permutatur. Ps. L, 9. ἀκουτιεῖς μοι ἀγαλλίασιν, annuntia mihi summam illam laetitiam. Cant. II, 14. ἀκούτισόν με τῆς φωνῆς σου. Ibid. VIII, 13. Ier. XLIX, 2. Sir. XLV, 5. ἠκούτισεν αὐτὸν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. *Theophylact.* Ep. 21. p. 289. T. VIII. *Opp.* *Meursii.* *Suidas:* ἀκουτίσαι, διδάξαι. Confer

Interpp. Hesychii in v. ἀκουστήσας et ἀκουστιῶν. Schol. Gregor. Nazianzen. inedit. apud Ruhnk. ad Tim. p. 258. ἐνοπτρίζεσθαι τε καὶ ἀκουτίζεσθαι.

*'ΑΚΟΥΤΙΣΤΟ'Σ idem quod ἀκουστός. Vocem hanc a Bielio in Thesauro omissam et omnibus Lexicographis graecis ignotam exhibet Theodoretus et Codex unus Regius Ps. LXV, 8. ubi pro ἀκουστὴν ποιεῖτε apud Symmachum ad hebr. הַשְׁמִיעוּ legitur ἀκουτιστὴν ποιήσατε.

'ΑΚΟΥ'Ω, audio, obedio, exaudio, intellego. אָזְנַיִם dualis ab אֹזֶן, aures. Iob. XIII, 17. ἀναγγελῶ γὰρ ὑμῶν ἀκουόντων. Sensum expresserunt. Ez. IX, 5. et X, 13. – *גּוּר, metuo. Deut. XVIII, 22. ubi pro לֹא תָגוּר מִמֶּנּוּ, non timebis ab eo, in nonnullis libris teste Bosio legitur οὐκ ἀκούσεσθε αὐτοῦ, non ei fidem habebitis, sensu eodem. Sermo enim ibi est de vaticiniis falsorum prophetarum, quae fidem nullam merebantur, nec adeo metuenda erant. – דַּעַת, scientia. Ies. XXXII, 4. καρδία τῶν ἀσθενούντων προσέξει τῷ ἀκούειν. Pro ἀκούειν, quod in marginem reiecit, Grabius in textu posuit νοεῖν, partim e MS. Regio, partim ob textum hebr. Sed cum voces νοεῖν et ἀκούειν parum habeant similitudinis, e praecedentibus originem lectionis ἀκούειν petere mallem. Cum enim eadem vox in fine v. 3. praecesserit, ea vel librario ob oculos versata est, vel in mentem recurrit, ita ut pro νοεῖν scriberet ἀκούειν. Sed ut ingenue profitear, quod sentio, recepta quoque lectio defendi potest. – דָּרַשׁ sequ. לְ, colo. 3 Esdr. V, 69. coll. Esdr. IV, 2. – הֶאֱזִין Hiph. aures praebeo, auribus percipio. 2 Par. XXIV, 19. Ies. XXXII, 9. – הִקְשִׁיב Hiph. ausculto, attendo. 2 Par. XX, 16. Ies. XLVIII, 18. εἰ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου, utinam attenderes s. morem gereres legibus s. praeceptis meis. Ier. VI, 10. 17. et XVIII, 18. ubi ante ἀκουσώμεθα inserendum est οὐκ, ut legitur in Compl. Cod. Syr. Hex. et Theodoreto. – הִשְׁמִיעַ audire facio, etiam audio. 1 Sam. IX, 27. sec. Vat. ἄκουσον ῥῆμα θεοῦ, quae lectio quanquam quodammodo excusari potest, quippe sensus ex ea non mutatur, tamen pro ἄκουσον scriptum fuisse ἀκουστὸν scil. ποιήσω (ut Alex. et Ald. habent) probabile est. – *זְעָקָה, clamor. Prov. XXI, 13. ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ἀκοῦσαι ἀσθενοῦς, ubi τοῦ μὴ ἀκοῦσαι hebr. מִזַּעֲקַת a clamore respondet, ac sensum expresserunt. – יָצָא, exeo. 2 Par. XXVI, 15. ἠκούσθη ἡ κατασκευὴ αὐτῶν ἕως πόῤῥω, audiebatur instructio illorum longe lateque, vel fama instructionis illorum longe dimanabat. Scilicet יָצָא quandoque de re usurpatur, quae late propagatur, v. c. de fama alicuius rei, uti h. l. Idem valet de altero loco Esther. VII, 8. ubi verba hebraica הַדָּבָר יָצָא מִפִּי הַמֶּלֶךְ LXX brevitati studentes et ad Hamanem referentes transtulerunt: ἀμὰν δὲ ἀκούσας, sensu eodem. – *נִמְהַר, Niph. festino. Symm. Ies. XXXII, 4. sec. Hex. נִמְהָרִים, festinantes,

praecipitati, per ἀκούοντες reddidit. Sed vitiosa hic sunt *Hexapla*, et ἀκούοντες reiiciendum est ad שֹׁמְעִים v. 3. – פָּתַח *aperior*. Ies. XXXV, 5. ὦτα κωφῶν ἀκούσονται, ubi hebraismum satis notum bene interpretati sunt. – *עָנָה, *respondeo*, *exaudio*. *Symm.* Ies. XXX, 19. in notione *exaudiendi*, ubi LXX ἐπήκουσεν habent. – רָאָה, *video*. *Inc.* 2 Sam. XVIII, 29. Verba sensuum saepe apud Hebraeos invicem permutantur. Ἀκούειν pro *spectare* legitur apud *Musaeum* v. 5. ubi vid. *Schraderus*. – שְׁמוּעָה, *auditio*. Ies. XXVIII, 19. – שָׁמַע, *audio*. Gen. III, 8. ἤκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου, audierunt vocem Iovae. Sic cum *genitivo* construitur ib. v. 10. et IV, 22. Cum *accusativo* vero ibid. XI, 7. XXXI, 1. Exod. II, 15. Gen. III, 17. ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, quoniam uxori *obtemperasti*. Gen. XI, 7. ἵνα μὴ ἀκούσωσιν ἕκαστος τὴν φωνὴν τοῦ πλησίον, ut non *intellegat* unusquisque linguam proximi, coll. Gen. XLII, 23. Gen. XLIX, 2. ἀκούσατε περὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, audite patrem vestrum. Ex. XVI, 20. οὐκ ἤκουσαν Μωϋσῆ, non *obediebant* Mosi. Sic quoque legitur Deut. XI, 17. et XIII, 4. Confer *Fesselii Advers. SS.* lib. VIII. c. 1. p. 212. 1 Sam. XII, 15. ubi ἀκούειν est *exaudire*, et cum εἰσακούειν in codd. permutatur, coll. Ex. XVIII, 24. Psalm. VI, 9. et XVII, 8. – *שְׁמַע Chald. idem. Dan. III, 5. 7. V, 15. VI, 14. etc. – שָׁמַע בְּאָזְנַי, *audio auribus*. Iob. XXVIII, 22. – שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ, *audiendo audio*. Iob. XIII, 17. – שָׁמַר, *observo*. Deut. XI, 21. XXXI, 12. Ios. XXII, 2. ubi perperam nonnulli statuunt LXX שְׁמַעְתֶּם legisse. Sirac. XXV, 9. ἀκουόντων, *docilium*, *intellegentium* et *obedientium*. Ibid. v. 18. ἀκούσας, audiens alios queri de uxoris suae morositate et morum asperitate. Mallem tamen legere ἀκουσίως, ut habet *Compl.* Sir. XXIX, 28. πικρὰ ἀκούσῃ. 2 Macc. X, 13. προδότης παρέκαστα ἀκούων, cum ubicunque proditor *audiret*. Scil. ἀκούειν, ut latinum *audire*, est interdum, ut h. l., *vocari*, *appellari*, *circumferri*. *Polyb.* III, 94, 8. κακῶς ἀκούειν παρά τινι. *Dio Cass.* p. 480. ed. *Reim.* δεινῶς ἀγανακτῶν, ὅτι παῖς ἤκουε. Cf. quoque *Stephanum* in *Thes. l. gr.* s. h. v.

'ΑΚΟΥ'Ω, 'ΑΚΟΥ'Ω, *audio*, *audio*. הַקְשִׁיב. Ies. LI, 4.

'ΑΚΟΥ'Ω ΒΑΡΕ'ΩΣ, *difficulter audio*. הִכְבִּיד Hiph. *aggravo*. Ies. VI, 10. τοῖς ὠσὶν αὐτοῦ βαρέως ἤκουσαν.

'ΑΚΟΥ'Ω ΠΛΕΙ'ΟΝ, *plus audio*, h. e. *maiorem intellegentiam consequor*; nam ἀκούειν interdum est *discere*, *intellegere*. הוסיף לֶקַח *adiicio perceptionem*. Prov. XVI, 11.

"ΑΚΡΑ, ἡ, pr. *summum cacumen montis*, deinde i. q. ἀκρόπολις, *arx*, *munitio*. מִלּוֹא nomen proprium. 2 Sam. V, 9. 1 Reg. XI, 7. 15. Habuerunt scil. nomen proprium pro nomine appellativo, quod *castellum cum vallo* notat. – *צְרִיחַ, *arx montana*, *turris elata*. Iud. IX, 46. sec. *Oxon.* In *Ald.* et *Compl.* legitur ὀχύρωμα. – *קָצָה, *extremum*, *finis*. *Theod.*

Ies. LVI, 11. מִקָּצֵהוּ, ἐπ' ἄκρα αὐτοῦ, ubi melius apud alios legitur ἀπ' ἄκρου αὐτοῦ. - *ראשׁ, *caput, summitas. Aqu. Symm.* 2 Sam. XV, 32. *Vulg. summitatem.* Ib. XVI, 1. 1 Macc. I, 33. ubi videndus *Michaelis* in *anim. ad vers. germ.* p. 31 sequ. Ib. IV, 2. ubi οἱ υἱοὶ τῆς ἄκρας, filii arcis, dicuntur *habitatores* vel *defensores arcis.* 4 Macc. IV, 20. ἐπ' αὐτῇ τῇ ἄκρᾳ, h. e. ἐν ἀκροπόλει, coll. 1 Macc. I, 15.

"ΑΚΡΑΤΟΣ, *merus, non mixtus.* חֵמָה *aestuans ira.* Ier. XXV, 15. ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ ἀκράτου, poculum vini meri. Legerunt sine dubio חֶמֶר, quod *merum* notat. - חָמַר, *turbidus sum. Symm.* et LXX Ps. LXXIV, 7. Legerunt et hic חֶמֶר. Lectu digna de h. l. habet *Starckius* in *Carminibus Davidis* Vol. I. p. 275. qui putat, formulam οἶνος ἄκρατος h. l. ad illud mixtionis genus respicere, quo tres aquae partes cum quarta vel quinta parte vini in calice simul miscere solebant veteres, ut temperet animosum lympha vinum. 3 Macc. V, 2. οἶνος ἄκρατος, *merum. Hesych.* ἄκρατος, ἀμιγής. ἀσυγκέραστος. *Xenophon* apud *Suidam* in "Ακρατος· πάνυ δὲ ἦν ὁ οἶνος ἄκρατος, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. Conf. *Schefferum* ad *Aelian.* V. H, lib. II. cap. 11.

*'ΑΚΡΕ'ΜΩΝ, *ramus quivis,* speciatim, *ramus maior, praegrandis.* Vocabulum נֵצֶר, *surculus, Aquila* Ies. XI, 1. teste *Hieronymo* ἀκρέμονας seu potius ἀκρέμων, quo casu Hexaplis inserendum erat, (ut recte monuit *Kreyssigius* in *Symbol.* P. II. p. 8.) interpretatus est. Vide *Montf.* ad *Hex.* h. l. et cap. XIV, 19. *Hesych.* ἀκρέμονες, βλαστοὶ, κλάδοι.

'ΑΚΡΙΒΑ'ΖΩ, *diligenter indago, probo,* item *exacte, curate describo* ac *definio, diligenter constituo.* - חָקַק, *excido, delineo,* etiam *decerno, statuo. Aqu. Theod.* Prov. VIII, 27. ubi ἀκριβάζειν γῦρον non est *accurate describere circulum,* sed *circulo. Vulg. quando certa lege et gyro vallabat abyssos.* Legitur quoque haec vox apud eosdem ib. v. 15. ἀκριβάσονται δίκαιον, accurate decernent, quod iustum est. - *חָקַר, *investigo, exploro.* 2 Paral. IV, 18. sec. *Compl.* - חֻקֹּת, *statuta. Inc.* Lev. XVIII, 26. - מְחֹקֵק, *decernens, legislator, qui accurate leges describit, doctor. Aqu.* Gen. XLIX, 10. ubi de doctore et interprete legum oraculorumque divinorum explicandum est. V. *Fischeri Clavem* p. 18 sequ. ac *Drusium* in *Fragm.* p. 72. Confer quoque *Theodot.* Ps. LIX, 8. - צְבִי, *decus. Aqu.* et LXX sec. *Compl.* 2 Sam. I, 19. ἀκρίβασαι, al. ἀκρίβασον. *Cappellus in Crit. S.* p. 882. ed. rec. existimat, eos loco הַצְּבִי legisse הַצְפִּי *speculare, considera,* ut sit Imp. Hiph. a rad. צָפָה, contra quem recte observavit *Scharfenbergius,* eos aberrasse non a lectione, sed interpretatione vulgata, ratos nempe, הַצְּבִי esse imper. Hiph. verbi יָצַב, quod Chaldaeis est *diligenter cognoscere et explorare verum, vero insistere et inniti,* unde Dan. VII, 16. chald. יַצִּיבָא a LXX et Theod. per

ἀκρίβεια redditur. Confer quoque ibid. v. 19. *Buxtorfius* in *Anticr.* p. 778. statuit, illos respexisse ad חֵשֶׁב per commutationem ח et ה, item א et ש, quod alias ab ipsis non infrequenter factitatum, simulque addit, lectionem genuinam LXX h. l. esse *στήλωσον*, quod habent editt. pleraeque et meliores, Sir. XLVI, 16. *ἐν πίστει αὐτοῦ ἠκριβάσθη προφήτης*, in fide sua *probatus est* propheta.

'ΑΚΡΙ'ΒΑΣΜΑ, *accurate constitutum, statutum exactum et accuratum, quod exacte observandum proponitur, lex, praeceptum.* Vocabulum hoc, quo caret *Thesaurus Stephani,* legitur pro חֹק *statutum* apud *Aquilam* Deut. VI, 17 et 20. in *Ed. Vta* Ps. XCVIII, 25. ac apud *Inc.* (qui sine dubio *Aquila* est) 1 Reg. II, 3. – מִשְׁפָּט, *ius, iudicium. Inc.* Lev. XVIII, 5. Scilicet מִשְׁפָּט etiam de *legibus* et *institutis divinis* adhibetur, ut satis notum est. – *מִקְדָּשׁ, *sanctuarium. Inc.* Lev. XIX, 30. ex falsa quidem interpretatione, per se tamen non incommoda. – *פִּקּוּד, in plur. פִּקּוּדִים, *mandata cum cura commissa. Inc.* (*Aquila* sine dubio, e coniectura *Montf.*) Ps. XVIII, 9. *ἀκριβάσματα*, ubi non assentiri possum *Fischero*, qui in *Clavi Verss. GG. V. T.* p. 19. *Aquilam* loco פִּקּוּדֵי legisse putat חֻקֵּי, aut, quod paulo propius accedit ad figuram literarum τοῦ פִּקּוּדֵי, חֻקּוֹת. Nam vox hebraica, quae in textu legitur, eandem significationem habet.

'ΑΚΡΙΒΑΣΜΟ'Σ, *accurata inquisitio*, etiam i. q. *ἀκρίβασμα*, *accurate constitutum, quod exacte observandum, propositum, lex, praeceptum, mandatum.* חֹק, *statutum. Aqu.* Ps. II, 7. *ἀναγγέλλων ἰσχυροῦ ἀκριβασμὸν*, tradam Dei praecepta s. perferam Dei mandata ad homines, ubi LXX *πρόσταγμα* habent. Idem Gen. XLVII, 22. ubi *ἀκριβασμὸς cibaria statuta et demensa* notat, quae Pharaonis auctoritate Aegyptiorum sacerdotibus ex horreis publicis praebebantur. Verba graeca sunt: *ἀκριβασμὸς γὰρ τοῖς ἱερεῦσι.* Cf. *Fischeri Clavis* p. 20. Idem Ex. XXIII, 10. Prov. XXX, 4. *Aqu.* et *Theod.* Prov. VIII, 27. LXX Prov. VIII, 29. *ἐν τῷ τιθέναι θαλάσσῃ ἀκριβασμὸν*, cum poneret mari *terminum suum accurate constitutum.* – חֵקֶק plur. חִקְקִים *statuta. Aqu.* Ps. XCIII, 20. LXX sec. *Ald.* et *Compl.* Iud. V, 15. *μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας*, ubi pro חִקְקֵי legisse nonnullis videntur חִקְרֵי, *investigantes*, ac reliqui libri *ἐξικνούμενοι* habent.

'ΑΚΡΙΒΑΣΤΗ'Σ, *dilegens explorator, inquisitor, probator.* מְחֹקֵק, *decernens, legislator. Aqu.* Iud. V, 14. *Symm.* *ἐπιτάσσοντες.* Idem Ps. LIX, 18. – שֹׁטֵר, *minister, qui promulgat decreta magistratuum, atque ea exsecutioni mandat. Aqu.* Deut. XVI, 18. sec. *Basil.* ubi ex sententia *Scharfenbergii* substituenda est lectio sanior *Coislin.* *ἐκβιβαστὰς* (q. d. *exactores*), quam etiam *Procopius* ad Ios. I, 10. *Cat. Niceph.* T. II. p. 7. secutus est. Sed mihi utraque lectio ex dua-

bus *Aquilae* editionibus hausta locum hic habere posse videtur.

Ἀ*ΚΡΙ'ΒΕΙΑ*, *accurata dilegentia*, *accuratio*, *accurata inquisitio* et *cognitio*, *accurate statutum.* יַצִּיבָא, Chald. *veritas*, *certitudo.* Dan. VII, 16. *τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ*, *accuratam notitiam* petebam ab illo. - חֻקָּה, *statutum. Aqu.* Ex. XII, 14. Lev. XXIII, 41. Iob. XXXVIII, 33. - חוּקִים. *Symm.* Iud. V, 15. Sap. XII, 21. *μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου*, cum quanta dilegentia (ne sc. modum excederes in puniendo) et cautione iudicasti filios tuos? Sir. XVI, 26. *ἐν ἀκριβείᾳ ἐπαγγελῶ ἐπιστήμην:* ubi *ἐν ἀκριβείᾳ* est *exacta dilegentia.* Ibid. XLII, 6. *ἀκρίβεια ζυγοῦ καὶ σταθμῶν. Hesychio ἀκρίβεια* est *ἡ ἀκριβὴς κατάληψις*, *accurata cognitio.*

Ἀ*ΚΡΙΒΗ'Σ*, *accuratus*, *exquisitus.* *יַצִּיב, *verum.* Dan. II, 45. sec. *Chis. ἀκριβὲς τὸ ὅραμα.* Ibid. IV, 25. *ἀκριβὴς γάρ μου ὁ λόγος*, ubi *ἀκριβὴς verum* ac *certum* notat. Sir. XVIII, 29. *παροιμίας ἀκριβεῖς*, sententias *exquisitas.* Ibid. XIX, 21. *πανουργία ἀκριβής*, *subtilis* calliditas. Ibid. XXXI, 28. *μαρτυρία ἀκριβής*, reprehensio *iusta*, aut testimonium *verum* ac *certum.* Ib. XXXII, 4. *ἀκριβὴς ἐπιστήμη.*

Ἀ*ΚΡΙΒΟΛΟΓΙ'Α*, *accurata discussio et examinatio, subtilis disputatio.* - חֵקֶר, *scrutatio*, *perscrutatio*, *investigatio.* Iud. V, 16. *ἀκριβολογίαι καρδίας*, accuratae perscrutationes cordis. *Hesych. ἀκριβολογεῖται, ἀκριβῶς ἐξετάζει.*

Ἀ*ΚΡΙΒΟ'Ω*, *plane cognosco, dilegenter exploro*, *summa cura ac dilegentia aliquid facio, accurate constituo.* - חֻקּוֹת, *statuta. Inc.* Lev. XVIII, 3. *ἠκριβωμένα*, accurate constituta. - חָקַק. *Aqu.* Ies. XLIX, 16. *ἠκρίβωσα*, h. e. *accurate delineavi.* - *מִשְׁפָּט. *Aqu.* Lev. XX, 22. *ἠκριβωμένα.* Sed pertinet haec vox potius ad antecedens חֻקֹּתַי, ut recte monuit *Scharfenbergius.*

Ἀ*ΚΡΙΒΩ'Σ*, *accurate*, *dilegenter*, *exquisite.* הֵיטֵב inf. in Hiph. adverbialiter, *bene*, *optime.* Deut. XIX, 18. *ἐξετάσωσιν οἱ κριταὶ ἀκριβῶς*, iudices dilegenter in rem inquirant. - לְיַצִּיבָא *Chald. ad veritatem.* Dan. VII, 19. *ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου.*

Ἀ*ΚΡΙ'Σ*, *locusta.* אַרְבֶּה idem. Ex. X, 4. Deut. XXVIII, 38. Ioel. I, 4. - *אֲרֻבָּה, *fumarium.* Hos. XIII, 1. sec. *Compl.* quam lectionem in textum recepit *Grabius*, ubi, ut iam *Hieronymus* ad h. l. monuit, alia puncta subiecerunt, legentes מֵאַרְבֶּה. *Koehlero* in *Obss. Critt. in Psalmos* T. III. *Repertorii Eichhorn. literat. bibl. et or.* p. 3. LXX scripsisse videntur *ἀπὸ θυρίδων* loco *ἀπὸ ἀκρίδων*, coll. Ies. XXIV, 18. Sed *ἀτμὶς ἀπὸ ἀκρίδων* est nebula ex locustis constans, quae solis lucem intercipit atque obscurat, sed brevi evanescit. Non possum tamen prorsus silentio praeterire coniecturam, quam

Fellus not. ad *Clementis Ep. I. ad Corinth.* §. 17. proposuit, *ἀκρίδων* pariter ac *δακρύων* pro *χύτρας* librarii errore nunc haberi, cui voci consonare putat hebr. אַרְבֶּה, quod apud Rabbinos כלי קטן exponitur. Confer *Opuscula* nostra *critica* p. 421. - גּוֹב, idem. Ies. XXXIII, 4. Amos VII, 1. Nahum III, 17. - חָגָב, etiam *cicada*. Lev. XI, 22. Num. XIII, 33. Coh. XII, 5. *παχυνθῇ ἡ ἀκρίς*. Ad hunc locum respicitur in *Lex. Cyrilli MS. Bar.* ubi ita: *Ἀκρὶς, βοτάνη τις οὕτω λεγομένη. Καὶ ὁ Σολομὼν ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ἀνθήσῃ τὸ ἀμύγδαλον καὶ παχυνθήσεται* (vulgo *παχυνθῇ*) *ἡ ἀκρίς. Ταύτας οἶμαι καὶ τὸν πρόδρομον ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐσθίειν.* In eadem sententia fuit *Athanasius Alexandrinus* in *Comment.* ad Matth. III, 4. T. II. *Collect. Nov. Patr. Montf.* Confer et *Bocharti Hieroz.* P. II. l. IV. c. 7. p. 489. et cap. 12. p. 518. Ies. XL, 22. - חָסִיל, *bruchus.* Ioel. II, 25. - יֶלֶק, *bruchus.* Ier. LI, 14. 27. Nah. III, 15. Iudith. II, 14. *πολὺς ὁ ἐπίμικτος, ὡς ἀκρίς.* ubi *ἀκρὶς* collective sumitur, ut apud *Theophan. Chronogr.* p. 235. B. Sap. XVI, 9. *ἀκρίδων δῆγμα.*

'ΑΚΡΙ'ΤΩΣ, *extra iudicium, re non iudicata, iniuste,* etiam *temerarie, sine iudicio et sensu decori.* Gen. XVIII, 25. ubi *Symm.* sensum verborum: הֲשֹׁפֵט כָּל־הָאָרֶץ לֹא יַעֲשֶׂה מִשְׁפָּט, *totius terrarum orbis iudex non ita iudicabit,* liberius paulo expressit: *ὁ πάντα ἄνθρωπον ἀπαιτῶν δικαιοπραγεῖν, ἀκρίτως μὴ ποιήσῃς τοῦτο,* non male quoad sensum. Praeter hunc locum adverbium hoc quoque Hab. II, 15. de suo addidit *Symmachus* ac auctor *ed. Vtae.* Sir. XIII, 13. *μὴ ἔμπιπτε, ἵνα μὴ πέσῃς, ἀκρίτως* (h. e. *temere*). Ita enim interpungenda videntur haec verba (quae in *Compl.* tantum exstant, in reliquis autem codd. et verss. desiderantur), ut *ἀκρίτως* cum *ἔμπιπτε* construatur. *Polyb.* II, 7. *ἀκρίτως καὶ προφανῶς περιβάλλειν ἑαυτὸν ταῖς συμφοραῖς. Budaeus* in *Commentariis gr. l.* p. 12. ut doceret, *ἄκριτον* apud Graecos dici *sine iudicio ac ratione factum,* exempli loco affert locum *Herodiani* II, 7, 5. ubi *ἀκρίτοις ἀναλώμασι* occurrit. Hinc *ἀκριτόμυθος* est *sine iudicio et delectu verba faciens.* 1 Macc. II, 37. *ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς, indicta causa* nos perditis. Ibid. XV, 33. *ἀκρίτως κατεκρατήθη, iniuste* possessa ac nobis quasi retenta est.

'ΑΚΡΟ'ΑΜΑ, *acroama, quod auditur, narratio,* aut *fabula, quae a vulgo lubenter auditur, recitatio.* Sir. XXXII, 5. *ὅπου ἀκρόαμα, μὴ ἐκχέῃς λαλιὰν,* ubi aliquid narratur, vel ubi aliquid audiri, auscultari debet, ne effundas sermonem. Nonnullis interpretibus, v. c. *Bretschneidero, ἀκρόαμα* h. l. vel significat *concentum musicum in convivio,* vel *homines, qui cantu et gestibus exhilarant convivas.* Conf. *Cic. Verr.* IV, 22. et *Orat. p. Sexto* c. 54. „*ipse ille maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama.*“

'ΑΚΡΟ'ΑΣΙΣ, *auditio*, *auscultatio*. עֹנֶה, part. *respondens*, *responsor*. 1 Reg. XVIII, 29. οὐκ ἦν ἀκρόασις, nihil seu nulla responsio audiebatur; ubi aut ἀκρ. de *exauditione precum* explicari, aut eius loco ἀπόκρισις reponi potest. Certe *Vulg.* habet: *nec aliquis respondebat*. – קֶשֶׁב, *attentio*, *auscultatio*. 2 Reg. IV, 31. οὐκ ἦν ἀκρόασις, non videbatur intellegere, quae dicebantur, seu: nullus sensus se prodebat. *Symm. Theod.* LXX Ies. XXI, 7. ἀκροάσαι ἀκρόασιν πολλὴν, attente omnia considerabat. Ad hunc locum *Bielius*: Ita λῆρον ληρεῖς apud *Aristoph.* in *Plut.* v. 517. pro κατὰ λῆρον ληρεῖς, et similes phrases attice eodem modo usurpari observat *Scholiastes* ad eundem l. c. Falluntur ergo, qui tales Hebraeis tantum receptas putant, quos inter *Fesselius Adverss. Sacr.* lib. VIII. c. 5. p. 268. Confer et quae contra illos observat *Wolfius* ad *Liban. Epist.* p. 21. – שְׁמֹעַ infin. *audiendo*. 1 Sam. XV, 22. sec. *Compl.* ubi ἀκρόασις aeque ac ἐπακρόασις in *Vat.* *obedientiam* notat, *quae praestatur voluntati divinae*, et est i. q. ἀκοὴ in anteced. Coh. I, 8. οὐ πληρωθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως, nec auris audiet, h. e. eo, quod audit, repletur. Sir. V, 13. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου, coll. Iac. I, 19.

'ΑΚΡΟΑΤΗ'Σ, *auditor*. לַחַשׁ, *mussitatio*, *pronuntiatio*, *incantatio*. Ies. III, 3. συνετὸν ἀκροατήν. Significat autem h. l. ἀκροατὴς *oratorem disertum ac potentem*, qui facile potest movere animos hominum, atque ad partes suas perducere, adeoque quasi vim incantandi habet. Vide ad h. l. *L. Bosium* in notis. Sir. III, 32. οὖς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία σοφοῦ, homine discendi et audiendi cupido delectatur sapiens. Conf. Prov. XXV, 12.

'ΑΚΡΟΑ'Ω, in med. *'ΑΚΡΟΑ'ΟΜΑΙ*, *audio*, *ausculto*. אזן Piel. et Hiph. הֶאֱזִין *ausculto*, *attendo*. *Symm.* Iob. XXXI, 11. – הִקְשִׁיב קֶשֶׁב, *attentione attendo*. *Symm.* Ps. CXLI, 8. *Inc.* Cant. VIII, 13. LXX Ies. XXI, 7. ubi vide supra ad v. ἀκρόασις notata.

'ΑΚΡΟΒΥΣΤΕ'Ω. Quanquam ἀκροβυστία *praeputium* est et ἀκρόβυστος *praeputiatus*, ut proinde ἀκροβυστεῖν videri posset potius significare *praeputia relinquere* vel *inducere*, βύειν τὸ ἄκρον, *extremam membri virilis partem tegere*, tamen LXX *Intt.* ad imitationem hebr. עָרֵל hanc vocem contraria significatione acceperunt, ut sit *circumcidere* aut *praeputium auferre*, q. d. *depraeputiare*. עָרַל, *circumcido*. *Aqu. Symm. Theod.* Levit. XIX, 23. ἀκροβυστεῖτε. Sermo autem ibi est non de hominibus, sed de arboribus, quibus tribuitur ἀκαθαρσία, h. e. rami inutiles, qui circumcidendi et amputandi erant. LXX usi sunt voce περικαθαρίζειν. *Vulgatus* transtulit: *auferetis praeputia eorum*. *Nobilius* legendum coniicit ἀκροβυστιεῖτε, quod tamen non opus est, cum etiam

ἀκροβυστεῖν h. l. simpliciter sit τέμνειν aut περιτέμνειν τὸ ἄκρον.

'ΑΚΡΟΒΥΣΤΙ'Α, *praeputium.* עָרְלָה, idem. Gen. XVII, 11. τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας, coll. v. 14. XXIV, 25. Lev. XII, 3. i. q. in aliis locis, Gen. XVII, 23., ἀκροβυστία simpliciter, coll. Exod. IV, 25. 1 Macc. I, 17. ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίαν, at rahebant s. reficiebant sibi praeputium, quod uno verbo ἐπισπᾶσθαι dicitur 1 Cor. VII, 18. de qua voce conf. *Lex. N. T.*

*'ΑΚΡΟΒΥΣΤΙ'Α ΤΗ͂Σ ΚΑΡΔΙ'ΑΣ, *praeputium cordis.* עָרְלַת לֵב idem. Deut. X, 16. sec. nonnullos libros aut interpretes, ut notavit *L. Bos.* in notis ad h. l. Est autem ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς h. l. *vitiositas, impietas,* i. q. σκληροκαρδία, ut legitur in *Vatic.* Eadem metaphora usus quoque est Paulus Coloss. II, 13. ubi ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς dicitur, ubi vide notata a me in *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΚΡΟ'ΒΥΣΤΟΣ, *praeputiatus, non circumcisus.* עָרֵל, idem. *Aqu.* et *Theod.* Ex. VI, 12. ubi cum voce ἀπερίτμητος permutatur. LXX Ios. V, 7.

*'ΑΚΡΟ'ΒΥΣΤΟΣ ΧΕΙ'ΛΕΣΙ, *incircumcisus labiis.* עֲרַל שְׂפָתַיִם, idem. *Aqu.* Ex. VI, 12. *qui est lingua impedita, qui difficulter loquitur,* qui μογιλάλος Graecis dicitur.

'ΑΚΡΟΓΩΝΙΑΙ'ΟΣ, *angularis, in extremitate anguli constitutus.* כֹּתֶרֶת, *coronamentum, quo aliquid,* v. c. columna, *undique cingitur. Symm.* 2 Reg. XXV, 17. sec. *Coisl.* – פִּנָּה, *angulus, extremitas.* Ies. XXVIII, 16. λίθον ἐκλεκτὸν ἀκρογωνιαῖον. – רֹאשׁ פִּנָּה, *caput anguli. Symm.* Ps. CXVII, 22. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΚΡΟ'ΔΡΥΟΝ, proprie *cacumen rami,* ut in *Gloss. Vett.* explicatur. 'ΑΚΡΟ'ΔΡΥΑ, *fructus arborei,* et speciatim quidem, *qui putamen lignosum habent, glandes, nuces, baccae;* item, ut δρῦς pro *quavis arbore,* sic et ἀκρόδρυα *primi ac praestantissimi fructus cuiusvis arboris.* מֶגֶד, in plur. מְגָדִים, *eximia praestantia, res praestantes.* Cant. IV, 13. μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων, cum fructibus praestantissimis. Fructus enim in cacuminibus ramorum, quippe soli maxime expositi, sunt praestantissimi. Ibid. IV, 16. seu V, 1. et VII, 13. ἐπὶ θύραις ἡμῶν πάντα ἀκρόδρυα νέα, pro foribus nostris sunt omnis generis fructus optimi. 1 Macc. XI, 34. ἀπὸ τῶν γεννημάτων καὶ τῶν ἀκροδρύων. *Philo* lib. *quod quivis probus sit* etc. p. 615. τελευταῖαι ἀκροδρύων γέμουσαι, mensae postremae variis fructibus abundantes. Vid. idem de *Vit. Mos.* p. 434. *Hesychius:* ἀκρόδρυα, ἀρχὴ καρπῶν, καρποί. Idem: ἀκροδρύων, ἀρχῶν καρπῶν δένδρων, ὡς ἐκ τῆς δρυός. *Suidas:* ἀκρόδρυα, καρποὶ δενδρικοὶ πάντες, οἱ τῶν δένδρων καρποί. *Etym. M.* in Δρυΐνος· Ἀκρόδρυα οὐ μόνον βαλάνους, ἀλλὰ παντὸς φυτοῦ καρπὸν ἐδώδιμον. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀκρόδρυα,

παντὸς δένδρου καρπὸς ψυκτός. Idem: Ἀκροδρύων, καρπῶν δένδρων, ὡς ἐκ τῆς δρυός. λέγεται δὲ καὶ τὸ ὕλαστοῦ τρυφερώτατον. Confer quoque *Athen.* lib. II. p. 52. et *Casaub.* ad h. l. p. 65.

"ΑΚΡΟΝ, τὸ (scil. μέρος, vel ὅριον, vel πέρας, vel τέλος), *extremum, summum, extremitas, summitas, extrema pars.* אֶפֶס, *finis, terminus.* Deut. XXXIII, 17. ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς. 1 Sam. II, 12. ἄκρα γῆς pro τὰ ἄκρα τῆς γῆς, ut legitur Prov. XXX, 4. Ies. LII, 10. et Mich. V, 4. - בֹּהֶן, *pollex*, tam manus quam pedis. Ex. XXIX, 20. ἐπιθήσεις ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς καὶ ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ ποδὸς τοῦ δεξιοῦ, pones super extremitatem manus dextrae, et super extremitatem pedis dextri. Vtraque formula occurrit quoque Lev. VIII, 22. 23. et XIV, 14. 17. 25. 28. Adde Iud. I, 6 et 7. - יַרְכָה, *latus.* 1 Reg. VI, 16. - כָּנָף, *ala, ora.* *Symm.* 1 Sam. XV, 27. Iob. XXXVII, 3. Ez. V, 3. ἄκρον τοῦ ἱματίου. LXX 1 Sam. XXIV, 4. sec. *Coislin.* et Hagg. II, 13. - סוֹף, *finis, extremitas.* 2 Par. XX, 17. - *סְעִיף, *ramus.* *Aquila* Ies. LVII, 5. Scilicet vox hebraica, quam vulgo *ramos* vertunt, significat quoque in l. arab. (شعفة) *verticem, cacumen,* v. c. petrae, montis. *Vulgatus* habet: *eminentes petras.* - עֵבֶר, *latus oppositum.* Ex. XXVIII, 26. ἀπ' ἄκρου τοῦ ὀπισθίου, coll. XXXIX, 18. - *צַמֶּרֶת, *ramus gracilior, cacumen.* *Aqu.* Ez. XXXI, 14. *Vulg.* *sublimitas.* - קָצֶה mascul. *finis, extremum.* *Symm.* *Theod.* Ez. XV, 4. Vide hic notas *L. Bosii.* Gen. XLVII, 21. ἀπ' ἄκρων ὁρίων Αἰγύπτου, ab extremis finibus Aegypti. Additur hic ὁρίων, quod alias omittitur. Deut. IV, 32. XIII, 7. ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς ἕως ἄκρου τῆς γῆς, ab una extremitate terrae ad alteram. 1 Sam. IX, 27. sec. *Compl.* ubi in reliquis libris μέρος legitur. Neh. I, 9. et alibi saepius. - קָצָה foemin. idem. *Theodot.* Iud. VII, 11. ubi, ut hoc obiter moneam, duae versiones coaluerunt, nam et εἰς μέρος et πρὸς τὸ ἄκρον pertinent ad אֶל־קְצֵה. *Inc.* Ps. CXXXIV, 7. LXX Ps. XVIII, 6. Ies. XL, 28. XLI, 5. 9. Ier. XLIX, 35. - רֹאשׁ, *caput,* ac *omne quod summum ac extremum est.* Gen. XXVIII, 18. ἐπέχεεν ἔλαιον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ, cacumen cippi oleo perfudit. Ibid. XLVII, 31. Ex. XXXIV, 2. et alibi saepius. - שָׂפָה, *labium, labrum,* etiam metaphorice *extremum.* *Inc.* et LXX Ex. XXVIII, 26. et XXXIX, 18.

'ΑΚΡΟΠΟΛΙΣ, *arx,* q. d. *summa urbs* vel *summitas urbis.* 2 Macc. IV, 12. 27. τῷ τῆς ἀκροπόλεως ὑπάρχῳ, arcis praeposito. *Hesych.* ἀκρόπολις, τὸ ἄκρον τῆς πόλεως.

*"ΑΚΡΟΣ, *summus, extremus.* Adiectivum hoc, quod sine omni auctoritate prolatum est a *Bielio*, reperitur apud *Symmachum* Zach. IV, 7. τὸν λίθον τὸν ἄκρον, ubi in textu hebraico legitur הָרֹאשָׁה *primarium.* Fortasse huc quoque per-

tinet locus 1 Sam. XIV, 45. ἐγευσάμην ἐν ἄκρῳ τῷ σκήπτρῳ, nisi fortasse loco τῷ σκήπτρῳ ex *Compl.* legendum est τοῦ σκήπτρου.

*'ΑΚΡΟΤΗ'ΡΙΟΝ, *summitas, promontorium.* Vox haec a *Bielio* ac omnibus Lexicographis graecis omissa reperitur pro hebr. שֵׁן, *dens* 1 Sam. XIV, 4. et 5. bis sec. *Compl.* Scilicet שֵׁן *dens* notat quoque *scopulum acutum* et *cacumen.* coll. Iob. XXXIX, 28. Confer *Simonis Lex. Hebr.* p. 1691. ed. rec. Sed videndum est, annon in omnibus his locis ἀκρωτήριον reponendum sit, quanquam non ignoro, ο quandoque pro ω poni, ut ἀκρόρειαν *Orph.* 'Υποθ. *Λιθ.* v. 65. pro ἀκρώρειαν ibid. v. 14. *Schol. ed. Rom.* ad 1 Sam. XIV, 4. ἀκρωτήριον καὶ ἀκρωτήριον (lege ἀκροτήριον)· μᾶλλον ταῦτα ἐν τῷ ἑξαπλῷ ἠστέρισται ὡς ἐκ Θεοδοτ. προστεθέντα. Vide quoque *Scharfenbergium* ad h. l. ac infra s. v. ἀκρωτήριον. *Hesych.* ἀκροτηριάζει, τὰ ἄκρα τέμνει.

'ΑΚΡΟ'ΤΟΜΟΣ, *valde acutus, admodum secans, durus, praeruptus, altus*, it. *rupes.* בּוּל, *proventus*, per aphaeresin pro יְבוּל. Iob. XL, 15. ἐπελθὼν δὲ ἐπ' ὄρος ἀκρότομον, veniens autem in montem altum: ubi quid legerint LXX, divinando assequi non possum. – חַלָּמִישׁ, *petra durissima.* Deut. VIII, 15. ἐκ πέτρας ἀκροτόμου, ex petra durissima. Iob. XXVIII, 9. ἐν ἀκροτόμῳ (scil. πέτρᾳ) ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ad petram durissimam extendit manum suam. Ps. CXIII, 8. τὴν ἀκρότομον εἰς πηγὰς ὑδάτων, silicem in fontis scaturiginem. *Chrysostomus* ad h. l. interpretatur: τὴν σιδήρῳ οὐ ῥᾳδίως εἴκουσαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄκρων μόλις ἀποθραυομένην. – צוּר. *Aqu. Symm.* Hos. IX, 13. Accepit nomen proprium pro appellativo צוּר, *rupes acuta et praerupta.* – צֹר, vel *acies*, vel *rupes*, *saxum acutum cultri instar. Theod.* Ex. IV, 25. *Symm.* Iob. XXII, 24. Confer infra s. v. ψῆφος. – שָׁלֵם, *integer, perfectus.* 1 Reg. VI, 7. λίθοις ἀκροτόμοις ᾠκοδομήθη, lapidibus *resectis* aedificabatur. Sap. XI, 4. ἐκ πέτρας ἀκροτόμου. *Vulg.* de petra *altissima:* ubi non legit ἀκροτάτου, licet id opinatur *Iansen.* Sir. XL, 17. et XLVIII, 20. *Hesychius:* 'Ακροτόμῳ, ὀξυτάτῳ λίθῳ ἢ ὑψηλῷ καὶ σκληρῷ τέμνοντι, h. e. qui ob duritiem lapicidae negotium facessit. *Suidas:* 'Ακρότομος, σκληρὸς, ὑψηλός. ἢ ὀξύτατος λίθος ὁ τέμνων, καὶ ἀκρότομος πέτρα, ἡ σκληρὰ καὶ ἄτμητος. ἀκρότομον δὲ ὄρος, τὸ δυνατὸν παρὰ τῷ 'Ιώβ. Sic et *Phavorino* ἀκρότομος λίθος est σκληρὸς τῷ τέμνοντι, ὑψηλὸς ἢ ὀξύτατος.

*'ΑΚΡΟΦΥ'ΛΑΞ, *arcis praefectus.* 4 Macc. III, 12. ubi commemorantur πυλῶν ἀκροφύλακες, h. e. *praesidia portarum.*

'ΑΚΡΩ'ΜΙΟΝ, *summitas seu eminentia humeri*, i. q. ἀκρωμία apud *Polluc.* lib. II, 137. et *Aristot. Hist. anim.* lib. II. c. 1. et ἀκρωμὶς apud *Alciphr. fragm.* 5. שְׁכֶמָה, *hu-*

merus. *Symm*. Iob. XXXI, 22. *Hesychius*: *'Ακρώμια, αἱ κατακλεῖδες*, ubi *Palmerius*: Ossa sunt, quae a summo thorace ad summos humeros pertendunt, et ideo non male dicuntur *ἀκρώμια, ἀπὸ τοῦ ἄκρου τῶν ὤμων*, a summitate humerorum. Ea pars corporis Graecis *κλεὶς* et *κατακλεὶς*, Lat. *clavicula*. Cf. infra s. v. *κλείς*.

'ΑΚΡΩΤΗΡΙΑ'ΖΩ, extremas partes, speciatim corporis, amputo, corpus mutilo. 2 Macc. VII, 4. *περισκυτίσαντες ἀκρωτηριάζειν*, excoriantes extremas partes resecare. 4 Macc. X, 20. *Polyb*. V, 54, 10. VIII, 23, 3. ibique Intt. *Hesych*. *'Ακρωτηριάσας, τὰ ἄκρα ἀποτέμνων*.

'ΑΚΡΩΤΗ'ΡΙΟΝ, extremitas, extrema pars, etiam *summitas, cacumen*. כְּרָעַיִם, *crura*, dual. Lev. IV, 11. *σὺν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις*, cum capite eius et partibus extremis. Conf. *Dieterichii iatreum Hippocrat*. pag. 164. – מְזָרִים part. Pih. plur. *dispergentes*. *Theod*. ac LXX Iob. XXXVII, 9. *ἀπὸ δὲ ἀκρωτηρίων ψύχος*, ubi tamen in *Theodot*. versione secundum *Hex*. legitur *ἀκροτηρίων*, de quo supra a me est expositum. *L. Bos*. in *Prolegg*. *in LXX Intt*. c. 3. suspicatur, LXX pro *ἀκρωτηρίων* scripsisse *ἀρκτώων*, h. e. *βορείων τόπων*, ut habet *Hesychius*, vel *ἀρκτούρου* (*Vulg*. ab *Arcturo*), vel simile quid. *R. Levi* vocem Hebraeam *boreales* interpretatur. Arab. افرز *dissitam terram* notat. – קָצָה *finis, extremum*. Ez. XXV, 9. *τῶν πόλεων ἀκρωτηρίων*. – שֵׁן, *dens*. *Inc*. 1 Sam. VII, 12. Sc. שֵׁן omnes partes eminentes notat. *Vulg*. *eminentes petrae*, et quasi in modum dentium scopuli praerupti. Vide supra s. v. *ἀκροτήριον*.

*'*ΑΚΤΗ'*, *littus*, etiam *amoenus secessus, maxime ad maris littus*. עֵדֶן, *voluptas, deliciae*, etiam *regio amoenitatis ac deliciarum*. *Symm*. Gen. II, 15. *ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἀκτῆς*, quam lectionem *Symmacho* e quatuor codd. MSS. restituit *Vallarsius* ad *Hieron*. T. III. *Opp*. p. 307. Vide tamen *Scharfenb*. *Anim*. P. I. p. 2. qui monuit, *ἀκτὴν* non simpliciter significare *amoenitatem* et *delicias*, ut *Hieronymus* interpretatur verba *Symmachi*, sed *locum amoenum*, loci autem notionem iam contineri antecedente vocabulo *παραδείσου*. Fortasse reponendum est *τῇ ἀκτῇ*, ut duae versiones h. l., ut alias saepe, coaluerint.

'ΑΚΤΙ'Ν, radius quicunque, ut solis, fulminis, lucis etc. Sap. II, 4. *διωχθεῖσα ὑπ' ἀκτίνων ἡλίου*. Eadem formula occurrit quoque ib. XVI, 27. Sir. XLIII, 5. *ἐκλάμπων ἀκτῖνας ἀμαυροῖ ὀφθαλμούς*, sol radios emittens suos obfuscat oculos. *Heliod*. VIII. p. 431. *Lucian*. *Pseudom*. §. 34. T. V. Bip. p. 96. ubi vid. *Intt*.

*'*ΑΚΤΙ'Ν 'ΑΣΤΡΑΠΗ'Σ, radius fulminis*. בָּזָק *fulgur, fulmen*. *Symm*. Ez. I, 14. *ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς*.

*'ΑΚΥΜΑΝΤΟΣ. Vox haec in *Bielii Thesauro* omissa composita est ex α priv. et κῦμα, *fluctus*. Notat itaque proprie *fluctibus non agitatum*, *tutò navigantem*, ἀκύμονα (*Alciphr.* II, 4.), deinde autem omnino *tranquillum*. Occurrit autem in *Additam. Esther.* XIII, 2. ἀκυμάντους διὰ παντὸς καταστῆσαι βίου, ubi in *Vet.* altera *Usserii* p. 121. ἀταράχους legitur. *Vulg. absque ullo terrore vitam silentio transigentes.* Alibi apud Graecos ἀκύμων dicitur, quod *Hesychius* per ἀτάραχος explicat. *Phav. Lex.* p. 46. ἀκύμαντος, ἀτάραχος, ἀπὸ τοῦ α στερητικοῦ μορίου, καὶ τὸ κυμαίνω, τὸ ταράσσω. Scribitur quoque ἀκύμαστος apud Schol. *Lycophr. Alex.* v. 736. et ἀκύματος Esther. III, 13. sec. Cod. *Alex.* Similis est confusio inter ἀπέραντος et ἀπέρατος 3 Macc. II, 9.

*'ΑΚΥΜΑΤΟΣ, i. q. ἀκύμαντος, quod vide. Usum huius vocis illustrat quoque *Segaar* ad *Clem. Alex. quis div. salut. conseq.* p. 310.

"ΑΚΥΡΟΣ, *auctoritate privatus*, *abrogatus*, *irritus*, *invalidus*, *antiquatus*, *obsoletus*. *Hesych.* "Ακυρον, παλαιόν. Hinc

"ΑΚΥΡΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, *irritum reddo*, *auctoritate privo*, *aboleo*, *abrogo*, ac, si de legibus ac praeceptis sermo est, *violo*, *transgredior*. סוּר, *recedo*. Prov. V, 7. μὴ ἀκύρους ποιήσητε ἐμοὺς λόγους, ne violate mea praecepta. Bene quoad sensum. – פָּרַע, *abiicio*, *reiicio*. *Inc.* (quem *Aquilam* esse suspicor, quia Ps. CXIX, 126. et Ies. XXIV, 5. eandem vocem per ἀκυροῦν transtulit.) et LXX Prov. I, 25. ἀκύρους ἐποιεῖτε ἐμὰς βουλάς. Confer *Opuscula* mea *critica* p. 265.

'ΑΚΥΡΟ'Ω, *auctoritate privo ac spolio*, *irritum reddo*, ac, si de legibus ac praeceptis sermo est, *violo*, *transgredior*. *הֵנִיא, *annihilo*. *Aqu.* Num. XXX, 9. sec. *codd. Holmes.* ἐὰν ἀκυρῶν ἀκυρώσῃ αὐτὰς κ. τ. λ. – הֵפֵר, *rumpo*, *frango*, ac metaph. *irritum facio*. *Aqu.* Num. XXX, 13 et 9. Ies. XXIV, 15. Iob. V, 12. Ps. CXVIII, 29. – *שׁוּר *intueor*, *respicio*. *Inc.* (quem *Montf. Symmachum* esse putat) Iob. XXXIII, 14. οὐκ ἀκυρώσει αὐτῷ, in quibus verbis, nisi interpretem lectionem ישׁורנו expressisse temere coniicias, ex sententia *Kreyssigii* in *Symbolis* ad *Bielii Thes. Philol.* P. II. p. 9. loco αὐτῷ reponendum est αὐτόν. Caeterum dubio caret, eum legisse שׂוּר cum Sin, quod est idem, quod סוּר. – 3 Esdr. VI, 32. ἐὰν παραβῶσι τὶ τῶν γεγραμμένων καὶ ἀκυρώσωσι, si transgressi fuerint aliquid ex his, quae scripta sunt, aut irritum fecerint. Respondet ibi chald. נְסַח *evulsit*, h. l. *irritum reddidit*. Esdr. VI, 11. *Hesychio* ἀκυρῶσαι est ψευδοποιῆσαι, καταργῆσαι. 4 Macc. II, 1. *restingui* de cupiditatibus, coll. v. 8.

'ΑΚΧΟΥΧ. Ipsa vox hebr. חוח, *carduus*, *spina*, cum ה praefixo. החוח. 2 Paral. XXIV, 18.

'ΑΚΩ'ΛΥΤΟΣ, qui non prohibetur. Sap. VII, 23. ἀκώλυτον. *Vulgat. quem nemo vetat*, h. e. cuius potentiae ac efficaciae nemo resistere valet, semper efficax.

'ΑΚΩΛΥ'ΤΩΣ, nemine prohibente, libere. Adverbium hoc a *Bielio* omissum reperitur Iob. XXXIV, 31. ubi verbis לא אחבל intellectu difficillimis in *Symm.* versione respondet: οὐχ ἔξω ἀκωλύτως, quod *Drusius nemo me impediet*, *Montf.* autem rectius transtulit: *non ero sine impedimento. Vulgatus* habet: *te quoque non prohibebo.* Hanc lectionem vulgatam nisi interrogative efferre quis malit, necessarium erit illud οὐχ delere, quae fuit sententia *Kreyssigii* in *Obss. Critt.* ad *graecos Iobi Intt.* p. 22. Conf. etiam *Doederleinii Scholia* in *libros V. T. poeticos* p. 56.

"ΑΚΩΝ, invitus, nolens. Hinc:

"ΑΚΩΝ ΠΑΡΑΒΑΙ'ΝΩ, invitus transgredior. עָוֹן *iniquitas.* Iob. XIV, 17. εἴτε ἄκων παρέβην.

"ΑΛΑ, ΤΟ', sal. Sir. XXXIX, 26. ἄλα sec. *Vat. Kreyssigio* in *Symbolis* P. II. pag. 9. expungendum videtur hoc dubiae auctoritatis vocabulum, atque l. l. cod. *Alex.* et edit. *Complut.* auctoritate cum *Grabio, Breitingero* et *Bretschneidero* ἅλας legendum. Addit tamen: Vitii originem olim in sequenti καὶ γάλα quaerebam. Iam vero parum abest, quin mihi persuadeam, veram loci lectionem servasse *Clementem Alex.*, qui pro καὶ ἅλα legit καὶ γάλα, quo facto postea καὶ γάλα omisit. *Vulgata* eatenus cum *Clemente* facit, ut contra ordinem, quem in enumerando sequitur textus graecus, γάλα praeponat τῷ σεμίδαλις. Confer *Bendtsenii spec. exercitat. critt. in V. T. libros apocryphos* p. 49. Ex quo, me vel non monente, intellegitur, in codice, quo versionis vulgatae auctor utebatur, corruptam lectionem καὶ ἅλα, postea in καὶ ἅλας mutatam, a librario inepte fuisse inculcatam, atque cum genuina καὶ γάλα pessime coniunctam, id quod in libris MSS. saepius evenisse, inter Criticos constat. Vide *Drakenborch.* ad *Liv.* III. c. 44. §. 4.

'ΑΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΣ et *'ΑΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΝ, alabaster,* h. e. *lapis candore ac laevitate insignis, ex quo vasa veteres excavabant,* etiam *vas unguentarium ex alabastrite lapide.* (Cf. *Plin.* XIII, 2. *Martial.* XI. ep. 9. *Athen.* XV, 13. VI, 19.) - צַלַּחַת, *scutella, paropsis, catillus.* 2 Reg. XXI, 13. καθὼς ἀπαλείφεται ὁ ἀλάβαστρος ὁ ἀπαλειφόμενος, delebo Hierosolymam, quemadmodum abstergitur vas unguentarium abstersum. In Cod. *Alex.* legitur τὸ ἀλάβαστρον. Alii πυξίον habent. Vide de hac voce *Lex. N. T.* ac *Scacchi sacr. elaeochrism.* p. 240. sq.

'ΑΛΑΖΟΝΕΙ'Α, iactantia, gloriatio, ostentatio, fastus. גַּאֲוָה, *superbia, elatio animi. Theod.* Prov. XIV, 13. *Inc.* Ier. XLVIII, 29. *גָּאוֹן, idem. *Symm. Theod.* Hos. V, 5. - רַהַב, *ferocia, insolentia, superbia. Symm.* Iob. IX, 13. et

XXVI, 12. in quo posteriore loco *Vulgatus* habet *superbum*, abstracto posito pro concreto, quod etiam hebr. מֵחֵץ postulat. *Inc.* Ies. LI, 9. seu 10. - שַׁאֲנָן, *insolentia*, *ferocia*. *Symm.* Ies. XXXVII, 29.

'ΑΛΑΖΟΝΕΥ'Ω, et in Medio *'ΑΛΑΖΟΝΕΥ'ΟΜΑΙ*, *glorior*, *iacto me*, *sum ostentator*. הִתְהַדֵּר Hithp. *honorem mihi arrogo*. Prov. XXV, 6. *μὴ ἀλαζονεύου ἐνώπιον βασιλέως*, ne glorieris aut insolenter te geras coram rege. - הִתְחֹלֵל Hithp. *doloribus me conficio*. Iob. XV, 20. ubi *Symm.* pro מִתְחוֹלֵל legit sine dubio מִתְהַלֵּל cum He. - הִתְהַלֵּל, *glorior*. *Inc.* Ps. XLVIII, 8. Sap. II, 16. *ἀλαζονεύεται πατέρα Θεὸν*, ubi, ut recte monuit *Bretschneiderus*, *ἀλαζονεύεσθαι*, praeter *gloriandi*, etiam *mentiendi* notionem habet, quoniam mentiuntur, qui sese iactant, hoc sensu: *iactabunde mentitur*, *Deum patrem eius esse*. *Hesych.* *'Αλαζονεύεται*, *ὑπερηφανεύεται*. *Id.* *'Αλαζονεύεσθαι*, *ψεύδεσθαι*. *Ταραντῖνοι*. *'Αλαζὼν*, *ψεύστης*.

'ΑΛΑΖΩ'Ν, *gloriosus*, *iactabundus*. יָהִיר, *arrogans*. Hab. II, 5. *καταφρονητὴς ἀνὴρ ἀλαζών*. - שַׁחַץ, *elatio*, *ferocia*, ab arab. شخص *elatus fuit*. Iob. XXVIII, 8. *υἱοὶ ἀλαζόνων*. *Vulg.* *filii institorum*, h. e. *ostentatorum*, *iactatorum*, coll. *Quinotil.* lib. VIII. cap. 3. Vide alibi *αὐθάδης καὶ ἀλαζών*. *Hesych.* *'Αλαζὼν*, *ὑπερήφανος*, *ψεύστης*, *ἢ ἐπὶ ἄλης ζῶν*, *ὅ ἐστιν ἀλώμενος*. Sic enim scribendun putat *Bielius* cum *Suicero* pro *ἐπὶ ἄλης ζῶν*, *ὅ ἐστιν ἄλας*. *Etymol. M.* *'Αλαζὼν*, *ὁ ἀπατεὼν καὶ κομπαστὴς*, *ὁ ἐν ἄλῃ καὶ πλάνῃ καὶ ἐκ τοῦ περιϊέναι ζῶν*, *οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύματος*, *ἀλλ' ἀπὸ ἀπάτης*, *ὁ ἐπὶ πλέον τὰ ἑαυτοῦ κομπάζων*.

*'*ΑΛΑΙ'Ω*. Vox haec in *Bielii Thesauro* omissa legitur apud *Inc.* Thren. II, 22. pro hebr. טִפַּח, in Piel טִפַּח, quod ibi notat *manibus leniter superductis permulcere* s. *fovere*. *Montf.* putat, legendum esse *παλαίω*, *luctor*. Sed quid hic luctandi notio sibi velit, non video, nisi quis sensum ita constituere velit: *pro qua luctor*, *quam omnibus viribus meis defenao*. Si coniecturae locus esset, reponerem *ἀλεαίνω* aut *ἀλεάζω*.

'ΑΛΑΛΑΓΜΑ, *clamor exultantium*, *iubilatio*, vocabulum, ut videtur, fictitium ad sonum *ἀλαλά*. *מְחִיר *pretium*. Ps. XLIII, 12. *οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν αὐτοῦ*. E textu hebr. luculenter apparet, legendum esse *ἀλλάγμασιν* aut *ἀνταλλάγμασιν* aut *ἀνταλλαγμοῖς* (e coniectura *Robertsoni*) aut *ἀναλλάγμασιν*, ut et veteres quidam libri habent. *Vulg.* recte: *in commutationibus eorum*. Eandem lectionem quoque secuti sunt *Ambrosius* et *Apollinarius* in metaphrasi. *Diodorus*, qui eandem scripturam amplexus est, explicat *τὸ ἄλλαγμα* per *πρᾶσιν καὶ τιμὴν*, et recte quidem, cum مخر apud Ara-

bes de *mercatura* et *mercis pretio* in usu sit, quo verbo in *Glossariis Syro-Arabicis MSS.* τὸ ܡܓܕܐ explicatur. Eadem observatio valet quoque de *Theodotionis* versione, in qua legitur: οὐκ ἦν πλεόνασμα ἐν τῷ ἀλαλάγματι ἡμῶν. Cf. *L. Bos. prolegomena* c. 3. ad h. l. *Ringeltaube* ad h. l. confert aethiop. מחר Coni. X. *ingemuit*, *eiulavit*, quam notionem quoque ἀλαλάζειν habet. - רַעַם שָׂרִים, *tonitru principum*. Iob. XXXIX, 25. ubi nempe pro συναλάγματι, quod habet *Ald.*, et σὺν ἅλματι, quod legitur in *Vat.* et *Alex.*, e coniectura *Bielii* reponendum est σὺν ἀλαλάγματι. - תְּרוּעָה, *clangor*, *iubilatio*. Οἱ ἄλλοι 1 Sam. IV, 6. φωνὴ τοῦ ἀλαλάγματος.

ἈΛΑΛΑΓΜΟ'Σ, *clamor*, *speciatim exultantium*, *iubilatio*, et improprie *balatus ovium*. - יְלָלָה, *eiulatus*. Ier. XXV, 36. ἀλαλαγμὸς τῶν προβάτων. Scilicet ἀλαλάζειν notat *clamorem et sonum edere quemcunque*, non solum *ob rem laetam*, sed etiam *ob rem tristem*, et tunc *eiulare*, *lamentari*, *clamorem et sonum tristem edere* notat, ut legitur v. c. Marc. V, 3. 8. Non male itaque h. l. de ovibus ob defectum pabuli balantibus ac quasi eiulantibus adhibetur. Conf. *Lex. N. T.* s. v. ἀλαλάζω. - תְּרוּעָה, *clangor*, *iubilatio*. Ios. VI, 20. ἠλάλαξε πᾶς ὁ λαὸς ἀλαλαγμῷ πολλῷ, totus populus ingentem clamorem sustulit, ubi intellegendum est de clamore militum proeliantium, aut in concursu proterentium hostem, aut successum victoriae exultationis voce testantium. Vide *Schwebelium* ad *Onosandri Strateg.* p. 93. Psalm. XXVI, 11. XXXII, 5. καλῶς ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ, bene canite illi clamore laeto. Intellegenda hic est vociferatio populi acclamantis ac gratulantis. Ib. XLVI, 5. ἐν ἀλαλαγμῷ ascendit Deus, h. e. cum *iubilatione*. Ps. LXXXVIII, 15. ἀλαλαγμὸς de *clangore tubae* usurpatur, coll. CL, 5. ubi *Symm.* σημασίας habet. Ier. XX, 16. - Praeterea legitur apud *Aqu.* sec. *Procopium Cat. Nic.* p. 1335. Num. XXIII, 21. *Inc.* 2 Sam. VI, 15. *Aquil.* ac *Theodot.* Iob. VIII, 21. *Aquil.* Iob. XXXIII, 26. *Hesychius*: Ἐν ἀλαλαγμῷ, ἐν εὐφήμῳ βοῇ. Idem: Ἀλαλαγμὸς, ἐπινίκιος ὕμνος, ἡ εὔφημος βοή. *Lex. Cyrilli MS.* Ἀλαλαγμὸς, φωνή τις ἄναρθρος, σύμφωνος ἀλλήλοις τῶν ἐν πολέμοις συνασπιζόντων, συνυπηχούντων. Cf. *Phavorinum*, ubi eadem habentur, ac *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 177.

ἈΛΑΛΑ'ΖΩ, *clamorem et sonum edo quemcunque*, sive ob rem laetam, et tunc *in iubila erumpere* notat, sive ob rem tristem, et tunc per *eiulare*, *lamentari*, *clamorem et sonum tristem edere* vertendum erit. - *בָּכָה, *fleo*. *Esdr.* III, 12. sec. *Compl.* ἠλάλαξαν φωνῇ μεγάλῃ, ubi reliqui libri ἔκλαιον habent. - הֵילִיל Hiph. a יָלַל, *eiulo*. Ier. XXV, 34. ἀλαλάξατε ποιμένες, eiulate pastores, ubi alii libri habent ὀλολύξατε. Ib. XXVII, 3. - הֵרִיחַ Hiph. a רִיחַ, *odoror*. *Symm.* Iob. XXXIX, 25.

πόῤῥωθεν ἀλαλάξω (scribendum *ἀλαλάξει*) *πολεμικὸν*, quae sunt ipsa verba, quibus *Chrysostomus* in *Commentario* ad h. l. usus est. Si sana est haec lectio, *Symm.* יָרִיעַ loco יָרִיחַ legisse dubio caret, et יָרִיעַ h. l. notat: *vocem bellicam exultando emittet.* - הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ, *clango*, *vociferor.* Ios. VI, 20. *ἠλάλαξε πᾶς ὁ λαὸς ἀλαλαγμῷ μεγάλῳ.* 1 Sam. XVII, 20. *ἠλάλαξαν ἐν τῷ πολέμῳ.* 2 Par. XIII, 15. sec. *Compl.* Ps. XLV, 1. *ἀλαλάξατε τῷ θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως.* Ps. XCVII, 8. *ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως.* *Hesych.* *ἀλαλάξατε, ἀνυψώσατε τὴν φωνήν.* - הִשְׁמִיעַ Hiph. *facio audire.* Ez. XXVII, 30. *ἀλαλάξουσιν ἐπὶ σὲ φωνῇ αὐτῶν.* - *הִתְהַלֵּל, *glorior.* *Inc.* Ierem. XLIX, 4. - רָנַן, *canto.* *Inc.* (sine dubio *Theodotion*) Lev. IX, 24. *Theod.* Ies. XXVI, 19. - תָּקַע, *clango.* *Inc.* Ios. VI, 19. ubi tamen, ut recte monuit *Scharfenbergius* ad h. l., *Montf.* *ἠλάλαξαν* male retulit ad וַיִּתְקְעוּ, quod potius pertinet ad וַיָּרִיעוּ.

*ʼΑΛΑΛΕΌΜΑΙ. Hoc verbum, quod a *Bielio* aeque ac reliquis Lexicographis graecis omissum est, et *mutum* ac *linguae usu destitutum esse* notat, occurrit in versione *Aquilae* Ps. XXXVIII, 3. pro נֶאֱלַם, *obmutuit*, q. d. *lingua ligata est*, sec. *Vatic.* ab *Adlero* collatum in *Eichhorn.* *Repertorio Bibl. et Orient. Literat.* T. XIV. p. 188. e quo *Hexaplis* haec nota reddenda erit: - נֶאֱלַמְתִּי. *Α. ἠλαλήθην. Σ. ἄλαλος ἐγενόμην. Ο. ἐκωφώθη.* Eadem versio *Aquilae* tribuitur in eodem codice v. 10. eiusdem Psalmi, ubi idem vocabulum reperitur.

ʼΑΛΑΛΟΣ, *mutus.* אִלֵּם, *mutus.* *Aqu.* *Symm.* *Theod.* Prov. XXXI, 8. *ἀλάλῳ.* *Symm.* Hab. II, 18. LXX Ps. XXXVII, 14. *ὡσεὶ ἄλαλος, οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα αὐτοῦ.*

"ΑΛΑΛΟΣ ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ, *mutus fio.* נֶאֱלַם Niph. ab אָלַם idem. *Symm.* Ps. XXXVIII, 3. LXX Ps. XXX, 22. *ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια*, obmutescent labia falsiloqua.

*"ΑΛΑΛΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *mutus sum.* נֶאֱלַם idem. *Symm.* Ez. III, 28.

ʼΑΛΆΟΜΑΙ, ῶΜΑΙ, *erro*, *vagor*, hinc *ἀλώμενος*, *vagus*, *errabundus.* נֹדֵד part. Ier. XLIX, 5. *ὁ συνάγων τοὺς ἀλωμένους*, qui congregat errabundos. *Hesych.* *ʼΑλᾶται, πλανᾶται, πηδᾷ, ῥέμβεται.*

"ΑΛΑΣ, *sal.* מֶלַח, *idem.* Lev. II, 13. Deut. XXIX, 23. *θεῖον καὶ ἅλας κατακεκαυμένον*, sulphure et sale combustam. Iud. IX, 45. *ἔσπειρεν αὐτὴν ἅλας*, sale eam conspersit. Ezech. XLVII, 12. *εἰς ἅλας δέδονται*, redigentur in salsuginem. - *מְלַח Chald. *idem.* Esdr. IV, 14. et VI, 9.

ʼΑΛΆΣΤΩΡ, *qui perpetravit ἄλαστα*, *non obliviscenda*, *malignus*, *scelestus*, *exsecrandus*, etiam *daemon crudelis et sanguinarius.* 2 Macc. VII, 9. *σὺ μὲν ἀλάστωρ.* 4 Macc. IX,

24. *Alciphr.* III, 62. *Suidas:* ἀλάστωρ, πικρὸς καὶ φονικὸς δαίμων, τιμωρῶν καὶ ἀνεπίληστα ἔργα ποιῶν.

'ΑΛΓΕ'Ω, *doleo.* הֵחִיל Hiph. a חול, *parturio.* Ier. IV, 19. τὴν κοιλίαν μου ἀλγῶ, viscera mihi dolent. – חָשַׂךְ, *cohibeo.* Iob. XVI, 6. ubi לֹא יַחְשֹׂךְ כְּאֵבִי, *non prohibebitur dolor meus,* redduntur a LXX οὐκ ἀλγήσω τὸ τραῦμα, quod sensum prorsus contrarium efficit. Ex mea sententia vel haec verba, uti sequentia, interrogative accipienda sunt, hoc sensu: num propterea quiescet dolor vulneris, seu vulnerum mihi inflictorum? vel loco ἀλγήσω reponendum est ἀναλγήσω. – כָּאַב *doleo.* Iob. XIV, 22. et Ps. LXVIII, 34. πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμὶ ἐγώ. – צַר seq. לְ, *angustia alicui est.* 2 Sam. I, 26. ἀλγῶ ἐπὶ σὲ, ἀδελφέ μου.

'ΑΛΓΕΙ͂Ν ΠΟΙΩ͂, *dolere facio, dolore afficio.* הִכְאִיב Hiph. Iob. V, 18. αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, vulnera quidem infligit.

'ΑΛΓΗΔΩ'Ν, *acris dolor.* מַכְאוֹב, *idem.* Ps. XXXVII, 18. ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μου ἐστὶ, perpetuo dolore angor. 2 Macc. VI, 30. σκληρὰς ὑποφέρω κατὰ τὸ σῶμα ἀλγηδόνας μαστιγούμενος, duros sustineo in corpore dolores flagellatus. Ib. VII, 12. IX, 5. 9. ζῶντος ἐν ὀδύναις καὶ ἀλγηδόσι. Ib. v. 11. *Polyb.* XII, 25, 2.

"ΑΛΓΗΜΑ, *dolor et corporis et animi.* כְּאֵב, idem. Ps. XXXVIII, 3. τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη. – מַכְאוֹב, idem. Cohel. I, 18. προσθήσει ἄλγημα, auget sibi dolorem. Ib. II, 23. πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἀλγημάτων, omnes dies eius sunt dolores. *Ioseph. A. I.* XIX, 8, 2. pag. 951. *Diog. Laert.* X, 149.

'ΑΛΓΗΡΟ'Σ, *dolorificus, dolorem afferens,* i. q. λυπηρός. מָזוֹר, *vulnus, ulcus.* Ier. XXX, 11. – נַחְלָה part. Niph. foem. Ier. X, 18. et XXX, 12. ἀλγηρὰ ἡ πληγή σου, dolorem affert plaga tua. *Hesychius:* ἀλγηρὰ, λυπηρά. *Sturzius in l. de dialecto Maced. et Alex.* pag. 145. refert hanc vocem in numerum vocabulorum probabiliter Alexandrinorum, et qui alii hoc adiectivo usi sint, se non reperisse ingenue fatetur.

"ΑΛΓΟΣ, *dolor, tam corporis quam animi.* – מַכְאוֹב. *Aqu.* ac *Theod.* Ier. XXX, 15. LXX Ps. LXVIII, 31. Thren. I, 13. 19. Sir. XXVI, 7. ἄλγος καρδίας. 2 Macc. III, 17. τὸ κατὰ καρδίαν ἐνεστὸς ἄλγος. *Hesych.* ἄλγος, πένθος, πόνος.

"ΑΛΕΙΜΜΑ, *unguentum.* *מִשְׁחָה, *unctio.* *Aqu.* Lev. XXI, 12. – סוּךְ infin. a סוּךְ, *ungendo.* Dan. X, 3. ἄλειμμα οὐκ ἠλειψάμην. – שֶׁמֶן, *oleum.* Ies. LXI, 13. ἄλειμμα εὐφροσύνης.

'ΑΛΕΙΦΗ', *unguentatio, unctio.* טִיחַ, *tectorium.* Ez. XIII, 12. ποῦ ἐστιν ἡ ἀλειφὴ ὑμῶν, ἣν ἠλείψατε, ubi est litura, quam livistis.

'ΑΛΕΙ'ΦΩ, *ungo, oblino.* אָסוּךְ, *lecythus, vas olei.* 2 Reg. IV, 2. ὅτι ἀλλ' ἢ ὃ ἀλείψομαι ἔλαιον. *Complut.* habet: ἀλλ' ἢ ἀγγεῖον ἐλαίου ἐν τῷ οἴκῳ, ᾧ ἀλείψομαι. Coaluerunt hic duae versiones. Posterioris auctor legit אָסוּךְ, ante quod אֲשֶׁר supplendum esse existimavit. — טוּחַ, *oblino, obduco.* Levit. XIV, 43. et 48. ubi ἀπαλείφω et ἐξαλείφω in codd. permutatur. Ez. XIII, 10. 11. 12. 14. κατασκάψω τὸν τοῖχον, ὃν ἠλείψατε. Ib. v. 15. XXII, 28. - מָשַׁח, *ungo.* Gen. XXXI, 13. Ex. XIV, 12. Num. III, 3. - *מָשִׁיחַ. *Aqu.* 1 Sam. II, 25. ἠλειμμένου (ubi apud *Euseb.* lib. IV. *Dem. Evang.* c. 16. male legitur εἰλημμένου). Dan. IX, 26. Ps. II, 2. Vide *Wesselingii Obss.* p. 74. sq. - סוּךְ, *ungo.* Ruth. III, 3. 2 Sam. XII, 20. XIV, 2. Mich. VI, 15. Iudith. XVI, 6. ἠλείψατο τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἐν μυρισμῷ, unxit faciem suam unguento.

*"ΑΛΕΚΤΟΣ, *ineffabilis.* 3 Macc. IV, 2. ἄλεκτον πένθος. Ita enim legendum in Cod. *Alex.* loco impressi ἄδεκτον π. teste *Flam. Nobilio.*

'ΑΛΕΚΤΡΥΩ'Ν, *gallus.* זַרְזִיר, *accinctus.* Prov. XXX, 31. *Aqu.* et *Theodot.* Sc. זַרְזִיר מָתְנַיִם, *accinctus lumbis,* de omni alacri, generoso, strenuo ad militiam, et habili ad cursum aut venationem adhibetur. Unde laudati interpretes, quod Prov. l. l. de *equo* dicitur, ad *gallum* pro lubitu transtulerunt. Conf. *Fulleri Miscell. SS.* lib. V. c. 12. Chald. זרז etiam de *luctatore* et *adversario* adhibetur. — 3 Macc. V, 23. ἄρτι δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκέκραγε ὄρθριος, modo autem sub diluculum clamavit gallus. Sic aliis summum mane sive tempus, quod ante lucem et auroram labitur, a gallorum cantu describi solet. Vide *Iungermanni* notas ad *Pollucem* Lib. I. c. 8. segm. 71. *Berglerum Not.* ad *Alciphron. Epist.* p. 187. et alios laudatos *Bibl. Brem.* Class. VI. p. 1065.

'ΑΛΕ'ΚΤΩΡ, *gallus.* זַרְזִיר *accinctus.* Prov. XXX, 31. ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν ἐν θηλείαις. Vide supra s. v. ἀλεκτρυών.

"ΑΛΕΥΡΟΝ, *farina.* קֶמַח, idem. Num. V, 15. Iud. VI, 19.

'ΑΛΕ'Ω, *molo.* טָחַן, idem. Num. XI, 8. ἤλεον αὐτὸν ἐν ἐμμυλῶνι, sec. *Ald.* ubi in aliis libris ἀλήθω reperitur. Ies. XLVII, 2. ἄλεσον ἄλευρον, mole farinam, h. e. tanquam ancilla molestissimos labores perage. Conf. ad h. l. quae de ancillis molas olim trusantibus observant auctores citati *Wolfio* ad Matth. XXIV, 41. et ad Luc. XVII, 35. ac *Goetzium* de *pistrin. vett.* p. 190. seq. et 401. seq. *Inc.* seu *Hebraeus* sec. *Schol.* ed. *Bos.* Iob. XXXI, 10. ἀλέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἄλλῳ, *molat sane et uxor mea alteri,* de qua formula vide praeter *Schultensium* in *Commentario* ad h. l. *Goetzium* lib. cit. p. 193. seq. et infra s. v. ἀρέσκω.

'ΑΛΗ'ΘΕΙΑ, *veritas, fides, integritas, sinceritas.* *אוּרִים, *Urim, illuminationes,* plur. ex אוּר *ignis.* Ita *Trommius* in

Concordantiis ad h. v. adducto loco Deut. XXXIII, 8. Sed male: nam in loco laudato ἀλήθεια non hebraico אוּרִים respondet, sed potius voci תֻּמִּים, ut Exod. XXVIII, 26. et Lev. VIII, 8. Cf. infra s. v. תֻּמִּים. – אֱמוּנָה, *veritas, veracitas.* 2 Par. XIX, 9. ἐν ἀληθείᾳ, omni *fide.* Ps. XXXV, 5. ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν, veracitas tua in servandis promissis usque ad nubes pertingit. Sic legitur quoque Ps. XXXIX, 13. ubi est i. q. *benignitas,* coll. Ps. LXXXVII, 12. et LXXXVIII, 2. ac 24. Ib. v. 33. οὐ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου, *fidem* ei datam non fallam. Ps. CXVIII, 86. πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου ἀλήθεια, omnia praecepta tua fidem commendant. Ps. CXLII, 1. ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, attende ad preces meas supplices pro benignitate tua. Ies. XI, 5. – אֱמוּנִים plur. ex אֵמֻן, *verax.* Ps. XI, 1. ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, *fides* inter homines est sublata. Abstractum posuerunt pro concreto, nec male. Ies. XXVI, 2. – אֱמֶת, *veritas.* Gen. XXIV, 27. 48. ὅς εὐώδωσέ με ἐν ὁδῷ ἀληθείας, qui me recta via huc duxit. Ib. XLVII, 29. ἐλεημοσύνην καὶ ἀλήθειαν. Ios. II, 14. ἔλεος καὶ ἀλήθειαν. Iud. IX, 15. 16. ἐν ἀληθείᾳ, *bona fide.* Ibid. v. 19. ἐν ἀληθείᾳ ἐποιήσατε, recte vos gessistis. 1 Sam. XII, 24. δουλεύσατε αὐτῷ ἐν ἀληθείᾳ, colite illum *sincere.* Vide et 1 Reg. II, 4. III, 6. et 2 Reg. XX, 3. Neh. IX, 33. ἀλήθειαν ἐποίησας, rectum vel iustum fecisti. Prov. XI, 18. μισθὸς ἀληθείας, mercedis ac praemiorum proventus *certissimus.* – דַּךְ, *attritus.* Prov. XXVI, 28. γλῶσσα ψευδὴς μισεῖ ἀλήθειαν. Conferendum hic est arab. دكا *purum, verum esse,* pro quo hebr. זָכָה dicitur. – חָמָס, *violentia.* 1 Par. XII, 17. οὐκ ἐν ἀληθείᾳ χειρὸς, ubi tamen lectio ἀληθείᾳ est aperte vitiosa, et in ἀδικίᾳ mutanda, nisi quis illud οὐκ delere malit. Ex sententia *Tychsenii* legerunt אֱמֶת – יַצִּיב Chald. *verum, certum.* Dan. II, 8. ἐπ' ἀληθείας οἶδα ἐγὼ, certe novi ego. – יֵצֶר, *cogitatio.* Ies. XXVI, 3. ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας. Scilicet יֵצֶר in illo loco *pactum* notat, coll. arab. وصر, *foedus.* Nam verba *secandi* et potestate *paciscendi* apud Orientales pollent. – יָשָׁר, *rectus.* Iob. XXIII, 7. – מָגֵן, *scutum. Theod.* et LXX Ps. LXXXIII, 12. ὅτι ἔλεος καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ κύριος. Verba haec huc non pertinere quilibet videt. Referenda fortasse sunt ad Ps. LXXXV, 11. – מֵישָׁרִים plur. *rectitudines.* Ies. XLV, 19. – מִשְׁפָּט, *ius, iudicium.* Prov. VIII, 20. ἀνὰ μέσον τρίβων ἀληθείας ἀναστρέφομαι, per semitas *rectitudinis* seu *rectas* ambulans. – קְשׁוֹט Chald. *veritas.* Dan. II, 24. – תֹּם, *integritas.* Prov. XXVIII, 6. κρείσσων πτωχὸς πορευόμενος ἐν ἀληθείᾳ, melior est pauper isque *vir bonus ac probus,* coll. Prov. XIV, 2. ubi talis dicitur ὁ πορευόμενος ὀρθῶς. – תֻּמִּים *Thummim,* i. e. *perfectiones,* plur. ex תֹּם. Ex. XXVIII,

26. Lev. VIII, 8. Deut. XXXIII, 8. Rationes, cur LXX Intt. תֻּמִּים per ἀλήθειαν interpretati fuerint, bene exposuit *Sturzius* in l. de *dial. Maced.* et *Alex.* p. 97. Scilicet auctore *Aeliano V. H.* XIV, 34. ἀλήθεια fuit ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου, quod gestabat senior idemque princeps sacerdotum Aegyptiorum, et summus iudex. Sic quoque *Diodorus Sic.* I, 48. τὸν ἀρχιδικαστὴν describit ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύουσαν. et c. 75. ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον ἀλήθειαν, τῶν δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντο, ἐπειδὰν τὴν τῆς ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθεῖτο. Videtur ergo non solum veritatis, sed etiam iustitiae imago fuisse. Cui cum simile fuisse appareat illud, quod in pectorali summi sacerdotis Iudaeorum fuit, תֻּמִּים appellatum, factum esse videtur, ut LXX Intt. vocabulum illud hebraicum fere nomine ἀλήθεια redderent. Conf. *Is. Vossium* de *LXX Intt.* p. 50. *Marsham. Can. Chron.* p. 316. *Spencerum* de *legibus hebr. ritualibus* p. 1337. (ed. *Lips.* 1705. 4.) *Hodium* de *textibus Bibl. orig.* p. 113. Vide quoque quae contra *Witsium* in *Aegyptiacis* p. 253 - 261. disputavit *Fr. Sam. de Schmidt* de *sacerdotibus* et *sacrificiis Aegyptiorum* (Tub. 1768. 8.) p. 38 - 43. Adde Sir. XLV, 10. s. 12. ac 3 Esdr. V, 40. coll. Esdr. II, 63. Tob. IV, 9. ποιοῦντός σου τὴν ἀλήθειαν, agente te ex veritate, h. e. vere, integre, sincere, ubi vid. *Drusius.* Vide et Tob. XIII, 8. 3 Esdr. IV, 13. et 37. 38. ubi ἀλήθεια notat *id quod perenne est nec fluxum et caducum.* Opponitur enim ibi *bonis caducis.* Conf. *Loesneri Obss. in N. T.* p. 124. Vide tamen quae contra hanc explicationem disputavit *Bretschneiderus* p. 28. *Spicilegii*, qui maluit vocem conferre cum hebr. תֹּם, et vertere *perfectio* (sc. Dei) *summa*, ita ut intellegatur complexus virtutum summarum, inprimis sapientia, potentia et iustitia Dei iunctim spectatae, aut potius Deus ipse, cui adscribitur v. 34. creatio et gubernatio mundi. Sir. IV, 28. 31. ubi ἀλήθεια est vel *vera religio* (in qua significatione legitur quoque apud *Philonem* de *creat. princ.* p. 726. ed. *Mang.* de proselyto, qui a deastrorum cultu ad veri Dei cultum transierat, et dicitur μετανάστας εἰς ἀλήθειαν.) vel *verum, bonum, aequum et iustum,* ut quoque legitur in *Additam.* ad Dan. c. III, 27. 28. 31. ac Tob. III, 2. 5. Sirac. VII, 22. μὴ κακώσῃς οἰκέτην ἐργαζόμενον ἐν ἀληθείᾳ, ne mercede sua priva mercenarium, omni cum *fide* laborantem, ubi ἀλήθεια est i. q. πίστις, et notat *fidelitatem in negotiis peragendis.* In sequentibus enim eum vocat διδόντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, qui omnes vires rebus heri impendit. Sir. XLI, 19. ἀπὸ ἀληθείας θεοῦ καὶ διαθήκης, ubi pro ἀπὸ ἀληθείας, quod vulgo legitur, *Grotius* scribere malebat ἀπὸ λήθης, non male quoad sensum,

sed legendum melius *ἀπὸ ἀπειθείας θεοῦ καὶ διαθήκης*, sensu claro et perspicuo. 1 Macc. VII, 18. *οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ κρίσις*. 2 Macc. III, 9. *εἰ ταῖς ἀληθείαις ταῦτα οὕτως ἔχει*. Ib. VII, 6.

'ΕΝ 'ΑΛΗΘΕΙ'Αι, *in veritate*. אָמְנָם, *vere, revera*. 2 Reg. XIX, 17.

'ΕΠ' 'ΑΛΗΘΕΙ'ΑΣ, *in veritate*. אָמְנָם, *vere, revera*. Iob. IX, 2. XIX, 4. XXXVI, 3. Ies. XXXVII, 18. et Dan. II, 8. sec. *Chis*. Tob. IX, 9. *integro et puro animo*.

'ΑΛΗ'ΘΕΙΑΝ ΟΥ' ΜΗ' ΠΟΙΩ~, *veritatem seu rectum non facio*. נְכֹחוֹת עַוֵּל, *aequitates inique ago*. Ies. XXVI, 10. *ἀλήθειαν οὐ μὴ ποιήσῃ*. Recte quoad sensum.

'ΑΛΗΘΕΥ'Ω, *vera loquor, veritati studeo, recta facio, perficio*. אֱמֶת seq. אֵת, *veritas est penes aliquem*. Gen. XLII, 16. *εἰ ἀληθεύετε*, vos vera dixisse. – הִשְׁלִים Hiph. *compleo, perficio*. Ies. XLIV, 26. *βουλὴν τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἀληθεύων*, meorum legatorum effata *perficiam, ac ita veracitatem eorum confirmabo*. Sic et nos formula *wahr machen* in vita communi uti solemus. – מִשְׁפָּט (supple עָשָׂה) *ius facio*. Prov. XXI, 3. *ποιεῖν δίκαια καὶ ἀληθεύειν*. – נֹכָח Niph. a יָכַח, *arguor, erudior*. Gen. XX, 16. *πάντα ἀλήθευσον*; ubi pro וְנֹכָחַת legerunt in forma activa וְנֹכַחַתְּ. Sir. XXXIV, 4. *ἀπὸ ψεύδους τί ἀληθεύσει*; quomodo somniis, quae non sunt veri quid, quod vere sit eventurum, praesignificari potest?

'ΑΛΗΘΗ'Σ, *verus, certus, eventu comprobatus*. אֱמֶת *veritas*. Deut. XIII, 14. *καὶ ἰδοὺ ἀληθὴς σαφῶς ὁ λόγος γένηται*, quod si revera scelus hoc turpissimum inter vos patratum est: Ib. XVII, 4. 2 Paral. XXXI, 20. *ἐποίησε τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀληθές*, ubi *ἀληθὲς fidem in Deum* notat, ac est *probitas, virtus*. Prov. XXII, 21. Ies. XLII, 3. *εἰς ἀληθῆ ἐξοίσει κρίσιν*, religionis veritatem prorsus demonstrabit. Ib. XLIII, 9. et Dan. VIII, 26. – *חָכָה, *exspecto, praestolor*. Ies. LXIV, 4. *Hieronymus* in *Epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi* haec habet: „*LXX Interpretes multo aliter transtulerunt. A saeculo non audivimus neque oculi nostri viderunt Deum absque te, et opera tua vera, et facies exspectantibus te misericordiam.*" Erat igitur in graecis: *ἀπὸ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν εἶδον θεὸν πλὴν σοῦ, καὶ τὰ ἔργα σου ἀληθῆ, καὶ ποιήσεις τοῖς ὑπομένουσί σε ἔλεον*. Sed non animadvertit *Hieronymus*, primo, duas versiones in unam coaluisse. Nam alii ista יַעֲשֶׂה לִמְחַכֵּה לוֹ interpretati sunt: *καὶ* sive *ἃ* (ut habes apud *Iustinum* in *Dial. c. Tryph. Iud.* p. 124.) *ποιήσεις τ. ὑ. σ. ἔ.* Alii vero, qui legebant: לָךְ לִמְחַכֵּה וַעֲשֶׂה, hoc modo verterunt: *καὶ τὰ ἔργα σου ἀληθῆ*. Secundo observandum est, corrupta esse ista verba: *καὶ τὰ ἔργα σου ἀληθῆ*. Non enim est in textu hebr. *ἀληθῆ*. Itaque corrigendum est: *καὶ τὰ ἔργα σου, ἃ λήθει,*

h. e. *et opera tua, quae latent,* respondebuntque hebraeis: nam חָכָה etiam significat *latere exspectando.* Confer *Sam. Petiti Var. Lectt.* c. XIV. - חָכָם, *sapiens.* Iob. XVII, 10. οὐ γὰρ εὑρίσκω ἐν ὑμῖν ἀληθὲς, vera dicentem inter vos non reperio. Non male quoad sensum. - נָכוֹן part. Niph. a כּוּן, *firmus. Inc.* Ps. L, 12. LXX Gen. XLI, 32. ὅτι ἀληθὲς ἔστι τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τοῦ θεοῦ, ubi *Schol.* ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος, quae verba sine dubio sunt ex aliis interpretibus desumta. *Symm.* et LXX Iob. XLII, 7. 8. - צַדִּיק, *iustus.* Ies. XLI, 26. ἐροῦμεν, ὅτι ἀληθῆ ἐστιν: ubi tamen loco ἀληθῆ, *vera,* rectius legitur ἀληθής ἐστιν, iudice *Schultensio* in *Opp. Min.* p. 260. qui etiam ibidem multis docuit, arab. صدق notare *verum esse,* et صديق ac صادق *verum, veracem.* - קֹשְׁט, *certitudo.* Prov. XXII, 21. διδάσκω οὖν σε ἀληθῆ λόγον. - *מִן־קְשֹׁט, *a veritate,* Chald. Dan. II. 47. sec. *Chis.* - תּוּשִׁיָּה, *substantia.* Iob. V, 12. μὴ ποιήσουσιν αἱ χεῖρες αὐτῶν ἀληθὲς, manus eorum rem non conficient. - His addendus est locus Prov. I, 3. ubi LXX Intt. vocem צֶדֶק transtulerunt δικαιοσύνην ἀληθῆ, ac illud ἀληθῆ nihil habet in textu hebr., cui respondeat, secundum *scholion duorum Codd. Regiorum:* κατὰ δὴ ἑβραϊκὸν καὶ τοὺς λοιποὺς οὐ κεῖται τὸ ἀληθῆ. Igitur vel sententiae magis exornandae causa addidisse videntur LXX Intt. vel statuendum est, ἀληθῆ (τὰ) esse alius interpretis versionem, quae hic, ut saepe factum est, in textum versionis Alexandrinae irrepserit, e notione verbi צָדַק, quam in l. arab. habet, ubi صدق notat *verum, veracem esse.* Conf. *I. D. Michaelis Bibl. Orient.* T. IV. p. 40. Sap. I, 6. Deus appellatur τῆς καρδίας ἐπίσκοπος ἀληθὴς, i. e. qui verum semper videt, nec falli potest. *Hesych.* ἀληθὴς, δικαία καὶ δίκαιος.

'ΑΛΗΘΕ'ΣΤΑΤΟΣ superl. *verissimus.* Sap. VI, 17. ἀρχὴ γὰρ αὐτῆς ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία, ubi ἀληθεστάτη *admodum sincerum et non fucatum* notat, si cum ἐπιθυμία construitur, *verissimum* autem, si, quod alii volunt, ad antecedens ἀρχὴ refertur.

'ΑΛΗΘΙΝΟ'Σ, *verus, verax, integer, sincerus, rectus.* אֱמוּנָה, *veritas.* Ies. XXV, 1. et LIX, 4. οὐδέ ἐστι κρίσις ἀληθινὴ, neque est iudicium rectum et iustum. - אָמֵן, *veritas.* Ies. LXV, 6. - אֱמֶת, *veritas.* Ex. XXXIV, 7. deus dicitur ἀληθινὸς, h. e. *verax,* coll. Ps. LXXXV, 14. 2 Sam. VII, 28. οἱ λόγοι ἀληθινοὶ, coll. 1 Reg. X, 6. et 2 Par. IX, 5. Ier. II, 21. ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινὴν, ego plantavi te vitem fructiferam, totam veram, h. e. iuxta *Chrysost.* γνησίαν, *genuinam.* Cf. Ioh. XV, 1. Zach. VIII, 3. κληθήσεται ἱερουσαλὴμ πόλις ἀληθινὴ, *vocabitur* (h. e. erit) *Hierosolyma urbs vera,* h. e. nomini suo respondens, quae vere ita dici me-

retur, vel praestantissima. (Similiter *ἀληθινὸν στράτευμα* vocat *Xenophon Anab.* I, 9, 10. exercitum, qui vere exercitus dici meretur, h. e. praestantissimum.) Potest tamen quoque verti: *urbs veritatis, fidelitatis ac pietatis sedes.* – *גָּנַב, *furor, clandestine aliquid facio.* Iob. IV, 12. ubi pro וְאֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב, *et a me verbum furtive dictum est*, LXX habent: *εἰ δέ τι ῥῆμα ἀληθινὸν ἐγεγόνει ἐν λόγοις σου.* Sed lectio ibi est aperte vitiosa, et loco *ἀληθινὸν* reponendum videtur *λήθιον, clandestinum.* – טוֹב, *bonus.* Ies. LXV, 2. *οἳ οὐκ ἐπορεύθησαν ὁδῷ ἀληθινῇ*, qui non ambularunt in via recta, h. e. impie egerunt. – יַצִּיב Chald. *verum, certum.* Dan. II, 45. et VI, 12. – יָשָׁר *rectus, probus.* Iob. II, 3. *ἄνθρωπος ἄκακος, ἀληθινός, ἄμεμπτος.* Ibid. IV, 7. *ἢ πότε ἀληθινοὶ ὁλόῤῥιζοι ἀπώλοντο*, aut quando probi deleti sunt. Ib. VIII, 6. et XVII, 8. *θαῦμα ἔσχεν ἀληθινοὺς ἐπὶ τούτοις*, ad haec obstupescunt probi. – יֹשֶׁר, *rectitudo.* Iob. VI, 25. – נָקִי, *innocens.* Iob. XXVII, 17. – קְשׁוֹט Chald. *veritas.* Dan. IV, 34. – שָׁלֵם, *integer, perfectus.* Deut. XXV, 15. *στάθμιον ἀληθινὸν* et *μέτρον ἀληθινὸν*, pondus iustum et mensura iusta. Ies. XXXVIII, 3. *ἐπορεύθην ἐν καρδίᾳ ἀληθινῇ.* – שְׁתֻם *apertus.* Num. XXIV, 3. *φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινὸς ὁρῶν* sec. *Alex. Oxon. Ald.* et *Compl.* Sed vera lectio est *ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν*, quam exhibet *Vat.* Vide infra s. *ἀληθινῶς.* Eadem lectionis diversitas reperitur quoque ib. v. 15. – תָּמִים, *perfectus.* Deut. XXXII, 4. *θεός, ἀληθινὰ τὰ ἔργα σου.* Conf. supra s. אֱמֶת et שָׁלֵם. – 3 Esdr. VIII, 89. *κύριε, ἀληθινὸς εἶ*, h. e. interprete *Bretschneidero*, tu, o Domine, *benignus es.* In textu hebr. Esdr. IX, 15. est צַדִּיק, quod, ut צְדָקָה et *δικαιοσύνη*, saepius dicitur de *benignitate* ac *beneficentia*, ut docuit *Vorstius de hebr. N. T. ed. Fisch.* p. 57. seq. Postulare hanc notionem ibi videtur contexta oratio: sermo enim est de benignitate Dei, quae Israelitas, quanquam peccassent gravissime, tamen non penitus perdidisset. Sed seriei orationis conveniens quoque ibi est notio *veracitatis.*

ἈΛΗΘΙΝΩ͂Σ, vere, recte. שְׁתֻם עַיִן *apertus oculis*, aut *cui sunt aperti oculi, clare videns.* Num. XXIV, 3. 15. *ὁ ἀληθινῶς ὁρῶν* sec. *Vat. vates fide dignus* s. *verax.* Ita quoque *Onkelosus* et *Syrus. Scharfenbergio* in *anim.* ad h. l. LXX Intt. sensum secuti esse videntur, nisi quis, quod ipse etiam ingeniose coniicit, forte dixerit, eos h. l. intellexisse sic, ut שׁ putarent esse pronomen *qui*, additum nomini תֹּם, *veritas* sive *verus*, ac pro הָעַיִן *oculus* legerent participium עָיֵן *videns.* Mihi vero respexisse videntur arab. سَتَمَ *verus, dignus, nobilis fuit.* Ergo verax oculis, qui, ut sunt, omnia

videt, et futura veracissime annunciat. Adde Tob. XIV, 6. Sir. XLII, 2. 11.

'*ΑΛΗΘΩ͂Σ*, *vere*, *recte*. *אַמָּה, *cubitus*, *mensura*. Ier. LI, 13. Legerunt אֻמָּה pro אַמָּה. - אָמֵן, *verus*, *certus*. Ier. XXVIII, 6. - אֱמוּנָה, *veritas*. Gen. XX, 12. Ios. VII, 20. - אָמְנָם, *veritas certissima*. Ruth. III, 12. - אֻמְנָם idem. Gen. XVIII, 13. 1 Reg. VIII, 27. 2 Par. VI, 18. Ps. LVII, 1. - אֵפוֹא, *iam*, *nunc*. Ex. XXXIII, 16. ubi non aliter legisse, sed paulo liberius vertisse censendi sunt. - יַצִּיבָא, *veritas*, *Chald.* Dan. III, 25. - צְדָא *Chald. de industria.* Dan. III, 14. Adde 2 Macc. III, 38.

'*ΑΛΗ'ΘΩ*, *molo.* טָחַן, idem. Num. XI, 8. ubi pro ἤληθον, quod habent reliqui libri, sola *Aldina* ἤλεον exhibet. Iud. XVI, 22. *Phrynich.* pag. 58. ἀλεῖν ἐρεῖς, οὐκ ἀλήθειν. *Thom. Mag.* pag. 31. ἀλεῖς, οὐκ ἀλήθεις. Recte, iudice *Sturzio* in libro de *dial. Maced. et Alex.* p. 145. Nam ἀλήθειν habent tantum scriptores aetatis recentioris, v. c. *Diodor. Sic.* III, 13 et 14. *Theophr.* de *caus. plant.* IV, 14. *Lucillius* in *Brunckii Analectt.* Tom. II. pag. 326. n. 47. et *Aphthonius* fab. 15.

'*ΑΛΗ'ΘΟΥΣΑ*, part. foem. *molitrix.* טַחֲנָה *molitio* seu *mola.* Cohel. XII, 4. Legerunt טֹחֲנָה. Ita quoque *Syrus.*

'*ΑΛΗ'ΘΟΥΣΑΙ*, *molitrices.* טֹחֲנוֹת, *dentes molitrices.* Cohel. XII, 3. ἤργησαν αἱ ἀλήθουσαι, feriabuntur ancillae molitrices.

*'*ΑΛΗΚΤΟΣ*, *indesinens*, *nunquam cessans.* Adiectivum hoc a *Bielio* omissum reperitur 3 Macc. IV, 2. ἄληκτον πένθος, *luctus indesinens.* Sic enim legunt *Alex.* et *Compl.* pro ἀνήκεστον πένθος, *luctus intolerabilis. Lucian. de Gymn.* T. II. p. 891. ed. *Reitz.* σπουδὴ ἄληκτος τῆς νίκης, et *de Dips.* T. III. p. 237. ὀδύνας ἀλήκτους. *Hesych.* ἄληκτον, ἀκατάπαυστον. Vide *Bretschneideri Spicil.* p. 29.

'*ΑΛΙΑΙ'ΕΤΟΣ* aut, ut etiam scribi potest, '*ΑΛΙΑ'ΕΤΟΣ* (quemadmodum quoque ἀετὸς et αἰετὸς scribitur), *aquila marina.* עָזְנִיָּה, proprie *pennipotens* seu *valeria*, *aquila nigra minor* sec. *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. 2. c. 6. Lev. XI, 13. γρύπα καὶ τὸν ἁλιάετον. Deut. XIV, 12. *Gloss. Brem.* 'Αλιάετος (sic enim legendum censet *Bielius* pro 'Αλίετος), ὄρνεον, ὅπερ περὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων διατρίβει. *Gloss. in Octat.* 'Αλιάετος, ὄρνεον, ὃ παρ' ὕδατων τρέχει.

*'*ΑΛΙ'ΕΤΟΣ*, *aquila marina.* עָזְנִיָּה. v. s. v. ἁλιάετος. Deut. XIV, 12. sec. cod. *Alex.* Sed rectius sine dubio in reliquis libris scribitur ἁλιαίετος seu ἁλιάετος, quod vide supra.

'*ΑΛΙΕΥ'Σ*, *piscator.* דָּג, *piscis.* Iob. XL, 26. ἐν πλοίοις ἁλιέων. Scilicet loco דָּגִים *piscium* legerunt דַּיָּגִים *piscatorum. Symm.* habet ἰχθυοφόροις. - דַּיָּג, *piscator.* Ez. XLVII,

11. – דַּיָּג idem. Ies. XIX, 8. Ier. XVI, 15. ubi ἁλιεῖς metaphorice de *hostibus diripientibus et captivantibus* adhibetur. Vide s. v. ἁλιεύω.

ἉΛΙΕΥ'Ω, *piscor*, et metaphorice *hostiliter diripio, et captivum abduco.* דוּג idem. Ierem. XVI, 15. ἁλιεύσουσιν αὐτούς.

ἉΛΙ'ΖΩ, *salio, sale conspergo, sale condio.* מָלַח, idem. Lev. II, 13. Ez. XVI, 4. οὐδὲ ἁλὶ ἡλίσθης. *Symm.* Ies. LI, 6. ἁλίσουσιν pro נִמְלָחוּ h. e. salis modum imitabuntur, seu, ut habet *Hieronymus: in salis modum conterentur. Vulg. liquescent.* Vide ad h. l. *Montf.* et quae a me notata sunt in *Lexico N. T.* s. v. ἁλίζω n. 3. Loco ἁλίσουσιν fortasse legendum est ἀλίσονται, h. e. *destruentur.* Conf. *Homer. Il.* π', 737. *Od.* ε', 104. – *מְלַח, Chald. idem. Esdr. IV, 14. ἅλας τοῦ ναοῦ ἡλισάμεθα, sale palatii saliti sumus, h. e., ut recentiores recte transtulerunt, salarium de regis palatio percipimus, aut salario regio fruimur. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. L. I. c. 7. §. 4. ac *Zornii Bibl. Antiqu. Exeget.* T. I. pag. 496.

ἉΛΙΚΟ'Σ, *salsus* sive potius *maritimus.* שִׂדִּים *Siddim.* Gen. XIV, 3. secundum libros nonnullos, ut notavit *L. Bos*, ad quem locum *Kreyssigius* in *Symbolis* P. II. p. 10. haecce notavit: Haec quoque vox, nisi fallor, inducenda, atque cum codd. *Vat.* et *Alex.* pro ἁλικὴν legendum ἀλυκὴν, ut v. 8. et 10. quam quidem versionem nominis שִׂדִּים ex sequenti membro desumptam putat *Rosenmüllerus* in *Scholiis* ad h. l. Si coniecturas locus daretur, v. 3. ἁλικὴν sive ἀλυκὴν mutarem in ἀλσικὴν, atque v. 8. ἀλσικῇ pro ἀλυκῇ, ac v. 10. ἀλσικὴ pro ἀλυκὴ reponerem, ab adiectivo recens conficto ἀλσικὸς, i. q. ἀλσώδης, *sylvester, nemorosus. Symmach.* certe et *Theodotion* v. 3. et 8. atque haud dubie etiam v. 10. הַשִּׂדִּים verterunt τῶν ἀλσῶν, literisque transpositis et paululum immutatis legerunt חֳרָשִׁים *silvarum*, unde *Vulgatus* quoque *vallem silvestrem* reddidit. Vide *Scharfenb. anim.* ad h. l. Tantum igitur abest, ut τῶν ἀλσῶν, quod *Symmacho* et *Theodotioni* tribuitur, recte mutaverint *Drusius* in τῶν ἁλῶν, et *Vallarsius* in τῶν ἀκτῶν, ut *Alexandrinus* etiam, nostra coniectura admissa, eandem cum illis lectionem versione sua expresserit.

ἉΛΙΜΑΖΟΝΕΙ'Σ, *Alimazones*, nomen populi. לַמַּחֲנֶה, *in castra.* 2 Par. XXII, 1. ubi LXX procul dubio aliter legerunt, ac hodie in textu hebraico scriptum est. Ita *Bielius.* Mihi autem haec vox ex ipso hebraico graecis literis scripto orta esse videtur. Alii habent Ἀμάζονες, alii ἐν τῇ παρεμβολῇ.

"ΑΛΙΜΟΣ, *maritimus, siccus, aridus.* Hinc:

"ΑΛΙΜΑ, *marina* vel *salsa loca.* חֲרֵרִים plur. *siccitates.* Ier. XVII, 6. ἐν ἁλίμοις, sc. τόποις, in locis aridis. *Gloss. MS.*

in *Ierem.* Ἐν ἀλύμοις (scr. ἁλίμοις), ἐν ξηρότητι. *Hesychius:* ἅλιμον, παραπλήσιον θαλάσσῃ γινόμενον. Idem: Ἀλίμοις καὶ ἁλίμοις (sic enim legendum censet *Bielius* pro Ἀλισμοῖς καὶ ἁλιμοῖς), βοτάναις δενδροειδέσι ἐπὶ θάλασσαν ἢ ξηροῖς τόποις. Posteriori interpretatione ad Ierem. l. c. respexisse videtur. Conf. *Salmasii Exc. Plin.* p. 772.

ἍΛΙΜΟΣ, *famem pellens*, unde Ἄλιμον, *alimum*, est *arbuscula* s. *fruticetum rhamno persimile, sed sine spinis* s. *aculeis, conficiendis sepibus aptissimum, cuius folia devorata famem sedant atque compescunt*, unde illi nomen, ex α privat. et λιμὸς, *fames*, quod eius morsu sistatur fames. Aliis hoc fruticum genus sic dictum videtur, quod nascatur in maritimis, q. ἅλιμα. מַלּוּחַ *salsilaginosa herba*. Iob. XXX, 4. οἱ περικυκλοῦντες ἄλιμα, decerpentes frutices salsuginosos. Scilicet pro περικυκλοῦντες reponendum ibi est περικλῶντες, ut bene legendum censent *Is. Vossius* de *LXX Intt.* p. 63. *Drusius Quaest. hebr.* lib. I. c. 17. et *Bochartus Hieroz.* P. I. l. III. cap. 16. T. II. pag. 227. quibus tamen in eo non assentior, quod pro ἄλιμα cum spiritu leni ἅλιμα cum spiritu aspero reponendum esse existimant. *Cappello* deformata haec vox esse videtur ab hebr. מַלּוּחַ per literarum inversionem. *Chrysostomus* in *Catena* ad h. l. Ἄλιμα βοτάνη τίς ἐστιν, ὥς φασὶ, ταχὺ πληροῦσα τὸν ἐσθίοντα καὶ κόρον ἐμποιοῦσα. — *שֹׁרֶשׁ רְתָמִים, *radix iuniperorum.* Iob. XXX, 4. ἄλιμα ἦν αὐτῶν τὰ σῖτα. Versu seq. idem repetitur, et redditur per ῥίζαν ξύλων, pro quo *Symm.* ῥίζαν σίτων ἀγρίων habet. *Suidas:* Ἄλιμον, βοτάνη δενδροειδὴς παρὰ θάλασσαν, πληθυντικὰ δὲ τὰ ἄλιμα, ἔστι δὲ γεννητικὸν γάλακτος καὶ σπέρματος. Cf. quoque *Hilleri Hierophyt.* P. I. c. 56. et *Salmasii Exerc.* p. 122. et 772.

ἉΛΙΣΓΈΩ, *contamino, polluo.* גָּאַל idem. Mal. I, 7. προσάγοντες ἄρτους ἠλισγημένους, (ubi in margine cod. *Barber.* est scholion: μεμολυσμένους. *Hesych.* ἠλισγημένους, μεμολυσμένους, ἠρτυμένους.) ἐν τίνι ἠλισγήσαμεν αὐτούς; ubi pro ἠλισγήσαμεν αὐτοὺς in Cod. *Alex.* et *Vatic.*, ut respondeat hebr. גֵּאַלְנוּךָ, reponendum est ex *Compl.* ἠλισγήσαμέν σε: ut quoque habet *Vulg. polluimus te.* Conf. *Fischeri Proluss.* de *verss. graecis V. T.* p. 192. Eodem iudice verba τράπεζα κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶ, quae eodem versu inferius extant, aliena sunt, et huc e v. 12. migrarunt. — הִתְגָּאֵל *me polluo.* LXX sec. *Chis.* Dan. I, 8. ὅπως μὴ ἀλισγηθῇ. *Theod.* ὡς οὐ μὴ ἀλισγηθῇ ἐν τῇ τραπέζῃ τοῦ βασιλέως, ne pollueretur mensa s. cibis regis, ubi *Schol.* per μιανθῇ explicat. Recta a VV. DD. monitum est, huc pertinere glossam *Hesychii:* Ἀλισγηθῇ, συνεστιαθῇ, aut, ut *Heinsius* ad Act. XV, 20. legere mavult, συνεστιασθῇ, *una comederet.* Idem habet: Ἀλίσγοντες, μολύνοντες, μιαίνοντες. *Sopingius* substituit ἀλισγοῦντες, quod minus necesse videtur. Ἀλίω idem est ac κυλίω, *volvo.* Hinc *Macedones*

et *Alexandrini* formarunt duplex verbum, ἀλίσγω et ἀλισγέω, quod pr. est *volvendo et versando inquino sordibus vel pulvere.* Conf. *Spencerum de legibus hebr. ritualib.* p. 696 sequ. *Scharfenbergium* ad Dan. p. 7. ac me in *Lex. N. T.* s. v. ἀλίσγημα. Adde Sir. XL, 29.

ἉΛΙ'ΣΚΩ, *capio, prehendo, deprehendo, convinco, damno.* בּוּז, *sperno.* Prov. VI, 30. οὐ θαυμαστὸν, ἐὰν ἁλῷ τις κλέπτων. Ita *Bielius Trommii* auctoritatem male secutus. Nam voci θαυμαστὸν in versione Alex. potius respondet יָבוּזוּ, et verba ἁλῷ τις κλέπτων referenda sunt ad גָּנַב, in cuius vocis translatione pro more suo, nec male paraphrasi usi sunt. - הִכָּה, Hiph. a נָכָה, *percutio.* Ez. XXXIII, 21. ἑάλω ἡ πόλις, capta est urbs. Vide et ibid. XL, 1. μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν. Bene quoad sensum. Sic *Aelian. V. H.* III, 22. ὅτε ἑάλω τὸ Ἴλιον, *cum captum est Ilium.* - הִרְשִׁיעַ Hiph. *condemno.* Ex. XXII, 9. ὁ ἁλοὺς διὰ τοῦ Θεοῦ ἀποτίσει διπλοῦν, convictus vel damnatus per Deum reddet duplum. Confer *Perizonii* not. ad *Aelian.* V. H. XI, 6. *Hesych.* Ἁλοὺς, πιασθεὶς, ληφθείς. - חָלָה, *aegroto.* Ies. XIV, 10. σὺ ἑάλως, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς; ubi sensum secuti sunt, non verba: qui enim captus est, est quoque viribus attritus, ac mors apud Orientales haud raro sub imagine venatoris sistitur. - חָפַשׂ, *scrutor, pervestigo.* Prov. XXVIII, 12. ἐν δὲ τόποις ἀσεβῶν ἁλίσκονται ἄνθρωποι. *Iaegero* ad h. l. legisse videntur חָפַשׂ, unde est εὐάλωτος c. XXX, 28. quanquam notio *investigandi* cum *deprehendendi* notione interdum per emphasin connexa est, ut c. XX, 27. - טָרַף, *rapio, capio praedam. Aqu.* Ps. XXI, 14. Idem Ps. XXVII, 14. - לָכַד, *capio.* Prov. VI, 2. ἁλίσκεται, *obstrictus est.* Ibid. XI, 6. ἁλίσκονται, *miseri redduntur, in pericula incident.* Ies. VIII, 15. XXIV, 18. XXVIII, 13. κινδυνεύσονται καὶ ἁλώσονται. Ierem. VIII, 9. ἐπτοήθησαν καὶ ἑάλωσαν, perterriti et capti sunt. Vid. et Ierem. LI, 56. *Hesychius:* Ἑάλωσαν, ἐλήφθησαν, ἡττήθησαν, ἀπέπεσον. Ier. L, 2. ἑάλωκε βαβυλῶνα, capta est Babylon, coll. v. 9 et 24. Ier. LI, 41. πῶς ἑάλω καὶ ἐθηρεύθη τὸ καύχημα πάσης τῆς γῆς; quomodo occupata et capta est gloria omnis terrae? *Hesychius:* Ἑάλω, ἐκρατήθη, ἠλέγχθη. Zach. XIV, 2. ἁλώσεται ἡ πόλις, capietur urbs. Vide et *Symm.* Cohel. VII, 27. *Hesych.* Ἁλώσεται, ληφθήσεται, πολεμηθήσεται. - מָצָא, *invenio*, etiam *deprehendo.* Deut. XXIV, 7. ἐὰν δὲ ἁλῷ ἄνθρωπος κλέπτων, si fur aliquis in flagranti (ἐπ' αὐτοφώρῳ) delicto deprehendatur. coll. Prov. VI, 31. et Ier. II, 26. Ies. XIII, 15. XXII, 3. *Hesych.* Ἁλῶ, ληφθῶ, πιασθῶ. Conf. *Aelian.* V. H. XII, 12. et XIII, 24. - פָּקַד, *visito.* Ies. XXVII, 3. ἁλώσεται γὰρ νυκτός. Respexerunt notionem *puniendi*, quam vox פָּקַד haud raro habet, ac libere transtulerunt. - קָמַט in Pyhal. *constrictus sum vinculis. Symm.* Iob. XXII, 16. non male quoad

sensum, nam qui capitur, is etiam fere vinculis constringitur: et sermo h. l. est de iis, qui ad supplicium constringuntur. - שַׂר, *princeps.* Ies. XXXI, 9. ὁ δὲ φεύγων ἁλώσεται, de qua versione iudicent me peritiores. - *תָּמַם, *perficio, finio, consumo.* Ies. XXXIII, 1. ἁλώσονται οἱ ἀθετοῦντες. Libere verterunt ac sensum non male expresserunt. - תָּפַשׂ, *capio.* Ez. XVII, 20. et XXI, 24. Sir. XXIII, 6. ὁ φυλάσσων οὐ μὴ ἁλῷ, scil. τῇ γλώσσῃ, qui praecepta mea observat, non capietur h. e. punietur lingua sua. Ibid. XXVII, 27 et 30. παγίδι ἁλώσονται.

'ΑΛΙΤΗ'ΡΙΟΣ, *peccator*, *flagitiosus*, *sceleratus*, i. q. ἀλιτηρός. 2 Macc. XII, 23. συγκεντῶν τοὺς ἀλιτηρίους. Ibid. XIII, 4. et XIV, 42. *Hesychius:* 'Αλιτήριος, ἁμαρτωλὸς, τελωνίτης, θανάτου αἴτιος καὶ ἔνοχος. Confer quoque *Suidam* s. v. ἀλιτηροῦ. *Schol. Soph. Oed. Col.* v. 384. ἀλιτηροῦ, μιαρᾶς. *Polyb.* XXXII, 21, 3.

*'ΑΛΙΩΤΟ'Σ. Iud. XVI, 7. pro אֲשֶׁר לֹא־חֹרָבוּ, *qui non exaruerunt* aut *aridi sint*, *Aquilae* in *Hexaplis Origenianis* tribuitur ἀλιωτοῖς. Vox dubia iudice *Montfauconio*, quam etiam versione non expressit. *Semlerus* in *Apparatu ad liberalem V. T. interpretat.* p. 303. vocem hanc mutandam censuit in ἀναλώτοις, *incorruptis, non consumtis vetustate*, i. q. μὴ διεφθαρμέναις, quod in quibusdam versionis *Alex.* libris legitur. *Scharfenbergius* vero in *animadvv. Spec.* II. p. 76. hanc interpretationem ab *Aquilae* ingenio alienam ratus, suspicatus est, olim scriptum fuisse χλωροῖς, quo *Aquila* aut alius, nescio quis, Intt. vett. non inepte, sive χλωροῖς explices *recentibus*, sive *humidis*, (*Hesych.* χλωρὸν, ὑγρὸν) vocabulum antecedens לַחִים expresserit. Iure meritoque tamen huius emendationis audacia displicuit *Doederleinio* in *Bibl. Theol.* Vol. II. p. 35. His nuper *Kreyssigius* in *Symbolis ad Bielium* P. II. p. 11. aliam addidit coniecturam. Existimat enim, vocabulum καλωδίοις, quod v. 11. legitur, etiam h. l., velut in Cod. *Oxoniensi* κλήμασι, pro νευραῖς s. νευρίαις in libro quodam manuscripto extitisse, et margini alius codicis additum librarii stupore in notam hexaplarem: 'Ακ. ἀλιωτοῖς, abiisse. His quid addam, in praesenti non habeo.

'ΑΛΚΗ', *robur*, *vires*. *מֶשֶׁל, *potestas.* Dan. XI, 4. sec. *Chis.* οὐ κατὰ τὴν ἀλκήν αὐτοῦ. Monente *Kreyssigio* in *Symb.* ad *Bielium* P. II. p. 12. ridicule erravit h. l. *Segaarius*, qui haec verba ad וְלֹא לְאַחֲרִיתוֹ, *neque tamen inter posteros eius*, ab interprete *Alexandrino* praetermissa, retulit, atque hanc versionem vel ex alia lectione profectam esse, vel eius auctorem vocabulum ἀλκαία, quae *caudam*, eximie leonis, notat, in mente habuisse, opinatus est, neque vidit, verba οὐδὲ κατὰ τὴν κυρείαν αὐτοῦ ex versione *Theodotionis* in *Alexandrinam* irrepsisse. Sir. XXIX, 16. δόρυ ἀλκῆς, *hasta firma*

et valida. 2 Macc. XII, 28. *συντρίβοντας τὰς τῶν πολεμίων ἀλκάς*, infringentes hostium robur ac potestatem. *Hesych.* *Ἀλκή, δύναμις, ἰσχὺς, ἡ ἀλέξησις, ἡ μάχη. Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι.*

"ΑΛΚΙΜΟΣ, fortis, potens, robustus. Hieronymus Ep. 136. *Saddai* (שַׁדַּי) *Aquila interpretatur ἄλκιμον, quod nos robustum et sufficientem ad omnia perpetranda possumus dicere.* Locus, quem *Hieronymus* in mente habuit, est ex sententia *Zimmermanni* sine dubio Iob. VI, 4. quanquam ibi eidem τοῦ ἱκανοῦ tribuitur, quod ad Ezech. I, 24. pertinere videtur, ubi *Hier.* Saddai, *Aquila, Symm. Theod.* ἱκανὸν transtulerunt. Vide *Drusium* in *Fragm.* p. 570. Est ab ἀλκή, quod *Hesychio* est *δύναμις, ἰσχύς.*

'ΑΛΛΑ', sed, profecto, nisi. אֲבָל, *certe, utique.* Arab. بل *sed, at vero.* 2 Par. II, 4. *ἀλλὰ κιβωτὸν τοῦ θεοῦ ἀνήγαγε*, arcam *vero* Dei transtulerat. Esdr. X, 13. – אָכֵן, *sane, utique.* Iob. XXXII, 8. – *בְּרַם Chald. *veruntamen.* Dan. II, 28. sec. *Chis.* – יַחְדָּו, *simul.* Ies. XLIII, 17. – כִּי אִם, *nisi.* Num. X, 30. *οὐ πορεύσομαι ἀλλ' εἰς τὴν γῆν μου*, non ibo, nisi in terram meam. Vide et Num. XXXV, 33. – לָהֵן Chald. *nisi.* Dan. II, 11. – עַתָּה, *nunc.* 1 Sam. XV, 30. – *רַק, *tantum.* Ios. XI, 13. ubi *Oxon.* πλὴν habet. – Caeterum legitur quoque haec vocula apud LXX Ies. XXX, 10. ante *ἡμῖν λαλεῖτε*, ubi nihil ei respondet in textu hebraico. Nisi statuere velimus, eos hanc particulam de suo addidisse, ac post ἀλλὰ *ἡμῖν λαλεῖτε* excidisse adiectivum aliquod, v. c. *λεῖα*, pro ἀλλὰ vel legendum est ἄλλα (*alia*, h. e. *diversa ab iis, quae vobis visione revelata sunt*, seu *falsa*), vel scribendum est *λεῖα*, ut respondeat hebr. חֲלָקוֹת, quod alias prorsus omissum esset. Sir. XXXVI, 1. *ἀλλ' ἐν πειρασμῷ, καὶ, nisi* in tentatione, *sed.* 1 Macc. X, 56. *ἀλλ' ἀπάντησον εἰς Πτολεμαΐδα, igitur* obviam mihi veni ad Ptolemaida. Est enim ἀλλὰ h. l. exhortandi particula. Nec desunt huius loquendi usus exempla in scriptoribus graecis, v. c. *Herodot.* lib. I. p. 5. *ἀλλὰ κεῖνόν γε δεῖ ἀπόλλυσθαι, itaque* illum interire opus est. *Aristoph. Thesmoph.* v. 223. *ἀλλ' πρᾶττ', εἰ σοὶ δοκεῖ, igitur* fac, si tibi videtur. Idem in *Pace* v. 570.

'ΑΛΛ' "Η, sed, veruntamen, quam, nisi. אֲבָל, *certe, utique*, etiam *sed* ex usu l. ar. Vide supra s. v. ἀλλά. 2 Par. XIX, 3. Dan. X, 7. 21. – אַךְ, *at vero, certe, tantummodo*, 1 Sam. XXIX, 9. – אֶפֶס, *nisi, tantummodo.* Num. XIII, 29. et XXIII, 13. coll. 1 Sam. III, 5. – וּבְעֵת, *et in tempore.* 2 Par. XXVIII, 22. – וְזוּלָתִי, *praeterquam.* Deut. IV, 12. *ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε, ἀλλ' ἢ φωνήν.* – כִּי. Ez. XXVI, 10. – כִּי אִם. Ps. I, 2. 4. Ies. XLII, 19. Esth. V, 12. ubi *ἀλλ' ἢ nisi.* V. Matth. XX, 23. Marc. X, 40. et *Bergler.* ad *Aristoph. Equ.* 777.

Vide et Ps. CXXXII, 1. ubi pro ἀλλ' ἢ nihil κατὰ τὸ ῥητὸν in textu hebraico legitur.

'ΑΛΛΑ' ΚΑΙ', *sed etiam.* אַךְ, *veruntamen.* 1 Sam. XVI, 6.

'ΑΛΛΑ' ΜΗ'Ν, *sed utique.* *אוּלָם, *vere. Symm.* Mich. III, 8. - כִּי עַתָּה, *sed nunc. Theod.* Iob. VI, 21.

*'ΑΛΛΑ' ΝΥ'Ν, *sed nunc.* וְאִם־לֹא אֵפוֹ, *et si non, ubinam. Inc.* Iob. XXIV, 25. ubi LXX εἰ δὲ μὴ, *alioquin*, habent.

'ΑΛΛ' ΟΥ'ΔΕΙ'Σ, *certe nullus.* לֹא אֶחָד, *non unus.* Iob. XIV, 4.

*'ΑΛΛΑ' ΠΡΟ'Σ ΤΟΥ'ΤΟΙΣ, *sed praeterea.* אַף. *Inc.* Ps. XLIII, 10. - Vide alibi: "Ὅτι et Οὐ.

'ΑΛΛΑΓΗ', *mutatio, commutatio, permutatio.* חֲלִפוֹת, *vicissitudines. Inc.* Iud. XIV, 12. ἀλλαγαὶ στολῶν. V. infra s. v. ἀλλασσόμενοι. *Aqu.* Ps. LIV, 20. ubi ἀλλαγὴ sensu morali de *emendatione* ac *mutatione in melius* accipiendum erit. Conf. infra s. v. ἀλλάσσω. Sap. VII, 19. τρόποιν ἀλλαγὰς, vicissitudinum seu conversionum permutationes: nam loco τρόπων legendum est h. l. τροπῶν, ut infra docebitur. *Hesych.* ἀλλαγὴν, ἀμοιβήν.

"ΑΛΛΑΓΜΑ, *commutatio, permutatio, pretium.* חֲלִיפָה, *permutatio, vicissitudo. Aqu.* et *Theod.* Iob. XIV, 14. - כֹּפֶר, *redemtionis pretium.* Ies. XLIII, 3. ἐποίησε ἄλλαγμά σου αἴγυπτον, dabit Aegyptios tui *piaculum.* Amos V, 12. λαμβάνοντες ἀλλάγματα, ubi vid. *Montf.* - מְחִיר, *pretium. Aqu.* et *Symm.* Ies. LV, 2. LXX Deut. XXIII, 19. οὐδὲ ἄλλαγμα κυνὸς, neque pretium ex vendito cane, h. e. *vilissimum.* 2 Sam. XXIV, 24. κτήσομαι περὶ σοῦ ἐν ἀλλάγματι, pretio soluto a te emam. Ps. XLIII, 14. οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασι. Pro hac voce in Cod. *Vat.* 754. *Theodotioni* tribuitur ἐν ἀλαλάγματι, de quo vide supra s. v. ἀλάλαγμα. Etiam Ed. *Francof.* et aliae male habent ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν αὐτῶν. Conf. *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* c. 3. Thren. V, 4. ξύλα ἡμῶν ἐν ἀλλάγματι ἦλθον, ligna nostra non nisi pretio emta venerunt, seu pretio constant. - תְּמוּרָה, *vicissitudo, permutatio.* Lev. XXVII, 10. 33. Iob. XXVIII, 17. Sir. II, 4. ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον, ubi ἀλλάγματα *vicissitudines fortunae* seu *mutationem sortis felicis in miseram* notat, ac ταπεινώσεως positum est pro ταπείνωσιν.

'ΑΛΛΑ'ΣΣΩ vel attice 'ΑΛΛΑ'ΤΤΩ, *muto, immuto.* הֵמִיר Hiph. a מוּר, *muto. Symm.* Ps. XIV, 4. pro לֹא יָמִיר, *et non mutabit*, h. e. servabit iusiurandum, habet: μὴ ἀλλάγεις, ubi ἀλλάσσειν notare videtur *mutare sententiam.* LXX Lev. XXVII, 10. οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ καλὸν πονηρῷ, non mutabit illud bonum pro malo. Ibid. v. 33. ubi cum ἀπαλλάσσω in codd. permutatur. Ps. CV, 21. ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ ἐν ὁμοιώ-

ματι κ.τ.λ., mutarunt Deum suum in imaginem etc. coll. Ier. II, 11. – הֵפֵר, *muto*. Ier. XIII, 23. – *הִקְדִּישׁ *sanctifico*, et in universum *aliis usibus destino*. Lev. XXVII, 26. ἀλλάξει sec. *Oxon.*, quod in ἁγιάσει mutare nollem. Reliqui libri habent ἁγιάσει et καθαγιάσει. – הַשְׁנָא *Chald.* Aph. a שְׁנָא. Esdr. VI, 11. 12. – חָלַף, *muto*. Gen. XXX, 7. XXXV, 2. ἀλλάξατε τὰς στολὰς ὑμῶν. Ib. XLI, 14. ἤλλαξαν τὴν στολὴν αὐτοῦ. Ib. XLV, 22. sec. cod. *Alex.* 2 Sam. XII, 10. Ps. CI, 28. Ies. XL, 31. et XLI, 1. ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, robur mutabunt, h. e. novum robur, novas vires accipient. Dan. IV, 13. ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπ' αὐτὸν, sic septem annos transigat. – חָלַף et הֵפֵר iunctim, *muto et frango*. Ies. XXIV, 5. ἤλλαξαν τὰ προστάγματα, mutarunt seu *violarunt* statuta. – *חֲלִיפָה, *permutatio, vicissitudo*. *Symm.* Ps. LIV, 12. οὐ γὰρ ἀλλάσσονται, non enim se emendari patiuntur. Sequitur enim οὐδὲ φοβοῦνται τὸν θεόν. Eodem sensu metaphorico ἀλλαγὴ apud *Aquilam* reperitur ib. pro eodem. – מָנָה, *numero*. 1 Reg. XX, 25. ἀλλάξομαί σοι δύναμιν. Scilicet מָנָה h. l. est *certo numero definire*, nempe ad numerum prioris exercitus, in quo est notio permutationis. – מָרָה, *rebello*. Neh. IX, 26. ἤλλαξαν, mutarunt sententiam, aut *violarunt* praecepta ac mandata tua, coll. Esdr. VI, 11. 12. – פָּדָה, *redimo*. Ex. XIII, 13. Lev. XXVII, 27. ubi in *Oxon.* sine dubio e glossemate aut ex alius interpretis versione loco ἀλλάξῃ legitur λυτρώσηται. – שִׁנָּה Pih. Ier. LII, 32. Sap. IV, 11. μὴ κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, ne malitia immutaretur sensus eius, ubi ἀ. *mutationem in peius* notat. Ibid. XII, 10. ἀλλάσσεσθαι est *in melius mutari, emendari*. Sir. VII, 19. μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, ne *permutes* unquam amicum auro atque pecunia. Ibid. XXXIII, 25. μὴ ἀλλάξῃς σεαυτὸν πάσῃ σαρκὶ, ne *permutes* te cum ulla carne: h. e. ne loco tui aliquem possessorem bonorum tuorum facias, aut: ne te cuiquam mortalium emancipes. 3 Macc. I, 29. τῶν πάντων θάνατον ἀλλασσομένων ἀντὶ τῆς τοῦ τόπου βεβηλώσεως, omnibus mortem *praeoptantibus* prae loci profanatione. ubi *Grotius* recte adduxit locum *Plutarchi* in *Laconicis Apophthegmatis* Vol. VI. p. 878. *Reisk.* οὐκ ἀλλάξαιτο τῆς ἐλευθερίας τὴν Περσῶν βασιλείαν.

'ΑΛΛΑΣΣΟ΄ΜΕΝΟΣ, *mutatus*, et 'ΑΛΛΑΣΣΟ΄ΜΕΝΟΙ, *semet invicem permutantes*. חֲלִיפָה, *mutatio, vicissitudo*. 1 Reg. V, 13. δέκα χιλιάδες ἐν τῷ μηνὶ ἀλλασσόμενοι, decem chiliades unoquoque mense sese invicem permutantes. 2 Reg. V, 5. et XXII, 23. ἀλλασσόμεναι στολαὶ sunt vestes permutatoriae, quae inter se permutari possunt, quae Iud. XIV, 12. in versione *Inc. Int.* ἀλλαγαὶ ἱματίων vocantur. V. *Bonfrerium* in *Commentario* ad h. l. p. 356. ac *Suiceri Thes. Eccl.* s. v. ἀλλαγή. LXX illas interdum ἐξαλλασσούσας vocant. *Homerus* εἵματα ἐξήμοιβα dixit, observante *Heinsio* in *Exerc.*

Sacr. ad Matth. X, 10. p. 37. qui tamen locum non indicavit, qui tamen occurrit *Odyss.* θ', 249. Vnde *Hesychius*: Ἐξήμοιβα, ἀλλακτὰ, διὰ τὸ πλῆθος. Confer quoque *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* V, 5.

'ΑΛΛΑΧΗ͂, *alibi*, *alio*. Sap. XVIII, 18. ἄλλος ἀλλαχῇ ῥιφεὶς. 2 Macc. XII, 22. ἄλλος ἀλλαχῇ φερόμενος.

'ΑΛΛΑΧΌΘΕΝ, *aliunde*. מִמָּקוֹם אַחֵר, *ex alio loco*. Esth. IV, 13. ἀλλαχόθεν βοήθεια καὶ σκέπη ἔσται. Adde 4 Macc. I, 7.

'ΑΛΛΗΛΟΥΙ"Α, *Alleluia*, ipsa vox hebr. הַלְלוּ יָהּ, *laudate Dominum*. Ps. CIV, 1 et 44. CV, 1. et alibi saepius in Psalmis. *Hesychius*: Ἀλληλουΐα, αἶνος τῷ ὄντι θεῷ, αἰνεῖτε τὸν θεόν. *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 503. Ἀλληλουΐα, αἰνεῖτε τὸν ὄντα, ἤτοι τὸν κύριον. Ἀλληλουΐα, τὸ, ut substantivum legitur. 3 Macc. VII, 13. ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀλληλουΐα.

'ΑΛΛΗ'ΛΩΝ, *invicem*, *mutuo*. – אִישׁ הָ, *vir illa*. Amos IV, 3. – אִשָּׁה רְעוּתָהּ, *foemina proximam suam*. Ies. XXXIV, 15. τὰ πρόσωπα ἀλλήλων.

'ΑΛΛΗ'ΛΟΙΣ, *sibi invicem*. אִישׁ רֵעֵהוּ, *vir proximum suum*. Gen. XV, 10. Adde 2 Sam. II, 13. ubi hebr. יִפְגְּשׁוּם, *occurrerunt eis*, LXX sec. *Vatic.* transtulerunt: συναντῶσιν αὐτοῖς, sec. *Complut.* autem συναντῶσιν ἀλλήλοις.

'ΑΛΛΗ'ΛΟΥΣ, *se invicem*. אִישׁ לְרֵעֵהוּ, *vir proximo suo*. Ex. XVIII, 7.

ΕΙ'Σ "ΑΛΛΗΛΑ. *ad invicem*. אִישׁ אֶל אָחִיו, *vir ad fratrem suum*. Ex. XXV, 20. et XXXVII, 9.

ΕΙ'Σ 'ΑΛΛΗ'ΛΑΣ, *ad invicem*. – אֶל אַחַת, *ad unam*. Exod. XXXVI, 10. – אֶל אֲחוֹתָהּ, *ad sororem suam*. Exod. XXVI, 5.

ΕΙ'Σ 'ΑΛΛΗ'ΛΟΥΣ, *ad invicem*. אִישׁ בְּרֵעֵהוּ, *vir in proximum suum*. 2 Par. XX, 24.

'ΕΞ 'ΑΛΛΗ'ΛΩΝ, *ex invicem*. Ex. XXVI, 3. et XXXVI, 9. ubi nihil est pro eo in textu hebraico.

**'ΕΠ' 'ΑΛΛΗ'ΛΩΝ*, *alius super alium*, *catervatim*. Sap. XVIII, 23. πεπτωκότων ἐπ' ἀλλήλων νεκρῶν.

ΠΡΟ'Σ 'ΑΛΛΗ'ΛΟΥΣ, *ad invicem*. אִישׁ, *vir*. Ez. I, 11. – אִישׁ אֶל אָחִיו, *vir ad fratrem suum*. Gen. XLII, 28. – בֵּית אִישׁ, *domus viri*. Iob. I, 4.

'ΑΛΛΟΓΕΝΗ'Σ, *alienigena*, *extraneus*. זֵד, *superbus*. Mal. IV, 1. ἀλλογενεῖς. Loco זֵדִים legerunt זָרִים. – זָר, *alienigena*, *extraneus*. Ex. XXIX, 33. ἀλλογενὴς οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτῶν; ubi ἀλλογενὴς vi contextae orationis notat *eum*, *qui non est de stirpe sacerdotali*, aut *de genere Aaron*, coll. Num. XVI, 40. et Lev. XXII, 10. Ier. LI, 51. ἀλλογενεῖς, *barbari*, *hostes*, coll. Ioel. III, 17. et Abd. v. 11. – זָר et נָכְרִי iunctim. Iob. XIX, 15. – מַמְזֵר, *nothus*, *spurius*. Zach. IX, 6. κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ, peregrini Asdode habitabunt.

Non male quoad sensum. Spurius enim dicitur is, qui non ad familiam pertinet. - בֶּן נֵכָר, *filius extranei.* Ex. XII, 43. Lev. XXII, 25. Ies. LVI, 3. 6. - *נָכְרִי Deut. XV, 3. sec. cod. 85. *Holm.*

ἈΛΛΟΓΕΝΕ`Σ "ΕΘΝΟΣ, *gens alienigena.* בֶּן נֵכָר Gen. XVII, 27. ἐξ ἀλλογενῶν ἐθνῶν.

ἈΛΛΟ´ΓΛΩΣΣΟΣ, *aliena lingua utens*, *barbarus.* Ez. III, 6. οὐδὲ πρὸς λαοὺς πολλοὺς ἀλλοφώνους ἢ ἀλλογλώσσους, ubi nihil est in textu hebraico, et ἢ ἀλλογλώσσους merum glossema esse videtur. Bar. IV, 11. ἔθνος ἀναιδὲς καὶ ἀλλόγλωσσον. *Ioseph. A. I.* I, 4, 3. p. 19. *Herodot.* II, 154.

**ἈΛΛΟΕΘΝΗ`Σ*, *alienigena*, *peregrinus*, *barbarus.* Deest hoc adiectivum in *Thesauro Bieliano.* Occurrit tamen 3 Macc. IV, 6. ὡς ἐσπαραγμέναι σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι, misere vexatae ab alienigenis et barbaris populis; ubi *Syrus* pro ἀλλοεθνέσι habet ܠܥܡܡ̈ܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ. *Iosephus* A. I. lib. XI. c. 5. §. 3. p. 561. ἀλλοεθνεῖς ἠγμένοι γυναῖκας. Adde lib. XIX. c. 7. §. 3. p. 948. ac *Phav.* p. 1576. l. 19.

ἈΛΛΟΙΟ´Ω, *muto.* הִתְחַפֵּשׂ Hiph. a חָפַשׂ, *muto me.* *Inc.* ac LXX sec. *Compl.* 1 Sam. XXVIII, 8. ubi ἠλλοιώθη positum est pro ἠλλοίωσεν ἑαυτὸν, *mutavit habitum suum*, vernaculum: *er verkleidete sich.* Cod. *Vat.* habet συνεκαλύψατο. *Alex.* περιεκαλύψατο. *Symm.* μετεσχηματίζεν ἑαυτόν. Eodem modo et 2 Paral. XVIII, 29. ἀλλοιοῦσθαι et συγκαλύπτεσθαι in Codd. permutantur. - כָּחַשׁ, *macer fio.* Ps. CVIII, 23. ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη, caro mea *mutata est in deterius*, h. e. macilenta facta. Simili ratione et nos in lingua vernacula voce *verändern* uti solemus. - *לוֹ, *ei.* Hab. III, 6. *Inc.* ἀλλοιωθήσονται. qui *Bahrdtio* in *Apparatu Critico* p. 195. legisse videtur גָּלוּ. Nempe גָּלַל a Graecis reddi solet ἀφαιρέω, περιαιρέω, φύρομαι, ut adeo et ἀλλοιόω verti potuerit. Iam sensus esset: *vetustissimi rerum status immutabuntur.* Mihi vero haec vox potius referenda videtur ad הֲלִיכוֹת, ut חֲלִיפוֹת legerit. - שָׁנָה in Kal, Pih. et Hithp. itemque in formis Chaldaicis. *Aqu.* et *Theod.* Prov. XXXI, 5. ubi pro יְשַׁנֶּה־דִין legitur ἀλλοιοῦν κρίσιν, *pervertere* et *corrumpere* iudicium. LXX 1 Sam. XXI, 13. ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, *mutavit gestum suum*, h. e. *se insanire simulavit*, ut in sequentibus explicatur, coll. Ps. XXXIII, 1. sec. vers. *Aquilae* et *Edit. Vtam.* 1 Reg. XIV, 2. ἀλλοιωθήσῃ, muta habitum tuum. Dan. II, 21. III, 19. 28. ubi vid. *Scharfenb.* Ib. v. 29. IV, 13. (sec. *Chis.*) etc. Mal. III, 6. ἐγὼ κύριος οὐκ ἠλλοίωμαι. - *שָׁנִי, *coccus.* *Theodot.* Ex. XXXV, 23 et 53. Scilicet in mente habuit vocem שָׁנָה, quae *mutare* notat. - שָׁנַן, *acuo*, in Hithp. הִשְׁתּוֹנֵן, *pungor.* Ps. LXXII, 21. ἠλλοιώθησαν. Legerunt הִשְׁתַּנָּה a שָׁנָה, *mutare.* Sir. XII, 24. ubi ἀλλοιοῦν τὸ πρόσωπον, *vultum mutare*, est:

pro tristi laetum hilaremque ostendere. Ib. XIII, 29. *καρδία ἀνθρώπου ἀλλοιοῖ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*, cor tristitiam atque laetitiam etiam ad faciem emittit. Ib. XXV, 19. *πονηρία γυναικὸς ἀλλοιοῖ τὴν ὅρασιν*, nequitia mulieris *deturpat* faciem eius. Ibid. XXVII, 11. *ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται*, stultus more lunae variatur, h. e. *admodum inconstans* est. Ibid. XXXIII, 9. *ἠλλοίωσε καιροὺς καὶ ἑορτὰς*, h. e. diversa et varia tempora fecit et constituit. In eadem notione, ut nempe sit *varia ac diversa facere*, *τὰ ἄλλα ποιεῖν*, legitur quoque ib. XXXVI, 6. *ἀλλοίωσον θαυμάσια*, alia novaque patra miracula. Eodem modo שָׁנָה usurpatur Esther III, 8. דָתֵיהֶם שֹׁנוֹת מִכָּל־עָם, statuta eorum diversa sunt a statutis reliquorum populorum. Porro כֵּלִים שׁוֹנִים sunt *vasa varia*, ut iam *Drusius* ad h. l. bene observavit. Conf. etiam XXXIII, 12. Ibid. XXXVIII, 31. et XL, 6. 1 Macc. I, 27. XI, 12. *ἠλλοιώθη τοῦ 'Αλεξάνδρου*, *abalienabat* se ab Alexandro.

'ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟ'ΜΕΝΟΣ, *mutandus.* שׁוּשַׁן, *lilium*, item *hexachordum*, *instrumentum musicum sex chordarum.* Ps. XLIV, 1. LXVIII, 1. LXXIX, 1. *εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων.* Legerunt שֹׁנִים, h. e. *qui mutantur*, a שָׁנָה *mutare.* – שׁוּשַׁן עֵדוּת, *hexachordum testimonii.* Ps. LIX, 1. ubi idem legerunt.

'ΑΛΛΟΙ'ΩΣΙΣ, *mutatio.* שְׁנוֹת, *anni.* Ps. LXXVI, 11. *ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς.* Ita quoque *Aquila.* Habuerunt pro infinitivo vocis שָׁנָה *mutare*, *immutare.* Sir. XXXVII, 20. *ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας.* Ibid. XLIII, 9. *αὐξανομένη θαυμαστῶς ἐν ἀλλοιώσει*, crescens mutationibus est mirabilis. *Marc. Ant.* VI, 15. p. 177.

'ΑΛΛΟ'ΚΟΤΟΣ, *alienus*, *peregrinis moribus praeditus*, per metathesin pro *ἀλλότοκος*, *alieno loco natus.* אֲחֵרִים, *alii*, *alieni.* *Symm.* 1 Sam. XXVI, 19. *ἀλλοκότοις.* Vide infra s. v. *ἄλλος*, ac adde *Ioseph. A. I.* T. I. p. 570. *Hav.*

"ΑΛΛΟΜΑΙ, *salio*, *salto*, etiam *insilio.* דִּלֵּג Pih. idem. Ies. XXXV, 6. *τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς*, tunc saliet, tanquam cervus, claudus. *Hesych.* *ἀλεῖται*, *πηδήσει.* – סִלֵּף Pih. *aestuo.* Iob. VI, 10. *ἐφ' ἧς ἐπὶ τειχέων ἡλλόμην.* Arab. صلل est *saltare*, ut recte observavit *Schultensius* in *Opp. Minn.* p. 16. – צָלַח, *irruo*, *invado.* Iud. XIV, 6. *ἥλατο ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα κυρίου*, ac subito correptus spiritu Dei, seu adiutus vi divina. *Symmachus* habet *ἐφώρμησεν.* *Simonis* in *Lexico hebr.* ad h. v. docuit ex *Gjeuhario* ad *Camusum*, أُصْلِعَ esse vocabulum solenne de *correptione spiritus divini.* Confer quoque 1 Sam. X, 10. *Hesych.* *"Ηλατο*, *ἐπλανᾶτο*, *ἔδραμεν*, *ἐπήδησεν.* Sed hic, ut *Bielius* observavit, vel duae voces, *"Ηλατο* (sic enim legendum loco *ἥλατο*) et *'Ηλᾶτο*, con-

fusae sunt, vel ita legendum est: Ἥλατο, ἐπλανᾶτο. Ἥλατο, ἔδραμεν, ἐπήδησεν. Sic enim *Suidas*: Ἥλατο, ἐπήδησεν. Ἡλᾶτο δὲ, ἐπλανᾶτο. – *צֶלְצַח, *Selsach*, nomen proprium. 1 Sam. X, 2. pro בְּצֶלְצַח LXX sec. *Ald.* et *Compl.* et *Inc.* habent ἁλλομένους μεγάλα, ubi quam etymologiam secuti fuerint, disputatur. Nonnullis legisse videntur בְּצֶלְצֶל, quod notat *cymbalum*, quasi sensus sit, illos homines ad cymbali sonum saltasse. Mihi vero ad vocem צָלַח respexisse videntur, quam vide supra. Sap. V, 21. iacula fulgurum tanquam ab arcu orbiculato nubium, βολίδες ἀστραπῶν, ὡς ἀπὸ εὐκύκλου τόξου νεφῶν, ἐπὶ σκοπὸν ἀλοῦνται, ad metam transiliunt. *Hesych.* Ἀλοῦνται, πηδῶσιν. Confer infra s. v. εὔκυκλος. Ib. XVIII, 15. πολεμιστὴς εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἥλατο γῆς, debellator in mediam exitialem vel perniciosam terram prosiliit.

*"ΑΛΛΟΣ, *alius*, *alienus*, *diversus*, *duplex*. Vocabulum hoc a *Bielio*, quanquam reperitur in *Trommio*, perperam omissum reperitur pro אֶחָד *unus*. 2 Sam. VII, 23. τίς ὡς ὁ λαός σου ἰσραὴλ ἔθνος ἄλλο ἐν τῇ γῇ; Ez. XIX, 5. ἔλαβεν ἄλλον ἐκ τῶν σκύμνων αὐτῆς. Scilicet אֶחָד notat quandoque *alium*, *alterum*, ut multis exemplis docuit *Noldius* in *Concordantt. Partic. Hebr.* p. 750. Vnde simul apparet, quam fidem ii mereantur, qui Mal. II, 15., ubi in *Compl.* legitur οὐκ ἄλλος, auctorem huius versionis putant legisse וְלֹא אַחֵר. Caeterum ibi reponendum est οὐκ ἄλλον, aut, ut in *Cyrillo* legitur, οὐκ ἄλλως. – אַחֵר, *alius*. 1 Sam. X, 6. στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον, in alium prorsus mutatus. Ibid. v. 9. μετέστρεψεν αὐτῷ ὁ θεὸς καρδίαν ἄλλην, Deus mentem eius prorsus *emendavit*. Iob. VIII, 19. etc. – זָר, *alienus*. Iob. XIX, 27. ὀφθαλμός μου ἑώρακε, καὶ οὐκ ἄλλος. – נוֹצַר Niph. a יָצַר, *formatus sum*. Ies. XLIII, 10. ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος θεός. Sic *Trommius* in *Concordantiis* s. h. v., sed, ut iam recte monuit *Bretschneiderus*, erravit, cum ἐγένετο huic verbo respondeat, et ἄλλος ab ipsis (fortasse ex alio loco) additum sit. – עַם, *populus*. Iob. XXXVI, 20. τοῦ ἀναβῆναι ἄλλους ἀντ' αὐτῶν sec. *Ald.* et *Compl.* Sed in *Vat.* rectius, ut videtur, loco ἄλλους legitur λαούς. Praeterea legitur apud *Symm.* Ps. XI, 2. a quo verba שְׂפַת חֲלָקוֹת בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ ita translata reperiuntur: χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ λαλεῖ, labia dolosa e duplici corde promunt verba. Ita transtulit haec verba *Fischerus* in *Clavi* p. 21. simulque observavit, ἄλλος, qnum bis ponitur, interveniente particula καὶ, signare *duplex*, *diversus*. Sed quia hic hebraismus durior est, quam ut eius usus a *Symmacho* expectari possit, ac *Hieronymus* latine transtulit: *in corde aliud est*, *et aliud loquitur*, parva mutatione legendum arbitror: ἐν καρδίᾳ ἄλλο, καὶ ἄλλο λαλεῖ. Conf. *Thiemii* Diss. *pro puritate Symmachi* p. 20. Sap. XIV, 23. ἢ ἐμμανεῖς ἐξ ἄλλων θεσμῶν κώμους ἄγοντες, ubi loco ἄλλων

reponere mallem ἀλλοκότων. Sap. XVIII, 18. ἄλλος ἀλλαχῇ, *alius hic, alius illic.* – Vide alibi Ὅμοιος.

*ἌΛΛΟΤΕ, *alias, alio tempore.* Adverbium hoc, quod in *Bielii Thesauro* desideratur, occurrit 2 Macc. XIII, 10. ubi legitur: ἐπικαλεῖσθαι τὸν κύριον, εἴποτε ἄλλοτε, καὶ νῦν ἐπιβοηθεῖν κ. τ. λ. ut dominum invocarent, velit, sicut olim semper, ita etiam nunc eos adiuvare, etc.

ἈΛΛΟ'ΤΡΙΟΣ, *alienus, hostis.* אחר, *alius.* Deut. XXXI, 18. 21. ἐπὶ θεοὺς ἀλλοτρίους, ad Deos, qui a populis barbaris colebantur, coll. 1 Reg. IX, 9. et Ier. I, 16. Psalm. XLVIII, 10. καταλείψουσιν ἀλλοτρίοις τὸν πλοῦτον, divitias suas relinquent alienis, h. e. *ad familiam suam non pertinentibus.* – זד, *superbus, superbia.* Ps. XVIII, 13. ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου, ubi incertum est, an ἀλλοτρίων neutraliter aut masculine accipiendum sit. *Sim. de Muis* intellegit *effrenes cordis affectus, et a sana ratione alienos motus.* Quidquid sumatur, tamen hoc certum est, eos loco מִזֵּדִים legisse מִזָּרִים, ut quoque Mal. III, 15. *Suidas:* Ἀλλοτρίως, πολεμίως. καὶ ὁ Δαβίδ· καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. τουτέστι δυσμενῶν. *Hesych.* ἀλλότριος, πολέμιος, ξένος. – זור, *alienatus sum.* Iob. XIX, 13. – זָר, *alienus. Aqu. Symm. Theod.* Prov. V, 3. ἀλλοτρίας. LXX πόρνης. *Symm.* Prov. XIV, 10. LXX Lev. X, 1. πῦρ ἀλλότριον, ignem *non sacrum,* h. e. non ex ara sacrificiorum sumtum. Sic legitur quoque Num. III, 4. et XXVI, 61. – Deut. XXXII, 16. ἐπ' ἀλλοτρίοις, cultu *idolorum,* coll. Ier. II, 25. ac Ps. XLIII, 22. Ps. LIII, 3. ἀλλότριοι, *hostes.* Ibid. CVIII, 10. ἀλλότριοι, *peregrini, ad familiam non pertinentes.* Prov. V, 10. VII, 5. γυνὴ ἀλλοτρία, *uxor non tua.* coll. XXIII, 33. Vide ad h. l. *Opuscula mea critica* p. 300 sequ. Hos. V, 7. τέκνα ἀλλότρια, *filios spurios.* Ibid. VIII, 12. εἰς ἀλλότρια ἐλογίσθησαν, habuerunt eas *pro re nihil ad se pertinente.* – *יֹשֶׁר, *rectitudo.* Prov. XI, 24. apud τοὺς ἄλλους in *Hex.* et in *Ald.* מִיֹּשֶׁר, *a rectitudine* s. *magis quam rectum est per leges divinas aeque ac humanas,* per τὰ ἀλλότρια redditur. Hinc ἀλλότρια h. l. sunt *ea, quae aliis debentur, et aliorum usibus inservire debebant.* – נֵכָר, *ignotus, peregrinus.* Gen. XVII, 12. XXXV, 2. 2 Par. XIV, 3. τὰ θυσιαστήρια τὰ ἀλλότρια sec. *Compl.* ubi τὰ ἀλλότρια notat *ea, quae ad idola* seu *Deos peregrinos pertinent.* In reliquis libris legitur ἀλλοτρίων, scil. θεῶν. – נֹכֶר, *alienatio.* Abd. 12. ἐν ἡμέρᾳ ἀλλοτρίων, ubi loco נָכְרוֹ, *alienationis suae,* legerunt נָכְרִים. – נָכְרִי, *alienigena, alienus.* Gen. XXXI, 15. Deut. XV, 3. ubi pro ἀλλότριον cod. 85. *Holm.* ἀλλογενῆ habet. 2 Sam. XV, 19. ὅτι ἀλλότριος σὺ sec. *Compl.*, ubi reliqui libri habent ὅτι ξένος εἶ σὺ, *quoniam alienigena tu es.* 1 Reg. VIII, 41. καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ, ὃς οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ λαοῦ, coll. 2 Par. VI, 32. Esdr. X, 2. γυ-

ναῖκας ἀλλοτρίας, mulieres *gentiles*, coll. 10. 11. 14. 44. ac Neh. XIII, 26. 27. Prov. XX, 16. et XXVII, 13. ubi legerunt נָכְרִים seu נָכְרִיִּם. - *נָקִי, *insons.* Deut. XIX, 13. τὸ αἷμα τὸ ἀλλότριον sec. *Oxon.* Sed ibi pro ἀλλότριον, quod nullo modo locum habere potest, sine dubio reponendum est ἀναίτιον. - *עַיִן, *oculus.* Iob. XVII, 2. עֵינַי, ἀλλότριοι. Huius versionis ratio patebit ex Arabismo, si levi mutatione pro עֵינַי legatur עֵירַי, arab. غيري *diversi a me*, *alieni.* Confer *Schultensii Opera minora* p. 36. - פְּלִשְׁתִּים, *Philistaei. Theod.* Iud. X, 6. Vide infra s. v. ἀλλόφυλος. - *רָשָׁע, *impius. Theod. Ed. Vta et VIta* Ps. I, 1. רְשָׁעִים, ἀλλοτρίων. Scilicet רָשַׁע proprie notat *avertit se*, *abalienavit ab aliquo.* Confer *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. *Fischero* in *Clavi* p. 21. ἀλλότριοι sunt h. l. tropice *scelerati*, *facinorosi*, qui et monuit, deesse hanc notionem in omnibus fere Lexicis. Confirmatur haec significatio loco Sir. XLV, 22. ubi homines scelesti et seditiosi Datham et Abiron ac turba Core vocantur ἀλλότριοι. An vero inde explicanda sit vox ἀλλοτριοεπίσκοπος 1 Petr. IV, 15. ut sit *homo omnibus sceleribus deditus*, aliorum iudicio subiicere malo. Sap. XII, 15. ἀλλότριον ἡγούμενος τῆς σῆς δυνάμεως, *indignum* arbitratus tua potentia; ubi ἀλλότριον, ut lat. *alienus*, est *inconveniens*, *indignum. Polyb.* l. VIII, 3, 1. ἀλλότριον τῆς προθέσεως, *alienum* ab instituto. *Lucian. insomn.* Tom. I. p. 9. ed. *Reitz.* φθόνου παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ. Sap. XIX, 15. ἀπεχθῶς προσεδέχοντο τοὺς ἀλλοτρίους, Sodomitae inimice *peregrinos* (angelos) exceperunt. Sir. VIII, 21. μετὰ ἀλλοτρίου μὴ ποιήσῃς κρυπτὸν, secretorum tuorum particeps ne fiat homo tibi *prorsus ignotus:* ubi ἀλλότριος eum notat, *cuius mens et fides non satis est tibi cognita ac perspecta.* Nam paulo post eandem sententiam repetit his verbis: παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ ἔκφαινε τὴν καρδίαν σου. Eodem sensu a *Cicerone alienus* opponitur *homini coniunctissimo et amicissimo.* Sir. XI, 35. ἀλλότριος a nonnullis recte explicatur per *virum a fide alienum*, *ac hostili animo praeditum. Syrus* habet *iniquo.* Sir. XXI, 27. ἀλλότριοι opponuntur τοῖς φρονίμοις, et loco ἀλλοτρίων in *Compl.* legitur πολυλάλων. Ib. XXIII, 29. ἐξ ἀλλοτρίου, sc. ἀνδρὸς, coll. v. 30. Ibid. XXIX, 25. ἐν ἀλλοτρίοις, in *alienis* sc. *domibus*, apud exteros.

'ΑΛΛΟ'ΤΡΙΟΣ ΟΙ'ΚΟΣ, *aliena domus.* זוֹנָה, *scortum*, *meretrix.* Prov. XXIII, 27. πίθος γὰρ τετρημμένος ἐστὶν ἀλλότριος οἶκος. Mihi Interpres hic sensum expressisse, non autem זָרָה legisse videtur. Vide ad h. l. *Iaegerum.*

'ΑΛΛΟΤΡΙΟ'Ω, *alieno*, *abalieno.* Pass. ἀλλοτριοῦμαι, *alienor*, *separor*, *segregor.* *הִשְׁבִּית, *cessare facio*, *abalieno.* Ios. XXII, 25. ἀλλοτριώσουσιν sec. *Compl.* reliqui libri habent ἀπαλλοτριώσουσιν, bene quoad sensum. - הִתְנַכֵּר Hithp. *alienum*

me fingo, extraneum ago. Gen. XLII, 7. ἠλλοτριοῦτο ἀπ' αὐτῶν, alienum se simulans, h. e. simulans, se ipsos non agnoscere fratres suos. – נוּד, *vagor, migro.* Ier. L, 8. ἀλλοτριώθητε ἐκ μέσου Βαβυλῶνος, *migrate* ex medio Babylonis. – *שׁוֹשַׁן, *lilium,* item *hexachordum, instrumentum musicum sex chordarum.* Ps. LIX, 1. ubi versio τοῖς ἀλλοτριωθησομένοις, quae *Aquilae* in *Hexaplis Origenianis* tribuitur, *Koehlero* videtur esse lectio corrupta versionis *Alex.*, quae habet ἀλλοιωθησομένοις. Mihi autem uterque interpres legisse videtur שֹׁנִים, h. e. *qui mutantur.* 3 Esdr. IX, 4. ἀλλοτριοῦσθαι ἀπὸ τοῦ πλήθους, separari a populo, hebr. נִבְדַּל מִקְּהַל, Esdr. X, 8. quod LXX διαστέλλεσθαι transtulerunt. 1 Macc. VI, 24. χάριν τούτου ἠλλοτριοῦντο ἀφ' ἡμῶν, propterea abalienati sunt a nobis. Ibid. XI, 53. ἠλλοτριώθη τῷ Ἰονάθαν, abalienabatur a Ionathane.

ἈΛΛΟΤΡΙΏΣ ΧΡΆΟΜΑΙ, *aliene utor, aliter me habeo.* זָר מַעֲשֵׂהוּ, *alienum opus,* h. e. *opus prorsus insuetum ac inauditum.* Ies. XXVIII, 21. ὁ δὲ θυμὸς αὐτοῦ ἀλλοτρίως χρήσεται, ira autem eius facinus patrabit prorsus insuetum. Potest quoque verti: *hostiliter se geret.* *Suidas:* ἀλλοτρίως, πολεμίως.

ἈΛΛΟΤΡΊΩΣΙΣ, *alienatio.* מְחִתָּה, *terror.* Ier. XVII, 17. μὴ γενηθῇς μοι εἰς ἀλλοτρίωσιν, *ne te hostiliter erga me geras.* Sensum secutus est. – נֵכָר, *alienus.* Nehem. XIII, 30. ἐκαθάρισα αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἀλλοτριώσεως, purgavi eos ab omnibus *peregrinis,* scil. *mulieribus.* *Thucyd.* I, 35.

*ἈΛΛΟΦΥΛΈΩ, *sum alienigena.* 4 Macc. XVIII, 5. ubi ἀλλοφυλῆσαι notat *externos mores et ritus amplexari.* Sed sine dubio legendum ibi ἀλλοφυλίσαι. Vide s. v. ἀλλοφυλισμός.

ἈΛΛΟΦΥΛΙΣΜΌΣ, *alienigenarum ritus, gentilismus, peregrinitas,* quasi ab ἀλλοφυλίζω, quod nusquam reperitur, formatum tamen est ut ἀττικίζειν, ab ἀττικὸς, et ἰουδαΐζειν. Est vocabulum *Alexandrinum.* Conf. *Sturz.* de *dial. Maced. et Alex.* p. 145. 2 Macc. IV, 13. ubi est i. q. ἑλληνισμὸς, et ib. VI, 24.

ἈΛΛΌΦΥΛΟΣ, *qui alterius gentis est, alienigena, peregrinus,* ac speciatim *Philistaeus.* *אֵלֶם, *mutus.* Huic voci hebr. ἀλλόφυλος respondet apud *Symm.* Ps. LV, 1. teste *Eusebio* in *Catena PP. GG. in Ps.* Tom. II. p. 86. κατὰ δὲ Σύμμαχον ἐπινίκιος (in *Hexaplis Montf.* editum est ἐπινίκιον) ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς ὑπὲρ τοῦ ἀλλοφύλου. In *Hex.* est errantis librarii culpa φύλου, *tribus.* Vocatur ἀλλόφυλος Davides, quoniam tunc inter Philistaeos, populum barbarum, versabatur. Sed an אֵלֶם hoc significare possit, aliis me doctioribus iudicandum relinquo. Num fortasse *Symmachus* legit אֲרָם, coll. 2 Reg. VIII, 28.? – אֲנָשִׁים, *homines,* plur. 1 Sam. VI, 10.

Sc. אֲנָשִׁים sunt h. l. *Philistaei*, qui κατ᾽ ἐξοχὴν ἀλλόφυλοι dicebantur, coll. v. 1. – אֲרָם *Aramia, Syria.* 2 Reg. VIII, 28. – בֶּן נֵכָר, *filius alienigenae.* Ies. LXI, 5. – *בֶּן קֶדֶם, *filius Orientis.* Iud. VIII, 10. παρεμβολῆς ἀλλοφύλων sec. *Vatic.* Auctor huius versionis respexit notionem vocis קֶדֶם, qua *hostem, adversarium in pugna esse* significat, coll. arab. أَقْدَمَ in IV. *processit in aciem,* unde קָדִים قُدُم est *ventus ex adverso flans, contrarius. Scharfenbergio* ad h. l. ἀλλοφύλων ex ἀνατολῶν ortum esse videtur. – נָכְרִי, *alienus, alienigena.* Ies. II, 6. τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς. – פְּלִשְׁתִּים, *Philistaei.* 1 Sam. XIII, 2. Ps. CVII, 10. *Aqu.* 1 Sam. XIII, 3. 1 Macc. IV, 22. γῆ ἀλλοφύλων, terra *Philistaeorum;* ubi *Syrus* habet: ܐܪܥܐ ܕܦܠܫܬܝܐ. Confer *Ioseph.* IX, 5, 3.

ἈΛΛΌΦΩΝΟΣ, alia voce seu aliena lingua utens. לֹעֵז, *barbarus. Symm.* Ps. CXIII, 1. – עֲמֵק שָׂפָה, *profundus lingua.* Ez. III, 6. οὐδὲ πρὸς λαοὺς πολλοὺς ἀλλοφώνους. Scil. עֲמֵק שָׂפָה notat *eum, qui est ignoti sermonis,* aut *linguae peregrinae.* Substantivum ἀλλοφωνία legitur apud *Iosephum* A. I. I, 4, 3. p. 19.

ἌΛΛΩΣ, aliter. *בְּעֵינֵי, *in oculis.* LXX sec. *Hex.* Iud. VI, 1. ἄλλως; quae versio nullum sensum habet, nisi ἄλλως per *contra* reddatur. Sed vitium nisi dubio latet in *Hex.* quae sunt ita refingenda: בְּעֵינֵי *O.* ἐνώπιον. *Θ.* ἄλλως ἐναντίον. Insertio literae *Θ*, quae significat, *Theodotionem* eandem versionem habere, sine dubio causa erroris fuit. Cf. sequ. notam hexaplarem, et v. 13. ac 15. – נָבוּב partic. Niph. a בּוּב *vacuus, evacuatus.* Iob. XI, 12. ἄνθρωπος δὲ ἄλλως νήχεται λόγοις, quae verba me non intellegere cum *Drusio* ingenue fateor. Num fortasse legendum ἄνους aut ἀλαζών? Certe arab. نَبَّ notat *magnifice semet extulit* et *superbivit.* Iob. XL, 5. ubi pro μὲ ἄλλως sec. *Vatic.* vel, ut in *Ald.* est, μὴ ἄλλως e sententia *Grevii* haud dubie legendum est μὴ καλῶς vel μὲ μὴ καλῶς, deleto sequente ἀλλ᾽ vel ἤ, quod in *Vaticano* est.

ἌΛΛΩΣ ΚΑῚ ἌΛΛΩΣ, hinc illinc, ut sors ferebat. 3 Macc. I, 20. *Hesych.* Ἄλλως· ὡς ἔτυχεν.

ΜῊ ἌΛΛΩΣ, non aliter. לֹא, *non.* Esth. I, 19. μὴ ἄλλως χρησάσθω, non aliter quis isto (scil. edicto) utatur, h. e. nemo illud transeat.

ΟὐΔῈ ΜῈΝ ἌΛΛΩΣ, neque tamen aliter. וְלֹא, *et non.* Esth. IX, 27.

ἌΛΜΑ, saltus, saltatio. רַעַם שָׂרִים, *tonitru principum.* Iob. XXXIX. v. 25. ubi in versione *Alex.* sec. *Vatic.* aperte vitiose legitur σὺν ἄλματι. Scribendum videtur cum

Bootio et *Breitingero* σὺν ἀλαλάγματι, unde in editione *Ald.* corruptum συναλάγματι ortum est. Codex *Alex.* voculae σὺν praefigit καὶ, atque κραυγῇ subiungit ἐκπορεύεται. *Bochartus* in *Hieroz.* T. I. p. 110. ed. *Rosenmülleri* in vulgari lectione σὺν ἅλματι defendenda vel corrigenda frustra laboravit: *Graeci*, inquiens, *qui hic habent* σὺν ἅλματι καὶ κραυγῇ *legerunt* עִם *cum*, *pro* רַעַם *tonitru*, *et* שָׂרִים ἅλματι *transtulerunt*, *tanquam a Chaldaeo* שׂור *saltare*, *aut pro* ἅλματι *scripserant* ψάλματι, *vel* ᾄσματι, *quod esset* שִׁירִים, *non* שָׂרִים. *Hesych.* "Αλμα, πήδημα.

"ΑΛΜΗ, *salsugo*, item *siccitas*. מְלֵחָה, idem. Ps. CVI, 34. ἔθετο γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην, mutavit terram frugiferam in salsuginem, aut potius *terram sterilem*. V. *Xenoph. Oecon.* XX, 12. Sir. XXXIX, 28. ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην, mutavit aquas in salsuginem. *Latinus* ibi, iudice *Grotio*, ἅλμην bene vertit *siccitatem*. Vide s. v. ἁλμυρός.

'ΑΛΜΥ'ΡΑ, *salsugo*. Ez. XLVII, 8. ubi pro הַמּוּצָאִים, *eductae*, *Hebraeo* Int. in *Hex.* tribuuntur verba: τῆς ἁλμυρᾶς τῆς θαλάσσης, *salsuginis maris*, quae mihi tamen inepto loco posita, ac aut ad אֶל הַיָּמָּה aut ad לְמֶלַח v. 10. pertinere videntur.

'ΑΛΜΥΡΙ'Σ, *salsugo*, *locus salsuginosus*. מְלֵחָה idem. Iob. XXXIX, 6. ἔθέμην καὶ τὰ σκηνώματα αὐτοῦ ἁλμυρίδα. *Diod. Sic. Bibl.* lib. II. p. 120. 33.

'ΑΛΜΥΡΟ'Σ, *salsus*, etiam *siccus*. מְלֵחָה, *salsugo*, *locus salsuginosus*. Ier. XVII, 6. γῇ ἁλμυρᾷ, ἥτις οὐ κατοικηθήσεται. Vide s. v. ἅλμη.

*'ΑΛΜΥΡΟ'Ω. כָּהָה, *caligo*. *Aquilae* Gen. XXVII, 1. pro תִּכְהֶיןָ in *Hex.* sec. cod. *Coislin.* tribuitur ἁλμυρώθησαν, quae lectio merito suspecta fuit *Montf.* ac *Fischero* (*de Verss. GG.* p. 19.), qui reponere malunt ἀμαυρώθησαν, vel potius ἠμαυρώθησαν, quia ipse כהות vertit ἀμαυροῦσθαι. 1 Sam. III, 13. et כָּהָה ἀμαυρός. Ies. XLII, 3. *Hesych.* ἠμαυρώθη, ἠμβλύνθη, ἐσκοτίσθη.

'ΑΛΟΑ'Ω, (scribitur et ἀλοάω), *trituro*. דוּשׁ, idem. *Symm.* Ies. XXV, 10. *Inc.* ac LXX Iud. VIII, 7. ἀλοήσω sec. *Vat.* ubi reliqui libri καταξανῶ habent. 1 Par. XXI, 10. Ies. XLI, 15. ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς βουνοὺς, montes triturabis, et colles comminues, h. e. hostes tuos potentissimos *vinces*. Mich. IV, 13. ἀνάστηθι καὶ ἀλόα αὐτούς; ubi ἀλοᾶν eodem sensu metaphorico adhibetur. - דַּיִשׁ, *trituratio*. Deut. XXV, 4. οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα, bovi trituranti ne capistrum iniiciatis. - הִדְרִיךְ Hiph. *calco*. Ier. LI, 33. ὡς ἅλω ὥριμος ἀλοηθήσεται, sicut area, in qua triturabitur. - חָרַץ, *exscindo*. Ies. XLI, 15. ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἀλοῶντας. Conf. *Paulsenium de agricultura Orientalium* §. 40—42. - *יָדַע, *scio*, *novi*. Iud. VIII, 16. ἠλόησεν ἐν αὐτοῖς; ubi haud

paucis legisse videntur יָרַשׁ, ut est v. 7. Sed mihi respexisse videntur ad notionem *puniendi*, quam יָרַע quandoque habet, ut ex Arabismo docuit *Schultensius* in *Opp. Min.* p. 48. – * נִמְלַח, *consumtus sum, consumor.* Ies. LI, 6. *Aqu.* ἠλοήθησαν. Defendere quidem conatus est hanc lectionem *Montf.*, sed partim ἀλοᾶσθαι admodum incommode de coelis dicitur, partim aliena est haec versio ab ingenio *Aquilae.* Non male itaque coniicere me arbitror, *Aquilam* ἠλίσθησαν posuisse, quod etiam conciliari potest cum testimonio *Hieronymi* scribentis: *Iuxta Aquilam et Symmachum, comminuentur in nihilum et in salis modum conterentur et evanescent.* – רִשֵּׁשׁ Pih. a רוּשׁ, *pauperem reddo*, q. d. *depaupero.* Ier. V, 17. ἀλοήσουσι πόλεις τὰς ὀχυρὰς ὑμῶν: ubi pro יְרֹשֵׁשׁ, *ad paupertatem rediget*, fortasse legerunt יָדוּשׁ, quod *triturare* notat. Sed opitulatur Syriasmus, cui ܕܫ est *contundere*, e. g. *malleo.*

'ΑΛΟΓΕ'ΟΜΑΙ, *ratio non habetur mei, negligor.* 3 Macc. XII, 24. τούτους ἀλογηθῆναι συμβήσεται, accidet, ut eorum nulla ratio habeatur. *Hesychius:* ἀλογήσει, ἀφροντιστήσει, λόγον οὐχ ἕξει. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* II, 1. p. 263 sequ.

'ΑΛΟ'ΓΙΟΣ, *rationis expers*, vel *facultatis dicendi expers.* עֲרַל שְׂפָתַיִם, *praeputiatus labiis* al. Exod. VI, 12. Ita *Bielius.* Sed l. l. in omnibus libris legitur ἄλογος.

'ΑΛΟΓΙΣΤΙ'Α, *irrationalitas, inconsideratio*, etiam *impietas, quae est in eo, quod aliquis non curat mandata ac praecepta divina.* 2 Macc. XIV, 8. ubi ἀλογιστία iis tribuitur, qui seditionibus ac dissidiis, quae movebant, populum vexabant, ac reipublicae Iudaicae detrimentum afferebant. *Vulgatus* bene per *pravitatem* transtulit. Adde 3 Macc. V, 22.

'ΑΛΟ'ΓΙΣΤΟΣ, *rationis expers, imprudens*, etiam *is, cuius nulla habetur ratio.* * נָפַל, *cado.* Num. VI, 12. sec. *Oxon.* αἱ ἡμέραι αἱ πρότεραι ἀλόγιστοι ἔσονται, dies priores *non computantur:* ubi reliqui libri ἄλογοι habent. Eandem significationem habet quoque נָפַל, quod plerique recentiores interpretes per *irritum esse* explicarunt. Sap. XII, 25. ὡς παισὶν ἀλογίστοις, velut pueris *ratione carentibus.* Sir. XVIII, 9. sec. *Compl.* ἀλογίστῳ δὲ ἑκάστῳ πᾶσιν ἡ κοίμησις: ubi vel ἀλογίστῳ positum mihi esse videtur pro ἀλογίστως, vel ἀλογίστῳ δὲ ἑκάστῳ vertendum est, *ita, ut nemo eorum praevideret.* 4 Macc. III, 11.

*'ΑΛΟΓΙ'ΣΤΩΣ, *inconsiderate, incogitanter.* 4 Macc. VI, 14.

"ΑΛΟΓΟΣ, *rationis* (*Theodoretus* Opp. T. IV. p. 643. ed. *Hal.*) vel *facultatis dicendi expers*, it. *cuius nulla ratio habetur*, it. *absurdus.* עֲרַל שְׂפָתַיִם, *praeputiatus labiis.* Ex.

VI, 12. sec. *Vatic.* ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι, ego vero facultatis dicendi expers, seu non disertus sum. Ita et habet *Chronicon Alexandrinum*, in quo male ad *Aquilam* legitur: ἄλογος χείλεσι. – נָפַל *cado*, i. e. *non numeror, irritus sum.* Num. VI, 12. αἱ ἡμέραι αἱ πρότεραι ἄλογοι ἔσονται, dierum priorum *nulla ratio habebitur.* Confer supra s. v. ἀλόγιστος. Iob. XIII, 4. verbis κατασκευάζοντες ἄλογα apud *Symm.* nihil respondet in textu hebr. sec. *Hex.* Continent autem versionem alius interpretis, pertinentem illam ad טֹפְלֵי־שָׁקֶר, *concinnatores mendacii*, initio commatis. Hac ratione κατασκευάζειν respondet hebraico טָפַל, et ἄλογα hebr. שָׁקֶר. Sunt autem ἄλογα, scil. ῥήματα, h. l. sermones amicorum Iobi, speciosi quidem, sed nihil nisi vana ac falsa continentes. *Bielius* per *absurda* reddidit. Vide ad h. l. *Drusium* in *Fragm.* p. 799. ac *Montf. Alciphr.* III, 70. ἄλογος πρᾶξις, *stulte factum.* Sap. XI, 16. ἄλογα ἑρπετὰ — ἀλόγων ζώων, ubi ἄλογα ἑρπετὰ et ζῶα non sunt *muta et irrationalia*, sed *vilia et contemptibilia*, ut ipse idem auctor declarat.

ἈΛΟΓΩΣ, *irrationaliter, temere, inconsiderate.* לְלֹא דָבָר, *sine ratione.* *Symm.* Amos VI, 12. (14.) ubi LXX habent ἐπ᾽ οὐδενὶ λόγῳ. Adde 3 Macc. VI, 25. *Alciphr.* I. ep. 35.

ἈΛΟΗΤΟΣ, (scribitur quoque Ἀλοητὸς) *tritura, trituratio, tempus triturandi.* דַּיִשׁ, *trituratio.* *Lev.* XXVI, 5. καταλήψεται ὑμῖν ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν, assequetur vobis tempus triturandi vindemiam: ubi in MS. A. loco ἀλοητὸς legitur ἀμητός. – *הַדִּישׁ, *conculcari*, a דוש *triturare.* *Symm.* Ies. XXV, 10. – חֹרֵשׁ part. (Forte legendum חרץ. addit *Bielius.*) *arans, arator.* Amos IX, 13. καταλήψεται ὁ ἀλοητὸς τὸν τρυγητὸν. assequetur tempus triturandi vindemiam. Apud *Suidam* in voce Ἀλωῆος ἀλοητὸς exponitur ὁ καιρὸς τοῦ θέρους. Vocis ἀλοητὸς mentio etiam fit apud *Pollucem* Lib. I. c. 12. segm. 226.

ἈΛΟΙΦΑΩ, *oblino, obduco.* כָּפַר, *operio, obduco, oblino.* *Aqu.* Gen. VI, 14. ἀλοιφήσεις ἀλοιφῇ.

ἈΛΟΙΦΗ, *unguentum, pinguedo, tectorium, linimentum.* טוּחַ, *tectorium.* Ez. XIII, 20. ποῦ ἐστιν ἡ ἀλοιφὴ ὑμῶν, ἣν ἠλείψατε; ubi est tectorium vestrum, quod obduxistis? – *כֹּפֶר, *bitumen.* *Aqu.* Gen. VI, 14. – מָחֹה infin. *delendo.* Ex. XVII, 14. ἀλοιφῇ ἐξαλείφω τὸ μνημόσυνον, penitus eos exstirpabo.

*ἈΛΟΙΦΟΩ, *oblino, obduco.* כָּפַר. *operio, obduco, oblino.* *Aqu.* Gen. VI, 14. ἀλοιφώσεις ἀλοιφῇ sec. cod. *Reg.* 1871. Lectio haec, etiam *Montf.* probata, mihi ideo vera videtur, quia amat *Aquila* verba in όω desinentia.

*ΑΛΣ, *sal.* הָמְלֵחַ, inf. Hoph. *saliendo.* Ez. XVI, 4. οὐδὲ ἀλὶ ἡλίσθης, neque sale conditus es. - מֶלַח, *sal.* Gen. XIV, 3. Lev. II, 13. ubi cum ἅλας permutatur in codd. Num. XVIII, 19. διαθήκη ἁλὸς αἰωνίου, foedus salis aeterni. Conf. ad h. l. *Zornii Bibl. Antiqu. Exeg.* T. I. p. 499. Iud. IX, 5. ἔσπειρεν αὐτὴν ἅλας, seminabat in illam salem. Sic olim etiam aliae gentes hostium regionem sale conspergere solebant, ut sterilitatem illi inducerent. Talem regionem ἁλίσπαρτον Graeci vocabant. *Etymolog.* ined., quod *Bielius* laudavit: Ἁλίπαστον (MS. vitiose Ἁλίσπαστον) καὶ ἁλίσπαρτον διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ ἁλὶ πεπασμένον κρέας, ἢ ἰχθὺν ἔλεγον ἁλίπαστον. Ἁλίσπαρτον δὲ τὴν ἁλὶ κατεσπαρμένην χώραν. Τῶν γὰρ ἀρχαίων τινῶν βαρβάρων δυσμενῶς διακειμένων πρὸς τοὺς Ἕλληνας, τὰς χώρας αὐτῶν ἁλὶ κατέσπειρον, εἰς τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν αὐτὰς καρπούς. Conf. *Act. Erudit. Lips. Supplem.* T. VI. p. 259. *Fesselii Adverss. SS.* lib. IV. c. 13. p. 400., et quae ex *Stephani Morini Diss. de sale adspergi solito super urbium dirutarum ruinas* recensentur *Zornio* l. c. pag. 491. et *Intt.* ad *Hesychium* in Ἀρὰς ἐπισπεῖραι. - שִׂדִּים, *Siddim*, nomen proprium vallis. Gen. XIV, 3. τῶν ἁλῶν ex coniectura *Drusii* in *Fragm. Vet. Intt. gr.* pag. 23. pro τῶν ἀλσῶν. Confer tamen *Scharfenb. anim.* T. I. p. 14.

*ΑΛΣΗ, *lucus, nemus.* עֵדֶן. *Symm.* Gen. II, 15. (ubi vid. *Montf.*) ἐν παραδείσῳ τῆς ἄλσης. ex *Hieronymi Quaestt.* in *Genesin.* Ad h. l. ita *Drusius in Fragm.* pag. 8. "*Ἄλσης suspectum mihi de mendo. Quid si ἀλοσύνης?* (Non male, iudice *Scharfenbergio*, si modo in locum ἀλοσύνης substituas ἀδοσύνης: nam ἀλοσύνη corruptum esse ex ἀδοσύνη colligitur ex eo, quod supra apud eundem legitur: ἀδοσύνη, ἡδονή. Vide *Intt.* ad *Hesych.* T. I. p. 248.) *Lexicon Hesychii: ἀλοσύνη, ἡδονή. H. Stephanus scribit ἁλοσύνα cum spiritu aspero. "Ἄλση quid sit, adhuc quaero. An in mente habuit ἄλσος? id significat lucum.* *Vallarsius* ad *Hieronymum* T. III. *Opp.* p. 307. e quatuor codd. MSS. restituit ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἀκτῆς. Conf. *Kreyssigii Symbolas* ad *Lex. Biel.* P. II. p. 12. *Holmesius* ad h. l. coniicit legendum ἀκμῆς. *Origenes* in *Lex.* apud *Hieron.* III. p. 626. Ἐδὲμ τρυφὴ ἢ ἀκμή. Est τρυφὴ forte τῶν Ο', et ἀκμὴ *Symmachi.* Porro Gen. XVIII, 12. Ἀ. τρυφερία. Σ. ἀκμή. Delenda itaque est haec vox commentitia et graecis scriptoribus ignota.

*ΑΛΣΟΣ, *lucus, nemus, saltus,* it. *quivis locus Diis consecratus.* Confer *Spanhem.* ad *Callim. Cer.* 27. אֲשֵׁרָה, idem. *Aqu.* 2 Reg. XVII, 6. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXVII, 9. LXX Ex. XXXIV, 13. Deut. VII, 5. - בָּמָה, *excelsum, in quo idolis sacra fiebant.* Ier. XXVI, 18. Mich. III, 12. - *חֶרֶס, *sol. Aqu.* Iud. VIII, 13. ἀλσῶν. quae lectio mihi admo-

"*ΑΛΣΩΜΑ*, *lucus.* אֲשֵׁרָה idem. *Aqu.* 2 Reg. XXIII, 4. et 7.

'*ΑΛΣΩ'Ν*, *lucus.* 2 Regg. XVII, 6. apud *Aqu.* legitur ἐποίησεν ἄλσῶνα pro יַעֲשׂוּ אֲשֵׁירָה. Sed quia in reliquiis *Aqu.* ib. c. XXIII, 4. לָאֲשֵׁרָה per τῷ ἀλσώματι et v. 7. per τοῦ ἀλσώματος translatum reperiatur, etiam hoc nostro loco ἐποίησαν ἄλσωμα legendum esse suspicatus est *Kreyssigius* in *Symbolis* ad *Bielii Thes. Philol.* P. I. p. 7. ne interpres geminam vocem, qua hebraicum אֲשֵׁרָה et אֲשֵׁירָה redderet, effinxisse putandus sit.

'*ΑΛΥΚΟ'Σ*, *salsus.* מֶלַח *sal.* Num. XXXIV, 3. 12. Deut. III, 17. Ios. XV, 2. 5. In omnibus his locis occurrit formula ἡ θάλασσα ἡ ἁλυκή. – שִׂדִּים, *Siddim*, nomen proprium vallis. Gen. XIV, 3. ἐπὶ τὴν φάραγγα τὴν ἁλυκὴν, pro quo in aliis libris perperam legitur τὴν ἁλικήν. Confirmatur haec lectio verbis sequentibus: αὕτη ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν, ac iis, quae v. 8. et 10. in eadem versione reperiuntur. Ingeniosa tamen est coniectura *Kreyssigii* in *Symbol.* P. II. p. 10. ita scribentis: „Si coniecturae locus daretur, v. 3. ἁλικὴν s. ἁλυκὴν mutarem in ἀλσικὴν, atque v. 8. ἀλσικῇ pro ἁλυκῇ, et v. 10. ἀλσικὴ pro ἁλικὴ reponerem, ab adiectivo recens conficto ἀλσικὸς, i. q. ἀλσώδης, *sylvester, nemorosus. Symmachus* certe ac *Theodotio* v. 3. et 8. atque haud dubie etiam v. 10. הַשִּׂדִּים verterunt τῶν ἀλσῶν, literisque transpositis et paululum immutatis legerunt חֲרָשִׁים, *silvarum*, unde *Vulgatus* quoque *vallem silvestrem* reddidit. Confer *Scharfenbergii anim.* ad h. l."

*'*ΑΛΥ'ΠΩΣ*, *sine dolore ac molestia, sine animi aegritudine.* Adverbium hoc a *Bielio* neglectum legitur Sir. IV, 8. κλῖνον πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου sec. *Complut. Chrysost.* lib. III. de *sacerdotio* et *Vulgatum*, qui habet: *sine tristitia*, h. e. non moleste, impatienter ac coacte.

'*ΑΛΥΣΙΔΩΤΟ'Σ* (scribitur et ἁλυσιδωτὸς), *catenatus, squamatus*, item *catenula, annulus.* עֲבֹת, *contortum, tortile.* Ex. XXVIII, 22. ἔργον ἁλυσιδωτὸν χρυσίου καθαροῦ, opere tortili ex auro puro: ubi *Symm.* βροχωτὸν habet. Ib. v. 24. ubi de catenis aureis tortilibus dicitur. – קַשְׂקַשִּׂים plur. *squamae.* 1 Sam. XVII, 5. θώρακα ἁλυσιδωτὸν, loricam squamatam. Confer ad h. l. *Bochartum Phaleg* l. III. c. 13. Sic et 1 Macc. VI, 35. Antiochi milites memorantur τεθωρακισμένοι ἐν ἁλυσιδωτοῖς, scil. θώραξι, armati loricis catenatis s. squamatis. *Homerus* loricam eiuscemodi appellat στρεπτὸν χιτῶνα. Sic enim Il. ε', v. 113. αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος: unde *Hesych.* στρεπτοῖο χιτῶνος, τοῦ ἁλυσιδωτοῦ θώρακος. Cf. eundem in *Διὰ στρεπτοῖο. Pausan.* L. IX. c. 26. p. 761. *Schol. Aristoph.* ad *Pac.* v. 1223. ac *Apollon. Rhod. Arg.* III. v.

1225. *Brissonium* de *Regno Pers.* lib. III. §. 12. ac *Bielii* Diss. de *lignis Libani* p. 29.

"ΑΛΥΣΙΣ, *catena.* זֵר, *alienus.* Prov. VI, 1. *εἰς ἄλυσιν* sec. *Scholion* in ed. *Bos.*, quod mihi incerti interpretis versionem, suo loco insertam *Hexaplis Origenianis* continere videtur, qui loco לַזָּר levissima immutatione legerat לְזֵר. זֵר autem *omne, quod vim habet constringendi et cingendi,* a זוּר, *comprimere, constringere* notat, et de *corona* aeque ac de *catena* usurpatur. Vnde apud *Syros* ܗܡܢܟܐ, *torques, collare,* 3 Esdr. III, 6. et in lingua arabica ازيار, *funiculus,* 2 Sam. XII, 31. dicitur. - כּוֹשָׁרוֹת, *compedes. Symm.* Ps. LXVII, 7. - עֲבֹתֹת, *complicationes, catenae. Inc.* Ex. XXVIII, 25. - שַׁרְשֹׁת, *catenae. Aqu. Symm. Theod.* Ex. XXVIII, 22. - שַׁרְשְׁרֹת, *catenae. Aqu. Symm.* Ex. XXVIII, 14. LXX 2 Par. III, 16. sec. *Compl.* ubi in reliquis libris *χαλαστὰ* reperitur. Sap. XVII, 18. *μιᾷ γὰρ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν*, una catena tenebrarum omnes vincti erant. Similis locutio occurrit 2 Petr. II, 4. ubi Deus malos angelos *σειραῖς ζόφου*, sc. *δεδεμένους, catenis tenebrarum vinctos,* in tartarum detrusisse dicitur. Vide me in *Lex. N. T.* s. v. *ζόφος*.

*'ΑΛΥ'ΤΡΩΤΟΣ, *qui redimendus non est.* צְמִתֻת *excisio. Symm.* sec. cod. 130. Holm. Levit. XXV, 23. *ἀλύτρωτον* lege *ἀλύτρωτος* seu *ἀλυτρώτως*, h. e. *ut venditori praecisa sit omnis spes redemtionis.* Eundem sensum habet vox hebr., ut docuit *Michaelis Suppl.* p. 2104. Caeterum desideratur haec vox in lexicis graecis.

"ΑΛΦΙΤΟΝ, *farina, polenta, puls ex hordei torrefacti et pilo vel mola tusi farina facta.* V. *Heynii Opuscula Academ.* T. I. p. 371. - קָלִי *tostum, oryza leviter tosta* (Vide, quae ex *Epistolis Leydeckeri* ad *Iob. Ludolfum* afferuntur in *Hamburgischen Berichten von gelehrten Sachen* 1742. p. 593 sq.). Ruth. II, 14. *ἐβούνισεν αὐτῇ βοὸζ ἄλφιτον*, porrexit ei Boas frumentum tostum. 1 Sam. XVII, 17. XXV, 18. 2 Sam. XVII, 28. *Hesych.* *"Αλφιτον, τὸ ἀπὸ νέας κριθῆς ἢ σίτου πεφυρμένον ἄλευρον.* - כַּרְמֶל et אָבִיב iunctim. *Theod.* Lev. II, 14. *πίονα ἄλφιτα,* farina pinguis. Iudith. X, 5. *πήραν ἐπλήρωσεν ἀλφίτων καὶ παλάθης.* Conf. *Salmasii Exerc.* p. 231. seq.

'ΑΛΦΟ'Σ, *pustula lucida, impetigo, vitiligo alba.* - בֹּהַק, *maculae albae in cute, sed languidae, ac pro lepra non habendae.* Lev. XIII, 39. *αὐγάσματα αὐγάζοντα λευκανθίζοντα ἀλφὸς* (*Vulg. maculam coloris candidi.*) *ἐστιν.* ad quem locum *Catenae Regiae MSS.* haecce notant: *ἀλφὸς καλεῖται ἡ ἐπίλυσις ἡ καλουμένη μελανία, ἡ περὶ τὰς παρειὰς γινομένη ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ καύσωνος.* *Hesychius:* *'Αλφὸς, λεύκη τις ἐν τῷ σώματι.*

Lex. Cyrilli MS. Brem. 'Αλφοὺς, λέπρας. V. *Celsum* l. V. c. ult. *Festum* in v. *vitiligo*, ac *Dieterichii Iatreum Hippocrat.* pag. 170.

'ΑΛΩΗ', *aloe.* אֲהָלוֹת plur. Cant. IV, 14.

"ΑΛΩΝ, *area*, it. *fruges, quae in aream colliguntur.* אִדַּר Chald. idem. Dan. II, 35. ἀπὸ ἅλωνος θερινῆς, ex areis aestivis. – גָּדִישׁ, *meta frumenti, acervus, manipulus.* Exod. XXII, 6. προσεμπρήσῃ ἅλωνας ἢ στάχυς, et accendat manipulos in area ac segetes adhuc stantes. Hinc lucem foeneratur locus Iud. XV, 5. ἐνεπύρισε τοὺς στάχυας ἀπὸ ἅλωνος καὶ ἕως σταχύων ὀρθῶν, incendit aristas, quae erant in area manipulatim coacervatae ac dispositae usque ad segetes stantes. Quod si locus hic ita vertitur, nec opus erit statuere, eos legisse מִגֹּרֶן, *ab area*, nec verbo גָּדִישׁ, *manipulus* sive *acervus manipulorum*, per metonymiam tribuenda notio *areae*, sed LXX bene sensum expressisse censendi sunt. Vide ad h. l. *Scharfenbergium* T. II. p. 73. Caeterum pro ἅλωνος in *Alex. Oxon.* et *Compl.* legitur στοιβῆς ex *Theodotione.* Iob. V, 26. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – גֹּרֶן *area.* Gen. L, 10. 11. Num. XV, 18. et alibi saepius. – *מֶלַח, *sal.* Soph. II, 9. θημωνία ἅλωνος, h. e. palearum cumuli in area. Sed quia in textu hebr. legitur מֶלַח, loco ἅλωνος reponendum est ἁλὸς vel ἅλατος, uti quoque habet *Vulgatus.* – מַתְבֵּן, *stramen.* Ies. XXV, 10. ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις. Hinc quoque apparet, ἅλωνα per metonymiam significare *ea, quae sunt in area.* Cf. supra s. v. גָּדִישׁ. – Vide alibi 'Απαρχὴ et Θημωνία.

'ΑΛΩ'ΠΗΞ, *vulpes.* שׁוּעָל, idem. Iud. XV, 4. Neh. IV, 3. Ps. LXII, 9. – שֹׁעַל, *pugillus.* 1 Reg. XX, 10. Scilicet permutarunt h. l. שֹׁעַל *pugillus* cum שׁוּעָל *vulpes*, unde sensus exoritur admodum ineptus. – *שַׁעַלְבִים, *Sahalbim*, nomen proprium. Iud. I, 35. Legerunt שׁוּעָלִים. – *שֹׁפָר, *buccina.* Hos. VIII, 1. ὡς ἀλώπηξ sec. *Ald.* seu *Inc. Int.* Auctor huius versionis pro שׁוֹפָר quoque legit שׁוּעָל ex nonnullorum sententia. Sed rectius ἀλώπηξ mutatur in σάλπιγξ.

"ΑΛΩΣ, idem quod ἅλων, *area.* גָּדוֹל *magnus. Inc.* ac LXX sec. *Vat. Ald.* et *Compl.* 1 Sam. XIX, 22. ἔρχεται ἕως τοῦ φρέατος τοῦ ἅλω κ. τ. λ. ubi necessario loco τοῦ ἅλω reponendum videtur τοῦ μεγάλου aut μεγάλου, nam alia ratione cum textu hebraico conciliari nequit. Statuunt tamen alii, eos loco גָּדוֹל legisse גֹּרֶן. Confer *Kreyssigii Symbolas ad Bielium* P. II. p. 13. – גֹּרֶן, *area.* Ruth. III, 3. ἐπὶ τὸν ἅλω, coll. 6. 13. 2 Sam. XXIV, 16. περὶ τῇ ἅλῳ, coll. 18. 21. et 1 Paral. XXI, 18. – הֵיכָל, *palatium.* 1 Reg. XXI, 1. παρὰ τῇ ἅλῳ ἀχαάβ. Sed nemo facile infitias ibit, ἅλῳ ibi esse lectionem falsam ac reponendum οἴκῳ, ut quoque habet *Compl.* – מְגוּרָה *horreum.* Agg. II, 20. *Gloss. MS.* in *Proph.* "Αλω, ἅλωνα. Legendum videtur ἅλωνος pro ἅλωνα. "Αλως autem *area* Graecis

dicta, quia rotunda est. Vide *Bockarti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 49. p. 548.

"*ΑΛΩΣΙΣ, captio, captura.* טֶרֶף, *praeda. Aqu.* et LXX Iob. XXIV, 5. ἐξέρχονται ὀρθρίζοντες εἰς ἅλωσιν, labore matutino alimenta quaerunt. Scilicet ἅλωσις, quia de pauperibus h. l. sermo est, notat *alimentum, nutrimentum, cibum,* quemadmodum טֶרֶף est i. q. לֶחֶם Ps. CXI, 5. et Mal. III, 10. Vsus quoque est hac voce pro eadem hebr. *Aqu.* Gen. XLIX, 9. et Ps. LXXV, 5. – נִתְפְּשָׂה, *capta est*, praet. foem. Niph. a תָּפַשׂ. Ier. L, 46. ἁλώσεως βαβυλῶνος, ubi *Theodoretus*: τοῦ πάθους (cladis) ἡ φήμη. *Hesychius*: ἁλώσεως, ἀπωλείας, θανάτου.

"*ΑΜΑ, simul.* אֶת, nota accusativi. *Theod.* Ies. LXVI, 10. et LXX Ies. XLI, 7. – אָתָא, *venio.* Deut. XXXIII, 21. Ita *Bielius.* Sed l. l. non tam ἅμα, quam tota formula συνηγμένοις ἅμα hebr. וַיֵּתֵא respondet. אָתָא autem *convenire* quandoque notare, notum est. – בּ praefixum. Mich. II, 1. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *prima luce.* Sic ἅμα τῷ ἔαρι apud *Herodot.* lib. V. c. 31. et ἅμα τῷ ἦρι apud *Thucyd.* lib. VI. c. 88. et *Arrianum* de *expedit. Alex.* lib. I. cap. 1. p. 3. (pro quo idem *Arrianus* plenius dixit ἅμα τῷ ἦρι ἀρχομένῳ) significat *ineunte vere.* Vide *Horrei Miscell. Crit.* pag. 177. ac notata a me in *Lexico N. T.* s. h. v. – בְּאַחַת, *in una re, in hoc uno.* Ier. X, 8. ἅμα ἄφρονες καὶ ἀνόητοί εἰσι. Bene quoad sensum. – כְּאֶחָד, *ut unus.* Ies. LXV, 25. λύκοι καὶ ἄρνες συμβοσκηθήσονται ἅμα. Non legerunt כְּאֶחָד, ut nonnulli voluerunt, sed sensum secuti sunt. – יַחַד, *una, simul. Theod.* 1 Sam. XVII, 10. *Aqu.* et *Theod.* Iob. X, 8. *Aqu.* Iob. III, 18. *Aquila* et *Ed. Vta* Ps. XXXII, 15. sec. *Vat.* ab *Adlero* collatum in *Repert. Bibl. et Or. Literat.* Tom. XIV. p. 187., ubi *Symm.* ὁμοῦ habet. LXX Deut. XXXIII, 5. Psalm. XXX, 17. XXXIX, 19. et alibi saepius. – יַחְדָּו idem. Gen. XIII, 6. XXII, 6. 8. Prov. XXII, 18. et Ier. XXXI, 24. ἅμα τῷ γεωργῷ, una cum agricola: et alibi saepius. – *כֹּל, *omnis. Aqu.* ac *Theodot.* Iob. XXXVIII, 7. ubi כֹּל cum יַחַד in priori membro permutatur. – מִקָּצֶה *ab extremo.* Gen. XIX, 4. ἅπας ὁ λαὸς ἅμα. Probat hanc versionem, quam *Vulgatus* quoque secutus est, *Schultensius* in *Operibus minoribus* pag. 121. qui multis exemplis docuit, arab. عن اقصا, *ab extremo,* eodem sensu adhiberi. Confer quoque *Abulpharagii Hist. Dynast.* p. 524. et Ies. LVI, 11. – *שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו, *duo una.* Ies. I, 31. – עַל, pro עִם, *cum.* Num. XXXI, 8. ἅμα τοῖς τραυματίαις αὐτοῦ, una cum vulneratis eius. Cf. quae ex *Arriano* notat *Horreus Miscell. Critt.* p. 177. Similiter in N. T. Matth. XIII, 29. ἅμα αὐτοῖς, una cum illis. Tum vero σὺν subaudiendum esse apparet ex 1 Thess. IV, 17. ubi diserte additur. – *עַם, *populus.* Deut. XXXII, 45. עַמּוֹ, ἅμα αὐτῷ. Legerunt

עַמִּי. In cod. *Basil.* perperam ibi exhibetur *αἷμα*. 3 Esdr. VIII, 71. *καὶ* (*ἐγένετο* addunt *Alex.* et *Ald.*) *ἅμα τὸ ἀκοῦσαί με ταῦτα*, simulac haec audivi. In textu hebr. Esdr. IX, 3. est כְּשָׁמְעִי. Cum dativo, ut apud profanos, eodem sensu legitur 1 Macc. XIII, 7. *ἅμα τῷ ἀκοῦσαι*, *simulac* audivissent. Vide *Vorstium de hebr. N. T.* p. 715. ed. *Fischeri*. Sir. XLV, 20. *λειτουργεῖν αὐτῷ ἅμα καὶ ἱερατεύειν*. 1 Macc. IV, 6. *καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ὤφθη Ἰούδας*. *Hesych.* "*Αμα, ὁμοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ ἐκ διαφόρων τόπων, καὶ εἰς ἕνα τόπον, καὶ ὁμόσε.*

"*ΑΜΑ ΠΑ'ΝΤΕΣ*, *simul omnes*. פִּי אֶחָד, *uno ore*. Ios. IX, 2.

"*ΕΩΣ "ΑΜΑ*, *usque simul*. עַד־חֹם, *usque ad incalescendum*, i. e. *donec incalesceret*. Neh. VII, 3. *οὐκ ἀνοιγήσονται πύλαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως ἅμα τῷ ἡλίῳ*, non antea aperientur portae Hierosolymae, quam cum sol illuxerit. Fortasse tamen *ἅμα* est ipsa vox hebr. חֹם, graece scripta: nisi legere malis *ἕως καύματος ἡλίου*. – Vide alibi *Καλύπτω*, *Πορεύομαι* et *Συμπαραλαμβάνω*.

*'*ΑΜΑΓΓΑΡΙ'* vel *ἀματταρὶ* et *ἀματταρὰ*, est ipsa vox hebraica מַטָּרָה, *custodia*, item *scopus*. 1 Sam. XX, 19.

*'*ΑΜΑ'ΖΟΝΕΙ"Σ*, '*ΑΜΑ'ΖΟΝΕΣ*, *Amazones*, ex varia lectione. Vide '*Αλιμαζονεῖς*.

'*ΑΜΑ'ΘΕΙΑ* et '*ΑΜΑΘΙ'Α*, *ignorantia*, *stultitia*. אִוֶּלֶת, idem. *Symm.* Prov. XIV, 24. – סִכְלוּת idem. Cohel. II, 13. *Alciphr.* I, 31.

'*ΑΜΑΘΗ'Σ*, *indoctus*, *rudis*, *imperitus*. בַּעַר, *brutus*, *stupidus*. *Symm.* Ps. XLVIII. v. 11.

'*ΑΜΑΛΘΕΙ'ΑΣ ΚΕ'ΡΑΣ*, *caprae* vel *Amaltheae cornu*, proverbialiter dicitur de iis, qui in rerum copia vivunt, et res suas feliciter agunt. *Suidas:* '*Αμαλθείας κέρας, ἐπὶ τῶν ἀφθόνως ζώντων, καὶ εὐθυνούντων καὶ εὐπραγούντων*. Iob. XLII, 14. קֶרֶן הַפּוּךְ, quod est nomen tertiae filiarum Iobi, LXX reddunt '*Αμαλθείας κέρας*. Conf. ad h. l. *Spanhemium Hist. Iobi* c. 15. §. 13. et 14. *Glossae MSS. in Iob.* '*Αμαλθείας κέρας, εὐθηνία καὶ ὑγεία*. Respexerunt interpretes ad fabulam suae aetatis de cornu Amaltheae, formosissimae cuiusdam foeminae, in quo eius reconditae essent opes, unde comparari omnia possent. Vide *Palaeph. Incred.* 46. Hinc *cornu Amaltheae* pro *cornu copiae* dictum, et pro symbolo felicitatis usurpatum est, ut adeo LXX h. l. sensum expresserint. Vid. *Ernesti* not. ad *Gloss. sacr. Hesychii* (apud quem '*Α. κ.* exponitur *τὸ πάντων ἐπιτυγχάνειν*) p. 13.

'*ΑΜΑΝΑ'*, *Amana*, nomen montis. Est ipsa vox hebraica אֲמָנָה. *Aqu.* Cant. IV, 8.

"*ΑΜΑΞΑ*, *currus*. מַדְמֵנָה *sterquilinium*. Ies. XXV, 10. *ὃν τρόπον πατοῦσιν ἅλωνα ἐν ἁμάξαις*. Legerunt sine dubio בְּמֶרְכָּבָה. – עֲגָלָה *currus*. Gen. XLV, 19. 21. 27. XLVI, 5.

Num. VII, 3. et alibi passim. *Inc.* Ps. XLV, 10. Sir. XXXIII, 5. τροχὸς ἁμάξης σπλάγχνα μωροῦ, praecordia fatui tanquam rota carri: quo summa eius inconstantia in cogitationibus et desideriis significatur.

*'ΑΜΑΞΟΕΙΔΗ'Σ, *plaustri formam referens.* צָב *operimentum.* *Inc.* Num. VII, 3. κατασκευαστὰς ἁμαξοειδεῖς, concinnatos (sc. currus) plaustri forma. ubi vid. *Schol.* a *Montf.* adductum. Conf. *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. Simile huic adiectivum est ἀραχνοειδὴς apud *Polluc.* II, 71. Num. l. l. legi quoque fortasse posset ἁμαξοειδῶς, quod ex *Eustathio* attulit *Passow* in libr. de *fin. Lexic.* p. 118.

'ΑΜΑ'ΡΑΝΤΟΣ, *non marcescens.* Sap. VI, 12. ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία.

'ΑΜΑΡΤΑ'ΝΩ, *pecco.* אָשַׁם, *reus sum,* it. *vastor.* Lev. V, 5. ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ἧς ἡμάρτηκε, confitebitur peccatum, cuius reus factus est. 2 Par. XIX, 10. οὐχ ἁμαρτήσονται τῷ κυρίῳ. Ies. XXIV, 10. – אָשֵׁם verbale, *reus.* Lev. V, 4. ἁμάρτῃ ἕν τι τούτων, reus sit alicuius eorum. – אַשְׁמָה, *reatus.* Lev. IV, 3. 2 Par. XXVIII, 13. – הִרְשִׁיעַ Hiph. *improbe ago.* 2 Par. XXII, 3. μήτηρ αὐτοῦ ἦν σύμβουλος τοῦ ἁμαρτάνειν. – חָטָא *pecco, delinquo.* Gen. XX, 6. τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν σε εἰς ἐμέ. Ita quoque construitur ib. v. 9. XLIII, 9. XLIV, 32. Gen. XXXIX, 9. ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ θεοῦ. Eadem constructio reperitur quoque Ex. X, 16. Deut. IX, 16. 1 Sam. VII, 6. Cum ἔναντι constructum legitur Lev. IV, 2. Num. XV, 26. cum εἰς Gen. XLIV, 32. 1 Sam. II, 27. et XIX, 4. 5. cum ἐν Lev. IV, 14. 28. cum ἀπὸ Lev. V, 15. 16. cum περὶ Lev. V, 5. 6. 11. Num. VI, 11. cum genitivo Lev. IV, 25. 28. cum dativo Iud. XI, 27. 1 Sam. XIV, 33. 2 Par. VI, 22. cum accusativo Ex. XXXII, 29. 30. Lev. XIX, 22. Iob. V, 24. οὐ μὴ ἁμάρτῃ. *Schol. gr.* οὐ δυσπραγήσῃ. Recte. Ez. XVI, 50. κατὰ τὰς ἡμίσεις τῶν ἁμαρτιῶν οὐχ ἥμαρτεν, dimidiam partem peccatorum tuorum non perpetravit. – חֵטְא, *peccatum.* Hos. XII, 8. – חַטָּאת, *peccatum.* Gen. IV, 7. ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες. Legerunt, aliis punctis subiectis, חָטָאת. 1 Sam. XX, 1. Iob. XXXV, 3. – חָרָה אַף, *exardet ira.* Iob. XLII, 7. ubi scilicet in textu legitur: חָרָה אַפִּי בְךָ, *exardet ira mea in te,* quod LXX reddiderunt: ἥμαρτες σὺ, ita ut antecedens posuerint pro consequente, sensu minime incommodo. – מָעַל, *praevaricor.* 2 Par. XII, 2. ὅτι ἥμαρτον ἐναντίον κυρίου, quia peccavi contra Dominum. – עָוֹן, *iniquitas.* Iob. XI, 6. ἄξιά σοι ἀπέβη, ὧν ἡμάρτηκας, ubi alii παρεωραμένα habent. – עָשָׂה, *facio.* *Inc.* Num. V, 7. LXX 1 Sam. XXVI, 18. Ez. XXXV, 6. Scilicet ut ποιεῖν in N. T. (confer *Lex. N. T.* s. h. v.), ita etiam עָשָׂה quandoque notat *committere, perpetrare aliquid mali, scelus, flagitium.* – פָּשַׁע, *praeva-*

ricor. Thren. III, 41. ἡμαρτήσαμεν, ἠσεβήσαμεν. - פֶּשַׁע, *praevaricatio.* Iob. XXXIII, 9. Prov. XXVIII, 24. et XXIX, 6. - רָשָׁע, *improbus.* Ps. XXXV, 1. φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ. Legerunt לְרַשַׁע, *ad impie agendum,* pro לָרָשָׁע. Caeterum τοῦ ἁμαρτάνειν positum est pro ἐν τῷ vel εἰς τὸ ἁμαρτάνειν, *ad peccandum,* h. e. ita ut possit tranquillo animo peccare. Ps. LXXIV, 4. - שָׁחַת Pih. *perdo.* Deut. XXXII, 5. ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητά. Scilicet cogitarunt de usu loquendi, ex quo שִׁחֵת, subintellecto דֶּרֶךְ vel עֲלִילוֹת, notat *perdite agere. Aqu.* et *Symm.* habent διέφθειραν. - *שָׂנֵא, *odio habeo.* Ez. XXXV, 6. εἰ μὴν εἰς αἷμα ἥμαρτες. Sensum, non verba, secuti sunt. Nam שָׂנֵא h. l. de effectu odii explicandum est, adeoque notat *male tractare, iniuste agere.* Sir. VII, 7. μὴ ἁμάρτανε εἰς πλῆθος πόλεως, noli plebem urbis *offendere* seu *irritare.* Sir. X, 29. ἁμαρτάνειν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, *vitam laedere,* h. e. *manum sibi inferre. Grotius* quidem et *Linde* explicarunt: *iniquum erga se esse,* scilicet semet deiiciendo, sed *Bretschneiderus* statuit cum *Drusio,* αὐτοχειρίαν h. l. prohiberi. Contulit enim *Drusius* verba חוֹטֵא נַפְשׁוֹ, quae Prov. XX, 2. leguntur, et de homine, qui ea facit, quae sibi sunt exitio, ac vitae pericula temere incurrit, dicuntur. Clarior adhuc videtur esse locus Prov. VIII, 36. Sir. XV, 20. XIX, 4. ὁ ἁμαρτάνων, qui peccat, scilicet in proximum suum, male de eo sentiendo et mala audita leviter credendo, εἰς ψυχὴν αὐτοῦ πλημμελήσει, delinquit in animam suam, h. e. sibi ipsi iniurius est. Ibid. XIX, 28. ἁμαρτεῖν, *laedere, nocere.* Confer sequentia. Ibid. XXIV, 24. οὐχ ἁμαρτήσουσι, *spe sua non frustrabuntur, a scopo non aberrabunt.* XLII, 3. μὴ λάβῃς πρόσωπον τοῦ ἁμαρτάνειν, ne personarum respectu te ad iniuste facta seduci patiaris.

ΠΟΙΕ'Ω 'ΑΜΑΡΤΑ'ΝΕΙΝ, peccare facio. הֶחֱטִיא Hiph. idem. Exod. XXIII, 33. Ies XXIX, 21. - Vide alibi Ἀκουσίως.

'ΑΜΑΡΤΑ'ΝΩΝ, peccator. חֹטֵא et חֹטֶה part. idem. Coh. II, 26. VII, 27. IX, 2. 17. ὁ ἁμαρτάνων εἷς, qui peccaverit *in uno.* Legendum sine dubio est ἕν. - חַטָּאִים plur. *peccatores.* 1 Sam. XV, 18. Psalm. XXIV, 9. et Prov. XIII, 22.

'ΑΜΑΡΤΗΛΑ'ΤΗΣ, auriga. 2 Macc. IX, 4. συνέταξε τὸν ἁμαρτηλάτην ἀδιαλείπτως κ. τ. λ. iussit aurigam incessanter agitantem expedire iter. Ita *Bielius Trommium* secutus, sed ἁρματηλάτην legendum esse, dubio caret. Vide infra s. h. v.

'ΑΜΑ'ΡΤΗΜΑ, peccatum, delictum. *אַחַד מֵאֵלֶּה, *unus ex istis.* Ez. XVIII, 10. ποιοῦντα ἁμαρτήματα. Sensum expresserunt. - *דָּבָר, *verbum.* Huc refero Iob. XIX, 28. ubi

ἁμάρτημα λόγου non, ut nonnullis visum est, respondet hebraico שֹׁרֶשׁ דָּבָר, *radix verbi*, sed tantum voci דָּבָר, quae, ut plerisque visum est Interpretibus, h. l. sensu malo adhibetur, ut sit *res iniqua*, h. e. calumniae ac criminationes, quibus volebant lacessere Iobum. - דֶּרֶךְ, *via*. Hos. X, 13. ubi pro כִּי־בָטַחְתָּ בְדַרְכְּךָ, *quia fisus es viae tuae*, LXX sec. *Vat.* habent: ὅτι ἤλπισας ἐν τοῖς ἁμαρτήμασί σου. Scilicet *viae*, ut omnino *actiones*, ita speciatim ἁμαρτήματα in codice sacro significant. In dubium tamen hanc lectionem receptam vocavit *Bahrdtius* in *apparatu critico* ad h. l., qui loco ἁμαρτήμασι reponendum esse existimavit ἅρμασιν, ut non solum in *Alex. Ald.* et *Compl.* legitur, sed etiam *Arabs* expressit, ut adeo pro בְּדַרְכְּךָ legerint בְּרִכְבֵיךָ, *in curribus tuis*. Sed mihi haec verba alius interpretis versionem continere videntur. - חַטָּאת, *peccatum*. Gen. XXXI, 36. Lev. IV, 29. κεφαλὴν τοῦ ἁμαρτήματος, capiti *victimae piacularis*: Deut. IX, 27. 1 Sam. XV, 24. καὶ νῦν ἆρον δὴ τὸ ἁμάρτημά μου, tolle a me *poenam peccati mei*, seu: condona mihi peccatum meum. Eodem sensu haec vox legitur 2 Sam. XII, 13. κύριος παρεβίβασε τὸ ἁμάρτημά σου, ac Ies. XL, 2. Hos. X, 8. - עָוֹן, *iniquitas, peccatum*. Ex. XXVIII, 38. Num. XVIII, 23. αὐτοὶ λήψονται τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, *poenam ferant, in quo peccarunt*. Ios. XXII, 17. Ies. LIX, 2. - *פֶּגַע, *occursus*. 1 Reg. V, 3. ubi ἁμάρτημα sec. *Vat.* videtur esse lectio vitiosa, et ex reliquis libris ac *Incerto* interprete in *Hexaplis Origenianis* reponendum ἀπάντημα. Fortasse tamen est ἁμάρτημα versio alius interpretis, qui loco פֶּגַע legit פֶּשַׁע, et ἁμάρτημα πονηρὸν est *scelus, flagitium insigne*. - פֶּשַׁע, *peccatum, iniquitas*. Ios. XXIV, 19. οὐκ ἀνήσει τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν, non feret peccata vestra. Ies. LVIII, 1. Thren. I, 23. - קֶצֶף, *ira fervens*. Num. I, 53. οὐκ ἔσται ἁμάρτημα ἐν τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ. Posuerunt antecedens pro consequente, et ἁμάρτημα est h. l. *peccatum iram divinam provocans*. - רֶשַׁע, *impietas*. Ier. XIV, 20. Iudith XIII, 21. *stuprum, illicitus concubitus*. Sap. II, 12. ἁμάρτημα νόμου, *peccatum adversus legem, violatio legis*. Sir. XVIII, 21. ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων δεῖξον ἐπιστροφήν: ubi καιρὸς ἁμαρτημάτων notat *tempus, quo poenae peccatorum sentiuntur*, speciatim quo homini cum morbo graviore (quem poenam peccatorum *recte* habebant veteres) conflictandum est. Non male itaque *Vulgatus* habet: *tempore infirmitatis*. Praecesserant enim verba: πρὶν ἀῤῥωστῆσαί σε, ταπεινώθητι.

ʿΑΜΑΡΤΙ'Α, *peccatum*, etiam *poena peccati*, et *sacrificium piaculare*. אָשָׁם, *reatus*. Lev. V, 7. Num. XVIII, 9. 2 Reg. XII, 16. Ies. LIII, 10. περὶ ἁμαρτίας, ut *sacrificium pro peccatis*. - אָשֵׁם, *reus*. Gen. XLII, 21. ἐν ἁμαρτίᾳ ἐσμὲν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ, *rei enim sumus peccati contra fratrem*. -

*אַשְׁמָה, *reatus.* I Par. XXI, 5. - בָּמָה, *excelsum.* Mich. I, 5. τίς ἡ ἁμαρτία οἴκου Ἰούδα: ubi non opus est, ut cum nonnullis interpretibus statuatur eos legisse חַטָּאת, aut excidisse illud vocabulum, sed ἁμαρτία h. l. est speciatim *idololatria*, quam gentiles maxime in excelsis exercere solebant. - דֶּרֶךְ, *via*, etiam metaphorice *actiones*, speciatim *illicitae.* 1 Reg. XXII, 53. - *זָר, *alienus. Symm.* ac *Theod.* Ies. XXVIII, 21. זָר מַעֲשֵׂהוּ per ἁμαρτία ἡ ἐργασία σου transtulerunt; ubi *Clericus* in *Comm.* ad h. l. coniecit pro ἁμαρτία legendum esse ἀλλοτρία, quia hanc versionem cum textu hebraico nullo alio modo conciliari posse putabat. Sed vide infra in hoc articulo a me notata s. v. נָכְרִיָּה. - חָטָא, verbum, *pecco.* Iob. XXIV, 19. Ez. XXXIII, 12. ἐν ἡμέρᾳ ἁμαρτίας, quam primum peccaverit. Hos. VIII, 11. εἰς ἁμαρτίας, ad *cultum idolorum.* - חֵטְא, in plur. חֲטָאִים. Gen. XLI, 9. Lev. XIX, 17. οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν, nec propter eum *peccati reus fiatis*, coll. XXII, 9. et XXIV, 16. Deut. XV, 9. ἔσται ἐν σοὶ ἁμαρτία, coll. XXI, 22. et XXIV, 15. Alibi legitur ἔστι σοὶ ἁμαρτία, v. c. Deut. XXIII, 23. - חַטָּאָה, et contracte חַטָּאת. Gen. L, 17. τὴν ἀδικίαν καὶ τὴν ἁμαρτίαν. Ex. XXIX, 36. τὸ μοσχάριον τὸ τῆς ἁμαρτίας ποιήσεις, vitulum in *sacrificium pro peccatis* parabis. Lev. IV, 20. ἐποίησε τὸν μόσχον τὸν τῆς ἁμαρτίας, paravit vitulum in *sacrificium pro peccato.* Ibid. v. 32. ἐὰν δὲ πρόβατον προσενέγκῃ τὸ δῶρον αὐτοῦ περὶ τῆς ἁμαρτίας, si ovem offerat in *sacrificium pro peccato.* Ibid. v. 33. ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ τῆς ἁμαρτίας, capiti *victimae piacularis.* Lev. V, 9. ἁμαρτία γάρ ἐστι, est enim *sacrificium pro peccato.* Conf. 2 Cor. V, 21. et Ez. XLIV, 27. ubi חַטָּאת LXX reddunt ἱλασμὸν sensu eodem. Sic et *Inc.* Lev. IV, 8. et VI, 25. οὗτος ὁ νόμος τῆς ἁμαρτίας, ἐν τόπῳ, οὗ σφάζουσι τὸ ὁλοκαύτωμα, σφάξουσι καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας, haec est lex de sacrificio pro peccato: In loco, ubi mactant holocaustum, mactabunt etiam sacrificium pro peccato. Lev. XIV, 18. ποιήσει ὁ ἱερεὺς τὸ περὶ ἁμαρτίας, parabit sacerdos sacrificium pro peccato. 2 Par. XXIX, 24. τὰ περὶ ἁμαρτίας, sacrificia pro peccato. Vide et Ez. XLII, 13. Subaudiendum videtur θῦμα et θύματα. Conf. *L. Bos. Ellips. Gr.* pag. 83. - Hos. IV, 8. ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται, *victimis*, quas populus meus *pro peccatis* offert, vescuntur. Zach. XIV, 19. αὕτη ἔσται ἡ ἁμαρτία Αἰγύπτου, haec erit *poena peccati* Aegyptiorum. - חֳלִי, *morbus, infirmitas.* Ies. LIII, 4. οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει. Bene quoad sensum: nam in SS. peccata ut morbus gravissimus sistuntur. Cf. *Glassii Philol. S.* p. 1165. ed. *Dathii.* - יוֹם, *dies.* Mal. III, 7. ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν πατέρων σου. Sensum secuti sunt, nec opus est, ut statuamus, eos loco לְמִימֵי legisse לְמוּמֵי, a מוּם *macula*, quod fortasse aliquis conіicere posset. Nam לְמִימֵי אֲבֹתֵיכֶם quoad sen-

sum est: *sicut olim violarunt eas maiores vestri.* – מְגוֹרָה, *formido*. Ies. LXVI, 4. τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Non male, quoad sensum. – מַחֲשָׁבָה, *cogitatio, consilium*, in utramque partem, etiam *pravum*. Ies. LXV, 2. – מַכְאוֹב, *dolor*. 2 Par. VI, 29. ubi ἁμαρτία in codd. cum μαλακία permutatur, ac sine dubio notat *poenam peccati*, speciatim *morbum a Deo immissum ob peccata*. Confer sequentia. – *מַרְשִׁיעַ, *praevaricator*. Dan. XI, 32. sec. *Chis*. – מְשׁוּבָה *aversio*, speciatim a Deo. Ier. XIV, 7. πολλαὶ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐναντίον σου. – *נָכְרִיָּה, *extranea*. *Symm.* ac *Theodot.* Ies. XXVIII, 21. Acceperunt vocem hebraicam sensu metaphorico, quem habet, ut de alienatione a Deo, seu abnegatione ac repudiatione Dei dicatur, et ἁμαρτία h. l. speciatim est *idolorum cultus*. Aliena itaque ab hoc loco mihi esse videtur coniectura *Semleri*, qui pro ἁμαρτία reponere voluit ἀλλοτρία. – עָוֹן, *iniquitas*. Gen. XV, 16. Ex. XX, 5. et alibi saepius. Adde *Symm.* Ps. LVIII, 5. ubi ἁμαρτία de *peccato contra alios* adhibetur. *Vulg. sine iniquitate. Hieronymus: non egi inique.* – *עִלָּה, *occasio*, scil. *criminandi et calumniandi*. Dan. VI, 5. sec. *Chis*. – עֲלִילָה, *opus*, in utramque partem. Ez. XXXVI, 19. – *עֱנוֹת, *cantilenae*. *Samar.* Ex. XXXII, 18. Non legit aliis literis עֲוֹנוֹת, quae fuit *Cappelli* coniectura, sed aliis duntaxat punctis easdem literas, scilicet עֹנוֹת pro עֲוֹנוֹת. – פֹּשֵׁעַ, partic. *praevaricator*. Dan. VIII, 23. – פֶּשַׁע, *praevaricatio*. Iob. XIII, 23. Ps. XVIII, 14. et alibi saepius. – רָעָה foem. *mala res, malum*. Prov. XXVI, 26. – רֶשַׁע, *improbitas*. Ps. CXL, 4. – שְׁבוּת, *captivitas*. Deut. XXX, 3. ἰάσεται κύριος τὰς ἁμαρτίας σου, remittet Deus peccata vestra, quod fiebat reductione e captivitate. – תּוֹעֵבָה, *abominatio*. Ez. XX, 4. Bene quoad sensum: nam תּוֹעֵבָה notat h. l. *id quod Deo est abominabile*, scil. peccatum. – Sap. X, 13. ἐξ ἁμαρτίας, a peccato, sc. *adulterii* cum uxore Putipharis. *Vulg.* a *peccatoribus*. Vide Lex. N. T. s. v. ἁμαρτάνω. Sir. VII, 1. ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδικίας, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπὸ σοῦ ἁμαρτία: ubi ἁμαρτία est ipsa *poena peccati*, et i. q. in antecedente membro τὰ κακά. Cessante peccato cessabit poena eius. *Vulg.* bene: *et deficient mala abs te.* Ibid. XXIII, 21. δύο εἴδη πληθύνουσιν ἁ μ α ρ τ ί α ς, καὶ τὸ τρίτον ἐπάξει ὀ ρ γ ή ν. Sir. III, 16. (14.) ἀντὶ ἁμαρτιῶν. Si lectio sana est, ἁμαρτίαι erunt *senilia matris vitia a filio tolerata*, nam in antecedentibus quoque sermo erat de senilibus patris vitiis. Sir. XIX, 8. εἰ μή ἐστί σοι ἁμαρτία, μὴ ἀποκάλυπτε; quae verba ex recepta lectione ita sunt vertenda: si sine delicto potes facere, si potes absque peccato facere, h. e. si non teneris officio et charitate. Sed rectius sine dubio *Vulgatus* absque negatione habet: si est tibi delictum, si quod delictum occulte perpetrasti.

ΛΥ'Ω ΤΗ'Ν 'ΑΜΑΡΤΙ'ΑΝ, *solvo*, i. e. *remitto peccatum.* נָשָׂא פָּנִים, *accipio faciem* seu *personae respectum habeo.* Iob. XLII, 9. ἔλυσε τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῖς διὰ Ἰὼβ, remittebat illis peccatum propter Iobum. Recte ad sensum. Sic *Aristoph.* in *Ran.* v. 703. λύσας τὰς πρότερον ἁμαρτίας, remittens priora peccata. Conf. infra s. v. λύω.

'ΑΜΑΡΤΩΛΟ'Σ, *peccator, impius, flagitiosus, improbus, gentilis.* חֹטֵא et חוֹטֶה partic. *peccator.* Prov. XI, 31. ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται. Ies. I, 4. LXV, 20. – חַטָּאָה, *peccatum.* Am. IX, 8. – חַטָּאִים plur. Gen. XIII, 13. 1 Reg. I, 21. ἔσομαι ἐγὼ καὶ σολομῶν ὁ υἱός μου ἁμαρτωλοί: ubi ἁμαρτωλοὶ dicuntur *ii, qui votorum suorum non compotes fiunt,* ex notione propria verbi ἁμαρτάνειν, *aberrare a scopo, non collineare.* Ies. I, 21. οἱ ἄνομοι καὶ οἱ ἁμαρτωλοί. – חֹרֵשׁ part. *arator.* Ps. CXXVIII, 3. ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον οἱ ἁμαρτωλοὶ, dorsum meum ararunt peccatores. Scilicet חָרַשׁ quandoque metaphorice de iis adhibetur, qui *mala machinantur,* v. c. Prov. III, 29. – *פָּרִיץ, *effractor, grassator.* Ez. XVIII, 10. sec. ed. sec. – *פְּרָזִי *paganus. Inc.* Hab. III, 14. Forte legit פָּרִיץ, aut ita transtulit pro more loquendi, qui ipsius aevo invaluerat. – רֹאשׁ, *caput,* item *venenum.* Ps. CXL, 6. ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ. In mente habuerunt notionem metaphoricam, qua *venenum* de *malitia impiorum* adhibetur, Deut. XXXII, 33. et Ps. LVIII, 5. – רָוָה, *ebria,* foem. ex רָוֶה. Deut. XXIX, 19. ἵνα μὴ συναπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον. Secundum *Tychsenium* legerunt הרע. *Schultensius* in *Origg. hebr.* p. 173. coniicit, רָוֶה LXX fuisse *peccatis ebrium.* Vide quoque notata ad h. l. in *Cocceii Lexico hebr.* s. v. רָוָה p. 1298. seqn. ed. rec. – רַע, *malus.* Prov. XII, 14 – רָשָׁע, *improbus.* 2 Par. XIX, 2. Ps. III, 7. VII, 10. et alibi saepius. – רֶשַׁע, *improbitas.* Ps. LXXXIII, 11. et CXXIV, 3. 1 Macc. II, 44. ubi ἁμαρτωλοὶ, qui in sequentibus ἄνομοι vocantur, sunt i. q. v. 40. τὰ ἔθνη, *gentiles.* Ib. v. 48. Antiochus ἁμαρτωλὸς dicitur fortasse sensu eodem, nisi quis malit, eum ita vocatum esse, quia Iudaeos ad defectionem a religione patria sollicitare semper studuerat, ut sit i. q. ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, 2 Thess. II, 3. De utraque notione conf. *Lexic. N. T.* s. h. v.

'ΑΜΑ'ΣΗΤΟΣ, *non mansus, non manducatus,* it. *qui nihil manducavit.* תְּמוּרָה, *commutatio.* Iob. XX, 18. ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος, ubi videndus *L. Bos.* in notis subiectis. Quid autem hic legerint aut sibi voluerint, divinando assequi non valeo.

'ΑΜΑΤΤΑΡΙ'. Vox hebr. מַטָּרָה, *scopus.* 1 Sam. XX, 20. ubi Schol. ed. *Rom.* τὸ καλούμενον παρ' Ἕλλησι τάφρος καὶ παρὰ Ῥωμαίοις φοσσάτον, τοῦτο παρ' ἑβραίοις ἁματταρί. His e *Bielii Thesauro* liceat mihi adhuc sequentia addere: *Ald.*

Ed. ibi habet ἀμαγγαρὶ, Al. (*Compl.*) ἀματταρὰ, quod magis hebraeo convenit. Inde corruptissime in *Gloss.* in *lib. I. Reg.* a *Fabricio* editis: *Εἰς τὰ ἀμτριν γὸμ, εἰς τὰς πελιάδα.* Pro quo *Gloss. MS. Cod. Barocc.* *Εἰς τὴν ἀματτάριν γοῦν, εἰς τὴν πελιάδα.* Num postremo loco πελειάδα legendum est? In Cod. *Alex.* legitur *Διαρματταραὶ,* quod procul dubio depravatum ex *Λεματταρὰ,* vel *Λαμάτταρά.* Ita enim in Cod. quodam scriptum fuisse colligo ex *Eusebii Onomast. Locor.* ubi ita: *Λεματτάρα, ἔνθα Ἰωναθὰν ἠκόντιζε τὰς σχίζας. Ἀκύλας, εἰς σκοπόν. Σύμμαχος, εἰς τὸν συντεταγμένον. Hieronymus* vertit: *Lamathara, ad quem locum Ionathan iacula dirigebat. Pro quo Aquila interpretatur, ad signum, Symmachus, ad condictum.* Inde et *Glossae Vett. Lamattara, signum vel conditio.* Pro quo *Drusius* in *fragm.* pag. 246. legendum censet: *signum vel condictum,* aut potius: *ad signum vel condictum.*

'*ΑΜΑΥΡΟ'Σ, obscurus, obfuscatus.* כֵּהָה, verbale contractum, *debilis, remissus, hebetatus.* Lev. XIII, 6. ἰδοὺ ἀμαυρὰ ἡ ἀφὴ, ecce obscura superficies leprae. Eodem modo legitur ib. v. 26. 27. 28. et 56. V. et *Aqu. Symm.* ac *Theod.* Ies. XLII, 3. *Gloss.* in *Octateuch.* Ἀμαυρὰ, σκοτεινή. *Schol. ined.* ad *Lycophr. Cass.* v. 687. ἀσθενής.

'*ΑΜΑΥΡΟ'Ω, obscuro, obfusco.* כָּהָה, *debilis, remissus, hebetatus sum,* ac speciatim de oculorum debilitate adhibetur. *Aqu.* Gen. XXVII, 1. *Inc.* (quem *Aquilam* esse suspicor) 1 Sam. III, 2. *Aquila* ac *Theod.* 1 Sam. III, 13. οὐκ ἠμαύρωσεν ἐν αὐτοῖς, ubi ἀμαυροῦν notat *rugas frontis contrahere, torvo ac severo vultu aliquem intueri.* LXX bene quoad sensum καὶ οὐκ ἐνουθέτει αὐτούς. *Lutherus* vocem hebraicam reddidit per *sauer dazu sehen.* Conf. *Fischeri Proluss. de Verss. GG. V. T.* p. 119. Iob. XVII, 7. οἱ λοιποὶ ἠμαυρώθησαν. LXX Deut. XXXIV, 7. οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ. 1 Sam. III, 2. ubi ἀμαυροῦσθαι, de oculis adhibitum, in codd. cum βαρύνεσθαι permutatur. — עָמַם, *tego, abscondo, celo.* Thren. IV, 1. πῶς ἀμαυρωθήσεται τὸ χρυσίον; quomodo *infuscabitur* aurum? Respexerunt notionem arabicam verbi غَمَّ ,عَمַם *obnubilari. Syr.* et *Aethiop.* עום *obscurari.* Confer *Simonis Lex. hebr.* s. h. v. p. 1211. ed. rec. — *שָׁעַע, *illino, calce et caemento obduco. Symm.* Ies. XXXII, 3. Sap. IV, 12. βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, fascinatio enim malitiae, quae honesta sunt, obscurat. Sirac. XLIII, 5. de radiis solis, ἀμαυροῖ ὀφθαλμούς. *Gloss. MSS.* Ἀμαυροῖ (sic enim recte ex sententia *Bielii* legendum est loco ἀμαυρεῖ), σκοτεινὰ ποιεῖ, ἀφανίζει. *Hesychius* vero ἀμαυροῖ ex-

ponit ἀναιρεῖ, μαραίνει. Idem: ἀμαυροῦσθαι, σκοτίζεσθαι. Id. ἠμαυρώθη, ἠμβλύνθη, ἠφανίσθη.

'*ΑΜΑΤΡΩΣΙΣ*, *obscuratio*, *obfuscatio*, *obscuritas*: כיון *Chiun* aut *Kijun*, nomen *Saturni*. *Theod.* Amos. V, 26. Deduxit hanc vocem a כהה *caligavit*, *obscuravit*. Vide supra s. v. ἀμαυρόω.

'*ΑΜΑΦΕΘ*, hebr. מפתן cum ה praefixo, *limen*. 1 Sam. V, 4. sec. *Vat.* et *Alex.* Verba τὰ ἐμπρόσθια (addit *Bielius* in Thesauro), quae hanc vocem praecedunt, vel iuxta *Francof.* ἐμπρόσθια σταθμῶν, videntur glossema, et primum ad explicandum ἀμαφὲθ in margine positum. *Francof.* editio pro ἀμαφὲθ habet ἀφετέμ. In *Glossis* autem in *lib. I. Regg. Lex. MS. Cyrilli Barocciano* additis scribitur 'Αμαφὲ, et exponitur βαθμῶν, *graduum*. Ita etiam in Bibl. *Coislin.* et *Fabric.* Vide *Montf. Bibl. Coislin.* p. 503. et *Fabricii Bibl. Gr.* Vol. X. p. 67.

''*ΑΜΑΧΟΣ*, *invictus*. Sir. XIX, 5. Ita *Bielius*. Sed, uti iam observatum est a me in *Spicilegio* T. II. pag. 9., haec delenda, et eorum loco haecce reponenda esse arbitror: ''Αμαχος, *non contentiosus, qui nullas rixas spargit, non rixosus nec litium amans*. Sir. XIX, 5. ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσῃ ἀμάχῳ συμβιώσεται. Verba autem haec, quae tantum ed. *Compl.* nobis servavit, hunc sensum habent: *qui compos est linguae suae, cum aliis sine rixis vitam traducet suam.* Sed ut verum fatear, mallem loco ἀμάχῳ legere ἀμάχως, quanquam non ignoro, alios ἀμάχῳ reddere *difficili*, ac *Vatablum* per *moroso* transtulisse. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'*ΑΜΑΧΩΣ*, *citra rixam et pugnas, pacifice*. Vide supra s. v. ἄμαχος.

'*ΑΜΑΩ*, *meto*. קצר, idem. Lev. XXV, 11. Deut. XXIX, 19. Ies. XVII, 5.

*'*ΑΜΒΛΑΚΕΙΑ* seu '*ΑΜΒΛΑΚΙΑ*, *erratum*, *peccatum*. 3 Macc. II, 19. διασκέδασον τὰς ἀμβλακείας ἡμῶν, sec. *Alexand.*

'*ΑΜΒΛΑΚΗΜΑ*, *peccatum*. שחיתה Chald. *corruptela*, item *delictum*, *peccatum*. Dan. VI, 4. *Aqu.* et *Theod.* ad quem locum *Hieronymus*: *Pro suspicione Theodotio et Aqu.* ἀμβλάκημα *interpretati sunt, quae Chaldaice dicitur* Essaitha. *Cumque ab Hebraeo quaererem, quid significaret, respondit, vim verbi sonare* δέλεαρ, *quam nos* illecebram, *sive* σφάλμα, *h. e.* errorem *dicere possumus. Porro Euripides in Medea* ἀμπλακίας, *per* π, *et non per* β, ἁμαρτίας *i. e. peccata appellat. Hesych.* 'Αμβλάκημα, ἁμάρτημα. Apud eundem: 'Αμβλακεῖν, ἁμαρτεῖν. Cf. *Drusium* in *fragm.* p. 122.

*''*ΑΜΒΛΗΜΑ*. Vox haec graecis scriptoribus ignota, nec a Bielio notata, reperitur Ies. XLI, 7. sec. *Compl.* pro

hebr. רֶבֶק, *iunctura*, ubi quilibet videt lectionem esse vitiosam, ac reponendum *σύμβλημα*, quod reliqui libri habent.

'*ΑΜΒΛΥ'ΝΩ*, *hebeto*, *obtundo*. כָּהָה, *rugas contraho*, *caligo*. Gen. XXVII, 1. *ἠμβλύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ ὁρᾷν*, hebetati sunt oculi eius, ne viderent.

'*ΑΜΒΛΥΩΠΕ'Ω*, *coecutio*, *hebetibus oculis sum*. קוּם *consisto*, germ. *steif stehen*. *Inc.* 1 Reg. XIV, 4. *ἠμβλυώπουν*, coecutiebant oculi. Scilicet pupilla oculorum, qui *amaurosi* laborant, stat immota, nec radiis lucis contrahitur. Arab. قام, *congelascere*, *rigescere*. Praeterea legitur quoque apud *Inc.* 1 Reg. XIV, 1. ubi nihil pro eo in textu hebraico legitur. *Hesych.* '*Αμβλυωπεῖ*, *τυφλώττει*. Vide quoque *Polluc.* II, 51. *Xenoph. Venat.* V, 27.

'*ΑΜΒΛΥΩ'ΤΤΩ*, *coecutio*. קוּם, *consisto*. 1 Reg. XIV, 4. *ἠμβλυώττουν οἱ ὀφθαλμοί*. Vide s. *ἀμβλυωπέω*. *Hippocr.* de *morb.* II. p. 461. 44. *Hesych.* '*Αμβλυώττοντες*, *τυφλώττοντες*.

'*ΑΜΒΡΟΣΙ'Α*, *ambrosia*, *cibus Deorum*, (uti *νέκταρ potus eorum* iuxta fabulas poetarum:) *cibus coelestis*, *divinus*, *admirabilis*. Sap. XIX, 20. Manna vocatur *κρυσταλλοειδὲς γένος ἀμβροσίας τροφῆς*, genus cibi coelestis crystallo simile. Inde *Gloss. MSS.* in *Sap.* '*Αμβροσίας τροφῆς*, *οὐρανίου*, *τοῦ μάννα*, *ἢ ἀφθάρτου καὶ ἀθανάτου*. *Hesych.* '*Αμβροσία*, *θεία θαυμασία τροφὴ ἢ μάννα*. Idem: '*Αμβροσίη*, *θεία καὶ ἀθάνατος καὶ ἡ τῶν θεῶν τροφή*.

'*ΑΜΕ'ΘΥΣΤΟΣ*, (etiam *ἀμέθυσος*, v. c. apud *Hesych.* et *Iosephum* A. I. III, 6.) *amethystus*, nomen, gemmae purpureae vel violaceae, vel potius quae mixtam habet violam purpurae. Vide *Plin.* H. N. XXVII, 9. et *Franc. Rueum* lib. II. c. 11. Vox illa sonat quasi *sine vino et crapula*, et ideo sic dictam hanc gemmam nonnulli veterum existimarunt, quod ebrietati resistat, et vim vini retundat: nam apud medicos vett. dicuntur *ἀμέθυστα φάρμακα*, quae ebrietatem arcent. Secundum *Plinium* l. c. ita dicitur haec gemma, quod usque ad vini colorem accedat. אַחְלָמָה, Ex. XXVIII, 19. et XXXIX, 10. Vide quoque de hac gemma *Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr.* L. II. c. 16. §. 170.

'*ΑΜΕΙ'ΒΩ*, *commuto*, *permuto*. גָּמַל, *rependo*. *Aqu.* et *Theod.* Prov. XI, 17. Gen. L, 17. — עָרַב, *misceo*. *Inc.* Ez. XXVII, 9. Scilicet עָרַב notat h. l. *mercaturam exercere*. Erat enim olim mercatura in commutatione mercium. — עָשָׂה, *facio*. *Symm.* 1 Sam. II, 6. Nempe עָשָׂה h. l. coniungitur cum חסד ואמת, *Vulg. reddam gratiam*.

'*ΑΜΕΙΔΗ'Σ*, *tristis*, *tetricus*. Sap. XVII, 4. *φάσματα ἀμειδῆ*, spectra tetrica. *Gloss. MSS.* in *Sap. Salom.* '*Αμειδῆ*, *στυγνά*, *ἀγέλαστα*. Idem tradit *Hesych.* *Alciphr.* III, 64.

*'ΑΜΕΙ'ΔΗΤΟΣ, *tristis*, *tetricus*. Sap. XVII, 4. sec. cod. *Vat.* ἀμειδήτοις προσώποις. Sed legendum ibi potius est: φάσματα ἀμείδητα τοῖς κατηφέσι προσώποις. *Hesychius:* ἀμειδήτοις, σκυθρωποῖς. Μειδιᾷν γάρ ἐστι τὸ γελᾷν. Id. ἀμείδητον, ἀγέλαστον.

*'ΑΜΕΙ'ΝΩΝ, *melior*, *commodior*, *aptior*. 'Αμείνους, *meliores*, legitur apud *Symm.* Cohel. IV, 9. pro hebr. טוֹבִים sequ. מִן.

'ΑΜΕ'ΛΓΩ, *mulgeo*. הִתִּיךְ Hiph. a נָתַךְ, *fundo*, *effundo*. Iob. X, 10. οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, nonne sicut lac me mulsisti. Bene quoad sensum ac usum loquendi; nam arab. نتك notat *compressis digitis aliquid exprimere*. – מִיץ, *pressura*. Prov. XXX, 33. ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον. *Hesychius:* 'Αμέλγει, ἐπισπᾶται τὸ γάλα.

'ΑΜΕ'ΛΕΙΑ, *negligentia*, *incuria*, etiam *peccatum per negligentiam et incuriam commissum*. עָלֻם, *absconditum*. *Symm.* Ps. LXXXIX, 8. *Hieron. negligentias nostras*. Similis vox est ἄγνοια, de qua supra expositum est.

'ΑΜΕΛΕ'Ω, *non curo*, *negligo*. בָּעַל, *dominus sum*, it. *in uxorem duco*. Ier. XXXI, 32. ἐγὼ ἠμέλησα αὐτῶν, ego despexi vel neglexi eos. Plerique *Cappellum* (in *notis criticis* ad h. l. et in *Critica Sacra* lib. II. c. 3. §. 4. et lib. IV. cap. 6. §. 4.) sequuti LXX גָּעַלְתִּי per Gimel loco Beth, (גָּעַלְתִּי בָם, quod nusquam legitur, sed potius גְּעָלָתִים.) sensu commodissimo ac convenientissimo, legisse existimant, quorum opinionem satis iam refutavit *Ed. Pocockius* in *notis* ad *Portam Mosis* cap. I. p. 9. ed. *Oxon.* multis docens, arab. بعل significare *nauseare*, *fastidire aliquid*. Sec. *Buxtorfium* in *Anticritica* בָּעַלְתִּי acceperunt, quasi scil. idem hic significet, quod בָּחַלְתִּי per commutationem literarum ח et ע. Sic explicavit quoque *Kimchius*. Cf. Zach. XI, 18. ac *Grotium* ad h. l. *I. D. Michaelis* conferre mavult arab. بغل per *Gain*, *segnis fuit*, quod graeco ἀμελεῖν optime respondeat. *I. C. Harenbergius* in *Spicil.* II. *de pericopis biblicis* p. 314. Class. III. *Nov. Bibl. Brem.* ἠμέλησα pro aoristo primo attico activo verbi μέλω, μελέω habet, et vertit: *curae meae addictum habeo*, et vituperat interpretes, qui ἠμέλησα h. l. ex ἀμελέω deductum esse existimarunt. Equidem ad *Pocockii* sententiam lubens accedo. – חָשָׁה, in Hiph. הֶחֱשָׁה, *sileo*. *Symm.* *Iud.* XVIII, 9. Qui enim silet, aliquid non curare videtur. – מָרָה, *rebello*. Ier. IV, 17. ὅτι ἐμοῦ ἠμέλησας, nam me neglexisti. Sensu eodem: nam formulae, Deum non curare ac rebellare contra eum, parum differunt. Sap. III, 10. ἀμελήσαντες τοῦ δικαίου. 2 Macc. IV, 14. τῶν θυσιῶν ἀμελοῦντες.

*ΑΜΕΛΞΙΣ, *mulctio.* פְּלַגּוֹת plur. *rivus.* Iob. XX, 17. *μὴ ἴδοι ἄμελξιν νομάδων*, ubi notandum est, sermonem esse h. l. de *fluminibus lactis.*

'ΑΜΕΛΩ͂Σ, *neglegenter.* רְמִיָּה pr. *laxatio, remissio:* metaphorice, *ignavia.* Ier. XLVIII, 10. *ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν τὰ ἔργα κυρίου ἀμελῶς.* Scil. רְמִיָּה non notat h. l. *fraudulenter,* sed *remisse, neglegenter,* hoc sensu: male pereat, qui opus Dei negligenter exsequitur.

"ΑΜΕΜΠΤΟΣ, *inculpatus, irreprehensibilis.* *אַשְׁרֵי, *felicitates, beatitudines. Inc.* Ps. I, 1. qui aeque ac *Theodot.* et *auctor Ed. VItae,* qui per *τέλειος* expresserunt, אַשְׁרֵי deduxerunt a יָשַׁר, quod pariter notionem *pietatis* ac *felicitatis* habet. – בַּר, *mundus, purus.* Iob. XI, 4. – זַכָּה, *mundus sum.* Iob. XV, 14. – חַף, *mundus, nitidus.* Iob. XXXIII, 9. – טָהַר, *mundus sum.* Iob. IV, 17. – נָקִי, *innocens.* Iob. XXII, 19. – תָּם, *integer, perfectus.* Iob. I, 1. 8. II, 3. IX, 20. – תָּמִים, idem. Gen. XVII, 1. Iob. XII, 4.

"ΑΜΕΜΠΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ' ΤΟΙ͂Σ "ΕΡΓΟΙΣ, *inculpatus sum operibus.* צָדַק, *iustus sum.* Iob. XXII, 13.

*'ΑΜΕ'ΜΠΤΩΣ, *inculpate et sine querela,* i. q. *ἀμέμφως. Hesych. ἀμέμφως, ἀμέμπτως.* Adverbium hoc omissum in Thesauro *Bielii* extat in *Addit. Esther.* XIII, 3. *τὴν ὑφ' ἡμῶν κατευθυνομένην ἀμέμπτως συναρχίαν,* imperium ita a nobis constitutum, ut omni culpa et querela careat, seu, ut nemo iure de eo conqueri possit, ut apud *Herodian.* VI, 2, 1. et 9, 5. *ἐθνῶν δὲ ἡγησάμενος ἀμέμπτως.* Fortasse tamen in loco *Esther. ἀμέμπτως* per *satis superque* explicari posset, quo sensu occurrit in *Aeschyli Supplic.* v. 277.

*'ΑΜΕΡΗ'Σ. Hoc adiectivum a *Bielio* neglectum proprie notat *indivisum*, aut *quod in singulas partes dissecari et dividi non potest.* Sed si de tempore dicitur, *momentum, spatium temporis brevissimum* ac *quasi punctum* notat. Sic v. c. 3 Macc. V, 25. *οἱ δὲ ἰουδαῖοι κατὰ τὸν ἀμερῆ ψυχουλκούμενοι χρόνον*, h. e. Iudaei ad punctum temporis tantum victuri. Ita recte explicat haec verba *Grotius* in *Comment.* ad h. l., ubi praeterea bene monet, *ἀμερῆ χρόνον* esse idem quod alibi *στιγμὴν χρόνου.* Infra enim v. 49. de iisdem Iudaeis in eadem re scribit auctor libri: *ὑστάτην βίου ῥοπὴν αὐτοῖς ἐκείνην δόξαντες εἶναι.* – Eodem sensu cap. VI, 29. legitur: *οἱ δὲ ἐν ἀμερεῖ χρόνῳ λυθέντες*, Iudaei momento temporis vinculis soluti. Pertinet huc glossa *Hesychii: ἀμερεῖ, ἀμερίστῳ, ταχυτάτῳ.* Similia vocabula sunt *ἄτομος* (de quo vide notata a me in *Lex. N. T.*) et *ἀκαρής*, de quo lege docte exponentem *H. Stephanum* in *Thesauro l. Gr.* T. II. p. 102.

*'ΑΜΕΡΙΜΝΕ'Ω, *sollicitudine vaco, securus sum,* i. q. *ἀμεριμνάω*, quod legitur apud *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 5. בָּטַח, *fiduciam pono. Aqu.* Ps. LXI, 9. ubi *ἀμεριμνεῖν ἔν τινι*

notat *spem et fiduciam in aliquo ponere*, ac LXX voce ἐλπίζειν usi sunt. - חָסָה, *fido, confido. Symm.* Ps. XXXV, 8. ubi eadem observatio valet. Qui enim iure suo potest in Deo fiduciam ponere, is tranquillam, curarum expertem et iucundam vitam vivit. *Inc.* Ps. XXXVI, 40. Caeterum damnat hanc vocem *Phavor.* p. 335, 41.

'ΑΜΕΡΙΜΝΗΣΙ'Α, et *'ΑΜΕΡΙΜΝΙ'Α*, *absentia curarum, securitas, spes* ac *fiducia.* רַחַץ, *lotio. Symm.* Ps. LIX, 8. s. 10. ex usu linguae Chaldaicae, in qua רְחַץ *confidere* notat. *Agellius* ad h. l. loco ἀμεριμνίας legit ἀμεριμνησίας, quae vox in Lexicis non reperitur. Ita autem Davides vocat Moab, quia ibi tanquam in arce tutum se futurum sperabat. *Symm.* Ps. CVII, 9.

'ΑΜΕ'ΡΙΜΝΟΣ, *curarum vacuus, securus.* בֹּטֵחַ, *confidens.* Ps. CXI, 7. Sap. VI, 15. ταχέως ἀμέριμνος ἔσται. Ib. VII, 23. βέβαιον, ἀσφαλὲς, ἀμέριμνον.

'ΑΜΕΡΙ'ΜΝΩΣ, *sine cura, confidenter.* לָבֶטַח, *ad fiduciam*, i. e. *confidenter. Symm.* Iud. XVIII, 7.

**'ΑΜΕΣΣΑΙ'ΟΣ.* אִישׁ־הַבֵּנַיִם. 1 Sam. XVII, 4. sec. *Alex. Ald.* et *Compl.* ἰδοὺ ἀνὴρ ὁ Ἀμεσσαῖος ἀνέβαινε. Sed quilibet videt, legendum esse ὁ μεσαῖος, h. e. *qui intervenit ac stat inter duo*, ut sit i. q. ὁ μεσάζων apud *Aquilam.* Confer *Fischeri Proluss.* de *Verss. GG. V. T.* p. 61. Num fortasse legendum est μεσῆλιξ? aut, ut *Kreyssigio* (cui origo lectionis Ἀμεσσαῖος quaerenda videtur in nomine Ἀμεσσαΐ 2 Sam. XX, 8. 11.) placuit, ἀναμεσαῖος i. q. ἀναμέσος?

**'ΑΜΕΤΑ'ΘΕΤΟΣ*, *immutabilis, constans.* 3 Macc. V, 1. κατὰ πᾶν ἀμετάθετος, *constans* in omni proposito animi. Ib. v. 12. τοῦ δὲ ἀμεταθέτου λογισμοῦ μεγάλως διεψευσμένος rex dicitur, qui *firmum* et immutabile animi sui propositum exsequi non valebat. *Hesych.* ἀμετάθετος, ἀκίνητος, ἀμεταποίητος. Eodem modo *Phavorin.* p. 62, 1. Sed quia hoc vocabulum in Lexicis graecis, in *Thesauro H. Stephani* adeo T. III. p. 1505. sine exemplo et auctoritate ulla profertur, non abs re erit, etiam e scriptoribus exteris exempla quaedam apponere. Sic apud *Polyb.* Hist. lib. II. §. 3. legitur θεωροῦντες ἀμετάθετον οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν ῥωμαίων. *Diod. Sic. Bibl.* lib. I. p. 14. πίστιν ἀμετάθετον. Hebr. VI, 17. τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς θεοῦ, immutabilia consilia et decreta Dei. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

**'ΑΜΕΤΑΤΡΕ'ΠΤΩΣ*, *ita ut non verses, ita ut non fuerit versatus.* Adverbium hoc, quod nec *Stephanus* nec *Montfauconius* nec *Bielius* transtulerunt in Lexica sua, reperitur Hos. VII, 8. in fragmentis *Vers. Vtae:* ὡς ἐν σποδιᾷ πεσσόμενος ἄρτος ἀμετατρέπτως, h. e. interprete *Fischero* in *Clavi Verss. GG. V. T.* p. 22.: sicut panis, qui coquitur in cineribus, sed non percoquitur, seu: qui comeditur, antequam fuerit versatus. Mihi autem

vertendum videtur: sicut placenta non versa (ut scilicet legatur ἀμετάτρεπτος, nam ο et ω in codd. saepe permutantur. LXX habent οὐ μεταστρεφόμενος.) h. e. quae, quia non vertitur, et a nemine curatur, igne corrumpitur, cum qua eleganter comparantur Israelitae inter gentiles dispergendi.

'ΑΜΕ'ΤΡΗΤΟΣ, *immensus.* רְחַב יָדַיִם, *latus manibus*, i. e. *valde latus et extensus.* Ies. XXII, 18. ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ ἀμέτρητον. Bar. III, 15. Deus dicitur ὑψηλὸς καὶ ἀμέτρητος. Sir. XVI, 18. κτίσις ἀμέτρητος, creatura *innumerabilis.* Ita quoque *immensus* sumitur et *immensitas.* Vide *Iacobs. anim. ad Anthol.* T. X. p. 308. Sir. XXX, 14. ὄλβος ἀμέτρητος.

*'ΑΜΕ'ΤΡΩΣ, *immodice, sine mensura.* Legitur hoc adverbium a *Bielio* omissum Prov. XVI, 26. ubi נֶפֶשׁ עָמֵל, *homo laboriosus*, seu *nimium industrius*, a *Theodotione*, recte quoad sensum, redditur: ὁ ἐν πόνοις πονῶν ἀμέτρως, quae verba, omissis tamen ἐν πόνοις, ex versione Alexandrina huc translatis, *Symmacho* potius vindicanda esse iudicavit *Kreyssigius* (*Symbol.* P. II. p. 13.), cum notae C et Θ alibi quoque a librariis permutatae reperiantur. Vide *Thiemii* Diss. de *puritate Symmachi* p. 23 sequ.

'ΑΜΗ'Ν, *amen, vere, fideliter.* אָמֵן. 1 Par. XVI, 36. Neh. V, 13. et VIII, 8. *Symm.* Ps. XL, 14. ἀμὴν, ἀμήν. *Suidas:* ἀμὴν, πεπιστωμένως, ἀληθῶς. Confer quae ex *Hieronymi Epist.* 137. notat *Drusius* in *Fragm.* etc. ad Psalm. LXXII, 19. p. 967.

*'ΑΜΗΝΗ'Σ. Sir. XIX, 17. γινόμενος ἀμηνὴς sec. *Compl*st. Sed lectio est sine dubio vitiosa, ac loco ἀμηνὴς reponendum est ἄμηνις, h. e. *non iratus, ira et simultate vacuus.*

*"ΑΜΗΝΙΣ. Vide s. voce antecedente 'Αμηνής.

"ΑΜΗΤΟΣ, Η'ΤΟΥ, *messis*, it. *fruges ad metendum maturae.*

'ΑΜΗΤΟ'Σ vero, ΗΤΟΥ, *tempus messis. Schol.* ad *Il.* τ', 223. "Αμητος προπαροξυτόνως μὲν ὁ ἀμώμενος καὶ θεριζόμενος καρπὸς τοῦ σίτου. ἀμητὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ καιρὸς τοῦ θέρους. *Hesych.* "Αμητος, τῆς μὲν πρώτης ὀξυνομένης, αὐτὰ τὰ τεθερισμένα, τῆς δὲ τελευταίας, ὁ καιρὸς τῆς συγκομιδῆς τῶν καρπῶν. Conf. notata infra ex *Suida* in voce τρυγητός. Apud LXX autem ἄμητος et ἀμητὸς promiscue tam de *frugibus, quae metuntur*, quam de *aestate vel tempore messis* accipitur. *דַּיִשׁ, *trituratio.* Lev. XXVI, 5. sec. cod. *Alex.* quae lectio receptae lectioni ἀλοητὸς praeferenda mihi esse videtur, quanquam illa ex hac facile oriri potuit. - חֹרֵשׁ, *arator.* Amos IX, 13. sec. *Vatic.* Non tam legerunt קָצִיר, ut nonnullis placuit, sed libere verterunt, sensu tamen non mutato. - קַיִץ, *aestas.* Prov. XXVI, 1. Ier. VIII, 20. Mich. VII, 1. - קָמָה, *seges*

adhuc stans et in culmum erecta. Deut. XVI, 9. XXIII, 25. - קָצִיר, *messis, collectio frugum.* Gen. XLV, 6. Ex. XXXIV, 21. τῷ ἀμητῷ καταπαύσεις, messis tempore ferieris, aut: metere cessabis. Deut. XXIV, 19. ἀμήσῃς τὸν ἀμητόν σου, messem facies. *Symm.* Prov. X, 6. - קָצַר, *meto.* 2 Reg. XIX, 29. σπορὰ καὶ ἀμητὸς, semen et messis. Adde 4 Macc. II, 9.

'ΑΜΗΧΑΝΕ'Ω, *consilii inopia laboro.* נִבְהַל, *conturbor. Inc.* Iob. XXIII, 15. ἀμηχανῶ. *Phav.* ἀμηχανῶ, τὸ ἀπορῶ καὶ οὐχ εὑρίσκω μηχανήν.

'ΑΜΗ'ΧΑΝΟΝ, *difficile, impossibile.* 2 Macc. III, 12. παντελῶς ἀμήχανον εἶναι, plane impossibile esse. Secundum *Baduellum* potest quoque reddi *omnino aut prorsus grave et inusitatum*, et *quod postea nulla ratione corrigi sarcirique possit*, ut ἀμ. accipiatur pro δεινὸν, *indignum et grave facinus. Hesych.* ἀμήχανον, ἄπορον, πρὸς ὃν μηχανὴν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἢ δυσχερὲς ἢ ἐνδεές. Conf. *Suiceri Thes.* s. h. v.

'ΑΜΙ'ΑΝΤΟΣ, *impollutus.* Sap. III, 13. μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος, felix est sterilis incorrupta, h. e. quae florem virginitatis illibatum servat. Ib. IV, 2. τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα; ubi si ἆθλον per *praemium* redditur, intellegenda sunt *praemia, quae nunquam marcescunt*, h. e. nullo moerore, dolore aut timore inquinantur; si autem, quod praefero, ἄθλον in notione *certaminis* accipitur, ἄθλα ἀμίαντα sunt certamina, quae cum tentationibus libidinis, multorum corpora et mentes polluentibus, a castis suscipiuntur, et ita superantur, ut ipsi prorsus maneant ab iis intacti et incoinquinati. Ibid. VIII, 20. σῶμα ἀμίαντον, corpus *vitiorum contagionis expers.* 2 Macc. XIV, 36. et XV, 34. ubi ἀμίαντος est *non profanatus.*

'ΑΜΙΛΛΑ'ΟΜΑΙ, *certo, certatim propero.* חָרָה in Piel. *Aqu.* Ier. XXII, 15. Scil. vox hebraica proprie notat *semet ipsum concitavit, ut effervesceret*, quod deinde facile ad notionem *certationis* transferri potuit. Syr. ܣܕܪ in Aphel est *aptare ad pugnam*, in Ethpeh. ܐܬܣܕܪ *semet ad pugnam aptare, pugnare.*

'ΑΜΙΞΙ'Α, tribuitur *iis, quibus nihil est commercii cum aliis*, q. d. *sine mixtura, sinceritas, permistionis expers vitae genus.* 2 Macc. XIV, 38. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῆς ἀμιξίας, ubi ἀμιξία erat in eo, quod aliquis Iudaeus cum gentilibus promiscue vivere, eorumque mores, ritus et sacra sequi nolebat. Vide sequentia. Praeterea legitur ib. v. 3. ubi pro ἀμιξίας, quod *Alex.* et *Compl.* exhibent, in *Vat.* legitur ἐπιμιξίας, ubi quid verum sit, non facile aliquis dixerit. Adde *Thucyd.* I, 3. *Herodot.* II, 136.

'ΑΜΙΣΘΙ', *sine mercede.* Vide *'Εργάζομαι ἀμισθὶ καὶ ἀσιτί. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἀμισθὶ, ἄνευ μισθοῦ. Lucian. de sacrif.* p. 182. B. *Dial. Deor.* p. 65. A.

'ΑΜΜΑΖΕΙΒΙ'. Ita effertur hebr. מִזְבֵּחַ, *altare*, cum praefixo ה. 2 Reg. XII, 9. In Cod. *Alex.* scribitur *'Αμμασβῆ*, et *μασὼβ* in *Gloss. in lib. IV. Reg.*, ubi *παρὰ μασὼβ* exponitur *παρὰ τὸ θυσιαστήριον*. Et in *Lex. Cyrilli MS. Barocc. Μασὼβ* inde procul dubio exponitur: *τὸ θυσιαστήριον.*

'ΑΜΜΟΣ, *arena.* חוֹל, idem. Gen. XXII, 17. Ios. XI, 4. Iob. VI, 3. et alibi saepius. – *חַיִל, *acies*, *exercitus.* Ier. XLVI, 22. *ἐν ἄμμῳ πορεύσονται.* Legerunt hic בַּחוֹל, quod aliquando *scrupos arenarum* notat. – *מְרוֹרִים, *amaritudines. Inc.* Thren. III, 15. Versio haec, quae nullo modo cum textu hebraico conciliari potest, referenda forte est ad בֶּאָפֶר v. 16. aut ad בֶּחָצָץ ibidem. – עָפָר, *pulvis.* Gen. XIII, 16. et XXVIII, 14. *ὡσεὶ ἄμμος τῆς γῆς.* Sir. XVIII, 9. *ψῆφος ἄμμου.*

'ΑΜΜΩ'ΔΗΣ, *arenosus.* Sir. XXV, 22. *ἀνάβασις ἀμμώδης*, ascensus arenosus, h. e. admodum difficilis ac molestus. Adde *Strabonem* II. p. 193. A. XVII. p. 1155. B.

'ΑΜΝΑ'Σ, *agna.* כֶּבֶשׂ, *agnus.* Num. VII, 17. 23. 29. 35. – כִּבְשָׂה: כַּבְשָׂה, *agna.* Gen. XXI, 28. 29. 30. Lev. XIV, 6. ubi cum *πρόβατον* in codd. permutatur. – כִּשְׂבָּה, *agna.* Lev. V, 6. – מֹנִים, plur. *vices.* Gen. XXXI, 41. *παρελογίσω τὸν μισθόν μου δέκα ἀμνάδων*, aut, ut in nonnullis libris legitur, *δέκα ἀμνάσιν*: ubi tamen pro *ἀμνάσιν* legendum *δέκα μναῖς* e coniectura *Grabii.* Conf. eiusdem *Prolegg. in LXX Intt.* T. I. c. 4. §. 1. – קְשִׂיטָה, *nummus figura agni signatus.* Gen. XXXIII, 19. sec. MS. *Sar.* Ios. XXIV, 33. Iob. XLII, 12. Confer infra ad vocem *ἀμνός.* – רָחֵל, *ovis foemina. Symm.* Cant. VI, 5. *Lex. Cyrilli MS. Brem. ἀμνάδα, τὸ θῆλυ πρόβατον.*

'ΑΜΝΗΜΟΝΕ'Ω, *obliviscor.* Sir. XXXVII, 6. *μὴ ἀμνημονήσῃς αὐτοῦ ἐν χρήμασί σου*, non immemor sis eius (sc. amici tui) in opibus tuis, seu: in opulentia tua. In *Compl.* legitur *μνημονεύσῃς* pro *ἀμνημονήσῃς*, quod sine dubio in *ἀμνημονεύσῃς* mutandum est. Nam utrumque in usu est.

'ΑΜΝΗΣΙ'Α, *oblivio.* Sap. XIV, 26. *χάριτος ἀμνησία*, beneficiorum ingrata oblivio. Sir. XI, 25. *ἀμνησίᾳ κακῶν. Hesych. ἀμνησία, ἡ λήθη.* Ita enim legendum est e *Gloss. MS. in Sirac.* Confer ibi Intt. Caeterum augenda sunt hac voce Lexica.

'ΑΜΝΗΣΙΚΑΚΙ'Α, *malorum* vel *iniuriae illatae oblivio.* 3 Macc. III, 21. ubi Ptolemaeus in Epistola ad duces suos et milites scribit, se Iudaeis declarasse *ἀμνησικακίαν*, *oblivionem iniuriae sibi illatae. Hesych. ἀμνησικακία, τὸ μὴ μιμνήσκεσθαι κακῶν.*

ἈΜΝΗΣΤΕΙ´Α, *oblivio praeteritorum malefactorum aut malorum*. Sap. XIX, 4. τῶν συμβεβηκότων ἀμνηστίαν ἐνέβαλεν. *Vulgatus: horum, quae acciderant, commemorationem amittebant*, h. e. Deus oblivionem priorum plagarum a Mose Aegyptiis immissarum illis iniecit.

**ἈΜΝΗΣΤΙ´Α*, *oblivio*. Sap. XIV, 26. χάριτος ἀμνηστία sec. *Complut.* ubi reliqui libri ἀμνησία habent. *Phav.* p. 143. l. 13. ἀμνηστία δὲ ἡ λήθη, διὰ τοῦ ī.

ἈΜΝΗ´ΣΤΕΥΤΟΣ, *non desponsata*. אֲשֶׁר לֹא אֹרָשָׂה, *quae non est desponsata*, praet. Pyh. foem. ab אָרַשׂ. Ex. XXII, 16. παρθένον ἀμνήστευτον.

ἈΜΝΟ´Σ, *agnus*. אִמַּר, Chald. idem. Esdr. VI, 9. 17. et VII, 17. – כֶּבֶשׂ, *agnus*. Ex. XII, 5. ubi ἀμνοὶ et ἄρνες in codd. permutantur. Ibid. XXIX, 38. ἀμνοὺς ἐνιαυσίους, coll. Lev. IX, 3. et XII, 6. – כַּר, *aries, agnus*. Ies. XVI, 1. – כֶּשֶׂב idem cum כֶּבֶשׂ *agnus*, per metathesin literarum. Gen. XXX, 41. – מֹנִים plur. *vices* seu *partes temporis*. Gen. XXXI, 7. ἤλλαξε τὸν μισθόν μου δέκα ἀμνῶν, mutavit mercedem meam decem agnorum sc. temporibus, sive temporibus, quibus oves, quas pascebat Iacob, pepererant. Ita *Spanhemius historia Iobi* cap. XI. §. 12. addens: Sic *decem agnos* dixerunt, quomodo *decem messes, decem vindemiae, decem aristae* pro totidem temporibus, et ita accuratissime *Augustinus Quaestt.* in *Genes.* XCV. Tom. IV. *Cappellus, Bochartus, Grabius*, alii pro ἀμνῶν legendum coniiciunt μνῶν (ut nempe legerint מָנִים a sing. מָנֶה *mina*), sicuti et v. 41. pro ἀμνάσιν μναῖς. Sed cum omnes Codices repugnent, et lectio τῶν ἀμνῶν et ἀμνάσιν iuxta explicationem *Spanhemii* cum Hebraeo textu conciliari possit, non temere illam deserendam putavit *Bielius*, cuius verbis hucusque usus sum. Idem statuit quoque *Buxtorfius* in *Anticritica*, qui recte monuit, *agnos* pro *foeturis* positos esse, et sic idem esse *decem agni*, quod *decem vices*. Confer quoque *Schulzii Examen mutationum in textu Cod. Alex. a Grabio ex coniectura factarum* (Hal. 768. 4.) p. 6 sequ. – עַתּוּדִים, plur. *hirci*. Ies. XXXIV, 6. Zach. X, 3. – קְשִׂיטָה, *nummus figuram agni | habens*. Gen. XXXIII, 19. acquirebat sibi portionem agri ἑκατὸν ἀμνῶν, centum agnis. Hic rursus quidam graecos interpretes pro ἀμνῶν scripsisse μνῶν suspicantur. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 43. p. 436. Sed obstat, quod in loco parallelo Ios. XXIV, 32. itidem legatur ἀμνάδων ἑκατὸν, quodque Iobi XLII, 11. קְשִׂיטָה pariter ἀμνάδα interpretentur. Vide *Grabii Prolegg. in LXX Intt.* T. I. c. 4. §. 3. Et LXX Gen. l. c. per ἀμνοὺς vel *agnos ipsos* intellegere potuerunt, vel *nummos agnorum imagine signatos*. Agnos ipsos, quia antiquissimis temporibus nummorum loco animalibus usi sunt. Vide Gen. XLVII, 16. 17. Prov. XXVII,

26. et de Graecis aliisque populis *Pollucis Onom.* lib. IX. cap. 6. sect. 73. ac *Feithii Antiqu. Homer.* lib. II. c. 10. p. 148 sequ. Nummos vero agnorum imagine signatos, quia et hi olim in usu fuerunt (Confer tamen notam *Rosenmülleri* ad *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 478 sequ.). Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 43. et *Spanhemii Historiam Iobi* cap. XI. §. 8. Adde *Hesychium* in *Δεκάβοιον* et *'Εννεάβοιον*. - רָחֵל, *ovis foemina.* Ies. LIII, 7. - שֶׂה, *pecus parvum*, speciatim de *ovibus.* Lev. XII, 8. Num. XV, 11. Deut. XIV, 4.

'ΑΜΟΙΒΗ', *remuneratio*, *retributio.* גְּמוּל, idem. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XII, 14. - טוֹב, *bonum*, *beneficium. Symm.* 1 Sam. XXIV, 19. - שִׁלְּמֹנִים plur. *compensationes. Symm.* Ies. I, 23. *Hesych.* ἀμοιβαὶ, χάριτες, καὶ τιμωρίαι, ἀνταποδόσεις καὶ ἐκτίσεις, χρέα.

*'*ΑΜΟΙΡΕ'Ω*, *expers sum*, *careo*, *destituor.* Sir. III, 25. γνώσεως δὲ ἀμοιρῶν sec. *Complut.*, *expers scientiae.* Confer infra s. v. ἄμοιρος. *Hesychius*: ἀμοιροῖ (lege ἀμοιρεῖ), ἐστέρηται. *Suidas*: ἀμοιρῆσαι γενικῇ, ἀποτυχεῖν· ἀμοιρῶ γὰρ τὸ οὐ μετέχω· καὶ ἄμοιροι, ἀμέτοχοι καὶ κακόμοιροι.

"ΑΜΟΙΡΟΣ, *qui sine sorte est*, *partem non habens*, *expers.* Sap. II, 9. μηδεὶς ἡμῶν ἄμοιρος ἔστω τῆς ἡμετέρας ἀγερωχίας. *Vulg. nemo nostrum exsors sit luxuriae nostrae.* Sir. III, 25. γνώσεως δὲ ἄμοιρος ὢν, scientia autem idonea destitutus, eam ne profitearis. Ed. *Compl.* habet ἀμοιρῶν. *Gloss. MS.* τῆς Παναρέτου· Ἄμοιρος, ἀμέτοχος. Sic enim legendum censet *Bielius* pro ἀμήτοχος ex *Hesychio*, ubi vicissim ex his pro ἄμορος reponendum ἄμοιρος.

'ΑΜΟ'ΛΥΝΤΟΣ, *impollutus.* Sap. VII, 22. πνεῦμα ἀμόλυντον, spiritus purus, *carens omnibus sordibus vitiositatis ac tenebris.* Inde *Gloss. MSS.* Ἀμόλυντον, ἄνευ μολυσμοῦ.

'ΑΜΟ'ΡΑ, *similago cum melle cocta*, etiam *placenta ex similagine cocta cum melle.* אֲשִׁישָׁה, *lagena.* Cant. II, 5. Ita *Bielius.* Sed nec in *Hex.* nec in codice ullo versionis Alex. ἀμόραις legitur, sed potius ἐν μύροις. Lectio ἀμόραις unice debetur coniecturae *Grabii* minime improbabili. *Drusius* tamen legendum existimat ἐν ἀμύροις. Confer infra s. v. *Μύρον.* *Athenaeus* Dipnos. lib. XIV. c. 14. docet, ἀμόραν esse μελίττωμα πεπεμμένον, et *Hesychius* exponit per σεμίδαλις ἑφθὴ σὺν μέλιτι.

'ΑΜΟΡΙ'ΤΗΣ, *torta panis*, ab ἀμόρα, *similago cum melle cocta.* אֲשִׁישָׁה, *lagena.* 1 Par. XVI, 3. ἀνδρὶ ἄρτον ἕνα ἀρτοκοπικὸν καὶ ἀμορίτην, viro cuique panem unum a pistore confectum et placentam ex similagine coctam cum melle. Sed in dubio positum est, sitne vox ἀμορίτην ad אֲשִׁישָׁה, an ad אֶשְׁפָּר referenda. Certe hebraico אֲשִׁישָׁה rectius respondere videtur sequens vox ἐσχαρίτης. Vide quoque 2 Sam. VI, 19. ubi *Aqu.* et *Symm.* אֶשְׁפָּר interpretantur ἀμυρί-

την, sed *Bielio* legendum videtur ἀμοῤῥίτην; nisi malis assentivi *Montf.*, qui ἀμυλίτην reponendum suspicatur. Confer notata infra s. v. Μύρον ac s. v. Ἀμυρίτης.

"ΑΜΟΡΦΟΣ, *informis*, i. e. *non in ordinem redactus et apte formatus.* Sap. XI, 18. κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης, creavit mundum ex rudi indigestaque mole, aut ex informi materia. coll. Gen. I, 1.

'ΑΜΟ'ΡΦΩΤΟΣ, *informis*, i. q. ἄμορφος, quod vide. גֹּלֶם, *rudis massa. Symm.* Ps. CXXXVIII, 16. ubi videndus *Dathius*, qui docuit, vocem hebr. intellegendam esse de *primis staminibus corporis humani in utero materno*, s. *embryone.*

"ΑΜΠΕΛΟΣ, *vitis.* גַּן, *hortus.* Thren. II, 6. διεπέτασεν ὡς ἄμπελον τὸ σκήνωμα. Legerunt sine dubio כַּגֶּפֶן, quae lectio sine dubio vera est, nam imago *vitis* magis convenit hebr. חָמַס (quod *Syrus* bene per ܚܡܣ *eradicavit*, *evulsit* explicavit), quam *hortus.* Monuit tamen *Pareau* in annotatt. ad h. l. p. 113., non adeo certum esse, Graecos revera ita legisse, cum fieri possit, ut de magis solita imagine cogitaverint. Vide quoque infra s. כֶּרֶם. - גֶּפֶן, *vitis.* Gen. XL, 9. 10. XLIX, 11. Deut. VIII, 8. - כֶּרֶם, *vinea.* Lev. XXV, 3. ubi pro ἄμπελον, quod *Vat.* exhibet, *Oxon.* habet ἀμπελῶνα, quae posterior lectio plerisque praeferenda visa est. Sed utrumque locum habere potest. Nam כֶּרֶם per metonymiam continentis pro re contenta etiam de *vitibus* dici potest, sicut *ager* de frugibus terrae, quod forte ignorans interpres non commode dici posse putavit *putare vineam* et τέμνειν τὴν ἄμπελον posuit. Praeterea ἄμπελος quoque *vineam* interdum notat, ut docuit *Iacobs anim.* in *Athenaeum* p. 39. Eadem observatio valet quoque de v. 4. Num. XXII, 24. ac Cant. II, 15. ubi eadem varietas lectionis reperitur. - שֹׂרֵק, *vitis generosa, selecta.* Ier. II, 21. ἄμπελον καρποφόρον. - שְׂרֻקִּים, plur. idem. Ies. XVI, 8. καταπατήσατε τὰς ἀμπέλους αὐτῆς. Sir. XXIV, 20. ὡς ἄμπελος βλαστήσασα.

"ΑΜΠΕΛΟΣ ΣΩΡΗ'Χ, vel potius *ΣΩΡΗ'Κ.* *Vitis Sorech vel Sorek.* שֹׂרֵק, *vitis generosa, selecta.* Ies. V, 2. ἐφύτευσα ἄμπελον σωρὴχ, ubi *Symm.* ἐκλεκτὴν, alii autem καλλίκαρπον habent. Vide infra sub Σωρήχ.

'ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟ'Σ, *vinitor.* כֹּרֵם, idem. 2 Reg. XXIV, 32. 2 Par. XXVI, 10. γεωργοὶ καὶ ἀμπελουργοί. Ies. LXI, 5. ἀροτῆρες καὶ ἀμπελουργοί. Ier. LII, 13. *Tzetzes* ad *Lycophr.* ed. *Mülleri* p. 20. *Macedon.* XXVI, 2. T. IV. *Anthol.* p. 88. ed. *Iac.*

'ΑΜΠΕΛΩ'Ν, *vinea.* בַּתָּה, *desolatio.* Ies. V, 6. ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ. Sed male hic locus adductus est a *Trommio* aeque ac *Bielio.* Verba enim τὸν ἀμ-

πελῶνά μου a LXX sensus causa e v. 5. hic inserta sunt, ac nihil ei in textu hebraico respondet praeter affixum הּ in v. 7. וְאִשְׁתְּךָ. Vox *ἀνήσω* autem exprimit hebr. אֵשֶׁת בַּיְתָהּ. – גֶּפֶן, *vitis*. Ier. V, 17. *κατέδονται τοὺς ἀμπελῶνας ὑμῶν*, per metonymiam contenti pro continente, sensu tamen eodem. – כַּר, *agnus*. 1 Sam. XV, 9. Pro כָּרִים legisse videntur כֶּרֶם vel potius כְּרָמִים. – כֶּרֶם, *vinea*. Gen. IX, 20. Lev. XXV, 10. (ubi vide supra ad *ἄμπελος* notata). Num. XXII, 24. et alibi saepius. – *כְּרָמִים, nomen proprium. Iud. XI, 33. *ἀμπελώνων πληγὴν* sec. *Alex. Oxon. Ald. et Compl.* ubi tamen rectius in Cod. *Vatic.* legitur *'Εβελχαρμίμ*. – כַּרְמֶל, *arvum*. *Inc.* 1 Par. XXVII, 27. LXX Ies. XVI, 10. כַּרְמֶל quoque *vineam* notat. Conf. *Syrum* Ier. II, 59. et *Michaelis Supplem.* p. 1359. – שָׂדֶה, *ager*. Lev. XIX, 19. Scilicet שָׂדֶה adhibetur de *omni terra, quae colitur*, adeoque etiam de *vinea*.

'ΑΜΠΛΑ'ΚΗΜΑ, *erratum*, *peccatum*. שָׁלוּ, chald. idem. Dan. VI, 4. *παράπτωμα καὶ ἀμπλάκημα οὐχ εὑρέθη κατ' αὐτοῦ*, delictum ac peccatum non inventum est contra illum: ubi vid. *Scharfenb.* Adde *Sophocl. Antigon.* 50. *Aeschyl. Prometh. vinct.* 112. 386. ubi vid. *Schol.* In *Gloss. MSS.* in *Proph.* ac *Phavorino* *ἀμπλάκημα* exponitur *ἁμαρτία*, et apud *Hesychium* *ἁμάρτημα*.

**'ΑΜΠΛΑΚΙ'Α*, *peccatum*, i. q. *ἀμπλάκημα*. Legitur 3 Macc. II, 19. *ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ διασκέδασον τὰς ἀμπλακίας* (Alex. *ἀμβλακείας*) *ἡμῶν*. *Hesych.* *ἀμπλακεῖν*, *ἁμαρτεῖν*. *Pindar. Olymp.* ζ', v. 43. ubi *Schol.* *ἁμαρτίαι*. *Apollon. Rhod. Argon.* I, 1054.

'ΑΜΥ'ΓΔΑΛΟΝ, *amygdala*, *arbor*. שָׁקֵד, idem. Coh. XII, 5. *ἀνθήσει τὸ ἀμύγδαλον*. *Aqu. Symm.* Gen. XLIII, 15. ubi LXX *κάρυα* habent. *Nam, scribit ad h. l. Hieronymus, in censu nucum amygdala. Dicimus autem ἀμύγδαλον et ἀμυγδάλη. Heracleon Ephesius: κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας, καὶ τὰ νῦν καστάνεια. Οἱ λοιποὶ* Num. XVII, 8.

'ΑΜΥΓΔΑ'ΛΙΝΟΣ, *amygdalinus*. שָׁקֵד, *amygdala*, *arbor*. *Theod. Syr.* et *Hebr.* Ier. I, 11. – לוּז, *corylus*. *Symm.* Gen. XXX, 37.

'ΑΜΥ'ΘΗΤΟΣ, *ineffabilis*, *innumerabilis*, *multus*. רַב, *amplus*, *multus*. Iob. XXXVI, 28. *ἐσκίασε δὲ νέφη ἐπὶ ἀμυθήτων βροτῶν*, nubes expandit super homines innumerabiles. – שָׂגָה מְאֹד, *valde cresco*. Iob. VIII, 7. *ἔσται οὖν τὰ μὲν πρῶτά σου ὀλίγα, τὰ δὲ ἔσχατά σου ἀμύθητα*, priora tua igitur quidem parva erunt, posteriora vero tua admodum multa. 2 Macc. XII, 16. *ἀμυθήτους ἐποιήσαντο σφαγὰς*, innumerabilem hominum copiam occidebant. Vide et 2 Macc. III, 6. *Hesychius:* *'Αμύθητοι, ἀναρίθμητοι, πολλοί*. Conf. *Suiceri Thes.* T. I. p. 234.

Ἄμυλος, propr. *non molitus*. Speciatim ἄμυλος, sc. ἄρτος, est *placentae genus*, *ita dictae*, *quod sine mola fiat*. צַפִּיחִת, *laganum*, *placenta*. *Symm*. *Ex*. XVI, 31. *Hesych*. Ἄμυλος, βρῶμα ἐκ πυροῦ. Idem: ἀμύλους, πλακοῦντας. Auctori *Etym*. *M*. ἄμυλος dicitur βρῶμα, τὸ μὴ πεπτωκὸς ὑπὸ μύλωνα. *Athenaeo* ἄμυλον vocatur Lib. XIV. p. 647. Mentio quoque eius fit in loco *Anaxandridis* apud eundem Lib. IV. p. 131. et in *Matronis Parodi* versibus lib. cit. p. 134. Conf. *Scholiastam Theocriti Idyll*. θ', v. 21. et auctores citatos *Geetzio* de *Pistrin*. p. 295.

Ἄμυνα, *ultio*, *vindicta*. Sap. V, 17. ὁπλοποιήσει τὴν κτίσιν εἰς ἄμυναν ἐχθρῶν, armabit creaturam in ultionem inimicorum.

Ἀμυντήρια, *defensiones*, vel *arma ad defensionem*. מָגֵן in plur. *scutum*. *Inc*. Iob. XV, 26. θαῤῥῶν τοῖς ἀμυντηρίοις αὐτοῦ, confidens armis ad defensionem suam. Ita *Bielius*. Sed mihi, loco accuratius inspecto, videntur verba τοῖς ἀμυντηρίοις αὐτοῦ apud *Incertum* potius pertinere ad בַּעֲבִי גַּבֵּי, quae verba vulgo vertunt *in densitate umbonum*. גַּב enim est *dorsum* seu *umbo clypei*, qui per exergasiam dicitur pro *toto clypeo*. *Clypeus* autem ponitur pro *omnibus armis*, *quibus ad defensionem miles uti solet*. *Hesychius*: Ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον, ἢ βάκλον, ἤ τι τῶν πληττόντων ἀμῦνον.

Ἀμύνω et in medio ἀμύνομαι, *propugno*, *tueor*, *ulciscor*, *propulso*, *amolior*. הוֹשִׁיעַ Hiph. a יָשַׁע, *salvo*. Ies. LIX, 16. ἠμύνατο αὐτοὺς βραχίονι αὐτοῦ, potentia sua *auxilium* ipsis *praestat*. Conf. Act. VII, 24. – הֵמִיל Hiph. a מוּל, *exscindo*. Ps. CXVII, 10. 11. 12. ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτοὺς, nomine Domini *repellam* seu *in fugam vertam* eos. Arab. مال est *declinavit*, *deflexit*, et in Coniug. IV. de *fuga hostium* dicitur. – נָקַם, *ulciscor*. Ios. X, 13. ἕως ἠμύνατο ὁ θεὸς τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν, donec *ultus esset* Deus hostes eorum. Vide quae ad h. l. disputavit post *Masium Scharfenb*. *Anim*. T. II. p. 17. – *Hesych*. Ἀμῦναι, ἀπαλέξησαι, τιμωρῆσαι. Idem: Ἠμύνατο, ἐτιμωρήσατο, ἐξεδίκησεν. Idem: Ἠμύναντο, ὑπερεμάχουν. *Suidas*: ἀμύνω σοι, βοηθῶ σοι. ἀμύνομαι δέ σε, ἀντὶ τοῦ τιμωρῶ σε. Καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Ex Ps. CXVII, 10. 11. etc.

Ἀμύρα, *genus placentae ex similagine coctae cum melle*. אֲשִׁישָׁה, *lagena*. Cant. II, 5. ubi lectionem LXX Intt. sic effert in Cod. Regio uno *Procopius* ex *Origene*: στηρίσατέ με ἐν ἀμύραις; *Drusius* vero legendum existimat ἐν ἀμύροις.

Ἀμυρίτης. Vox haec a *Bielio* omissa legitur in *Aqu*. ac *Symm*. fragmentis 2 Sam. VI, 19. pro hebr. אֶשְׁפָּר, quod sec. etymologiam *assaturam bubulae carnis* notat, ut

ipsis verbis *Vulgati* interpretis utar. Produxit eam *Montf.* e Cod. *Coislin.* 2. et coniecit, ἀμυλίτην legendum esse ex ἄμυλος. Confer eius Lexicon graecum. Sed ἀμυλίτης est *placentae* genus, hic autem sermo est de *parte carnis assatae.* Igitur arbitror, ἀσφυρίτης reponendum esse, ut ipsam vocem hebraicam literis graecis exprimere voluerint. Quod si autem quis e coniectura *Montf.* ἀμυλίτην legere mallet, referenda esset haec vox ad formulam חַלַּת לֶחֶם, *placentam panis*, in antecedentibus. Vide supra s. v. 'Αμορίτης, ut hic legere mavult *Kreyssigius*, cui hoc vocabulum, coll. 1 Par. XVI, 3., ad praecedens אֶשְׁפָּר referendum videtur. Conf. *Faberi descript. comment. in LXX Intt.* P. I. p. 5 sequ.

'ΑΜΥ'ΣΣΩ, *discerpo, lacero, lanio.* שָׂרַט Niph. *caedor. Aqu.* Zach. XII, 3. ἀμυχθήσεται.

*'ΑΜΦΗ'ΚΗΣ, *utrimque acutus, anceps.* Occurrit hoc vocabulum a *Bielio* omissum 2 Sam. XX, 8. ubi hebr. חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת *gladii coniuncti* aut *alligati* in *Compl.* respondet μάχαιραν ἀμφήκη, pro quo interpretis, ut videtur, incerti fragmento ex mera coniectura aut ignorantia orto reliqui vers. Alex. libri habent μάχαιραν ἐζευγμένην. Conf. infra s. v. ἀμφιμήκης. *Phav.* 'Αμφῆκες, δίστομον, ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, quam glossam *Kreyssigius* in *Symbolis* P. II. p. 14. pertinere putat ad *Homeri Iliad.* X, 256. ubi φάσγανον ἄμφηκες est idem quod φάσγανον ἀμφιπλὴξ apud *Sophocl.* in *Trachin.* v. 939. ξίφος ἀμφίστομον apud *Diodor. Sic.* lib. V. c. 33. et φάσγανον ἀμφίτομον in *Brunckii Analectis* Tom. III. p. 216. *Ep. adesp.* 307.

'ΑΜΦΙΑ'ΖΩ, et in medio 'ΑΜΦΙΑ'ΖΟΜΑΙ, *induo.* לָבַשׁ idem. Iob. XXIX, 14. ἠμφιασάμην δὲ κρίμα ἴσα διπλοΐδι, indui vero iustitiam, tanquam diploidem. Iob. XL, 5. δόξαν καὶ τιμὴν ἀμφίασαι, gloriam et honorem indue. In utroque loco vox ἀμφ. metaphorice de *arcta coniunctione* explicanda est. Conf. *Lex. N. T.* s. v. ἐνδύω. – עָנַק, *torque ligo* seu *cingo.* *Symm.* Ps. LXXII, 6. ἠμφιάσαντο. Sensum expressit. עָנַק enim est *cingere* simpliciter. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Ημφιάσαντο, ἐφόρησαν.

'ΑΜΦΙ'ΑΣΙΣ, *vestimentum.* בֶּגֶד, *vestis.* Iob. XXII, 6. ἀμφίασιν δὲ γυμνῶν ἀφείλου. – לְבוּשׁ, *indumentum.* Iob. XXXVIII, 9. ἐθέμην δὲ αὐτῷ νέφος ἀμφίασιν, dedi illi nubem in vestimentum. Vox ἀμφίασμα reperitur in *Ctesiae Persicis* c. 10.

'ΑΜΦΙΒΑ'ΛΛΩ, *utrinque iacio.* הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evacuo.* Hab. I, 17. ἀμφιβαλεῖ ἀμφίβληστρον αὐτοῦ, utrinque iaciet rete suum. Scil. רִיק non tantum *evacuare*, sed etiam *expromere* notat, adeoque non male LXX h. l. secundum sensum interpretati sunt.

'ΑΜΦΙΒΛΗΣΤΡΕΥ'Ω, *reti capio.* מִכְמָר, *rete. Aqu.* et *Inc.* Ies. LI, 20. ἠμφιβληστρευμένος. Supplerunt ב ante מִכְמָר, aut habuerunt pro participio pass. verbi כָּמַר, quod in l. Chald. notat *inclusit*, ac ita quoque *reti cepit.*

'ΑΜΦΙ'ΒΛΗΣΤΡΟΝ, *rete.* *חיץ, *plutea. Symm.* Ies. LI, 20. ubi non aliter legisse censendus est, sed חיץ in ea significatione accepit, qua notat *omne quod aliquid cingit ac ambit*, adeoque etiam de reti pisces captos cingente adhiberi potest. Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 528 sequ. ed. rec. – חֵרֶם, *rete.* Hab. I, 15. 17. – מַכְמוֹר, idem. Ps. CXL, 11. – מִכְמֶרֶת, idem. Hab. I, 16. Fortasse autem ibi voces *σαγήνη* et *ἀμφίβληστρον* sunt transpositae. – מְצוֹדָה, *venatio*, etiam *rete.* Coh. IX, 12.

'ΑΜΦΙΒΟΛΕΥ'Σ, *piscator.* Ies. XIX, 8. οἱ ἀμφιβολεῖς πενθήσουσι, piscatores lugebunt, ubi in textu hebr. tantum legitur עַל פְּנֵי מַיִם, *in superficie aquarum.* Ita *Trommius.* Dici quidem posset, LXX sensum expressisse, nam versantur in superficie aquarum piscatores. Sed nec hoc verum est. Potius LXX verba עַל פְּנֵי מַיִם in versione sua prorsus omiserunt, ac verba οἱ ἀμφιβολεῖς alius interpretis versionem exhibent, ad verba פֹּרְשֵׂי מִכְמֹרֶת pertinentem, quae LXX transtulerunt οἱ βάλλοντες σαγήνας. *Hesych.* ἀμφιβολεῖς, ἁλιεῖς.

'ΑΜΦΙΒΟ'ΛΩΣ, *dubie.* Adverbium hoc in *Symm.* 1 Reg. XVIII, 21. respondet hebraicis עַל־שְׁתֵּי הַסְּעִפִּים, *super duas cogitationes*, ut adeo sensum, non autem verba secutus fuerit. Arab. شَعَبَ notat *dividere*, et *animum dividere nunc huc nunc illuc* dixit *Virgilius Aen.* IV, 285. Non tamen repugnarem, si quis loco ἀμφιβόλως legere mallet ἀμφίβολοι, quod magis ad textum hebraicum accederet.

'ΑΜΦΙΕ'ΝΝΥΜΙ, vel 'ΑΜΦΙΕΝΝΥ'Ω, *vestio, induo, amicio, gero.* חָפָה, *occulto.* 2 Reg. XVII, 9. ἠμφιέσαντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ λόγους, h. e. ex mea sententia: *occulte egerunt* Israelitae, aut *varios excogitarunt praetextus.* Potest quoque reddi: *ornarunt orationem.* – כְּסוּת, *tegumentum.* Iob. XXXI, 19. γυμνὸν ἀπολλύμενον, καὶ οὐκ ἠμφίεσα. – לְבוּשׁ, *vestimentum. Inc.* Ps. XLIV, 15. Male enim verba ἠμφιεσμένη ποικίλα ad vocem לִרְקָמוֹת, *vestibus acu pictis*, retulit *Montf.*, non videns nempe, ab omnibus fere interpretibus graecis ex antecedente commate לְבוּשָׁהּ, *vestimentum eius*, cum sequenti coniunctum esse. *Hesych.* Ἀμφιέννυμαι, ἐνδύομαι.

'ΑΜΦΙΛΑΦΗ'Σ, *densus, valde copiosus, umbrosus.* Sap. XVII, 18. περὶ ἀμφιλαφεῖς κλάδους, inter spissos arborum ramos. Sic *Iulianus Orat.* III. p. 210. *Κήπων τινῶν καὶ παραδείσων ἐν αὐταῖς πεφυτευμένων μάλα ἀμφιλαφέσι καὶ κατασκίοις τοῖς δένδρεσιν. Hesych.* Ἀμφιλαφές, πολὺ, δαψιλὲς καὶ μέγα, πανταχόθεν πλῆρες, κατάσκιον. Respicit forte *Callimachum Hymn.*

in *Cerer.* v. 25. 26. *Τὶν δ' αὐτᾷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ Δένδρεσιν ἀμφιλαφές.* Conf. ad h. l. *Ez. Spanhemii Observatt.* p. 683. qui et p. 74. plura de hac voce affert.

'ΑΜΦΙΜΗ'ΚΗΣ, oblongus. מְצֻמֶּדֶת. *Inc.* 2 Sam. XX, 8. Haec *Bielius* ex *Montf. Lex. Hexapl.* petita inconsultius in Thesauro suo reposuit. *Scharfenb.* enim in *anim.* ad h. l. haec habet: Apud *"Αλλον* pro *ἀμφιμήκη*, quod unde *Montf.* eruerit, et quare verterit *oblongum*, nescio, rescribendum est ex *Compl. ἀμφήκη, ancipitem.* Hoc enim utcunque convenit hebr. חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת עַל־מָתְנָיו, quae vulgo explicant *gladius iunctus* sive *adcommodatus lateri*, si dicas, interpretem istum, quia nomen צֶמֶד ductum a verbo צָמַד, *iunxit*, significat *par*, inprimis iumentorum, חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת accepisse de *gladio, in quo est par acierum*, sive *duplici acie instructo*, h. e. *ancipiti.* Sed ut hebraeo conciliari possit *ἀμφιμήκη*, vocabulum dubiae auctoritatis, valde vereor. *Kreyssigius* contra *Symbol.* P. II. p. 15. putat, lectorem moleste sedulum h. l. nomini *μάχαιραν* de suo addidisse adiectivum *ἀμφήκη*, quod deinde ab editoribus Hispanis in texta receptum participium *ἐζευγμένην* loco demoverit. Nec sollicitandum existimat adiectivum *ἀμφιμήκης*, quod vix ac ne vix quidem discrepabit a *περιμήκης*, h. e. *πολυμήκης* sive *εὐμήκης*, *praelongus*, minime vero confundendum erit cum *παραμήκης*, *oblongus*, quod fecisse videtur *Montf.* Addit denique, pro *ἀμφιμήκη* levi admodum mutatione *ἀμφὶ μηρία* legi, idque ad hebraica עַל־מָתְנָיו, quibus in Vers. Alex. *ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ* respondet, commode referri posse.

'ΑΜΦΙ'ΤΑΠΟΣ, tapes utrimque hirsutus et villosus, ἐξ ἀμφοτέρων μαλλὸν ἔχων, auctore *Thoma Mag.* v. *Τάπητες.* חֲטֻבוֹת part. Pahul. *excisum, exsculptum*, nimirum *affabre* ac *artificiose.* Prov. VII, 16. *ἀμφιτάποις διέστρωσα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου*, tapetibus utrinque villosis ex Aegypto stravi, scilicet lectum meum. Sic *Bielius.* Sed, ut recte monuit *Iaegerus* ad h. l., videtur voci utrique חֲטֻבוֹת אֵטוּן satisfactum esse una voce *ἀμφιτάποις.* Vide quoque *Michaelis Suppl.* p. 68. Conf. *Ferrarium* de *re vest.* P. II. p. 29. cui *μαλλὸς* non absimile τῷ אֵטוּן videtur. *Hesych.* *'Αμφιτάποις, ταπητίοις ἀμφιμάλλοις.* Sic lectos aureos Ptolemaei Philadelphi, Aegypti regis, tapetibus eiusmodi utrimque villosis stratos fuisse, discimus e loco *Callixeni Rhodii* apud *Athenaeum Deipnos.* lib. V. p. 99. ubi ita: *ἔκειντο δὲ κλίναι χρυσαῖ σφιγγόποδες, ἐν ταῖς δυσὶ πλευραῖς, ἑκατόν, ἡ γὰρ κατὰ πρόσωπον ὄψις ἀφεῖται ἀναπεπταμένη. ταύταις δ' ἀμφίταποι ἁλουργεῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἐρέας.* Confer et *Eustathium* ad Il. π', p. 1073. et *Salmasium* ad *Capitolin.* p. 550. Dicuntur tapetes illi et *ἀμφιτάπητες.* Vide *Pollucem* lib. VI. segm. 9. et lib. X. segm. 58. De iisdem *Lucilius* apud *Nonium* cap. 14. *Psilae atque amphi-*

tapae villis ingentibus molles. Eusebius Comm. in *Psalm.* p. 29. edit. *Montfaucon.* T. I. *Collect. Nov. Patr.* ἀμφιτάπητας suo temporo ψιλοτάπητας dictos esse refert. - מַרְבַדִּים, *tapetes lectorum, lectisternia. Symm.* Prov. XXXI, 22. Occurrit quoque vox ἀμφίταπος apud LXX 2 Sam. XVII, 28. ubi ei nihil respondet in textu hebraico.

"ΑΜΦΟΔΟΝ, *platea, bivium, pagi* vel *urbis vicus.* אַרְמוֹן, *palatium.* Ier. XVII, 27. καταφάγεται ἄμφοδα Ἱερουσαλὴμ, devorabit plateas Hierosolymae. Sic exhibet hunc locum editio *Sixtina.* Sed *Hieronymus* ad h. l. monet, LXX aliosque Intt. transtulisse βάρεις, quod melius videtur. Sed obstat locus Ier. XLIX, 26. ubi etiam ἄμφοδον pro אַרְמוֹן reperitur, ut adeo liberius vertisse videantur. Palatia enim sunt fere in plateis posita, adeoque et h. l. continens pro re contenta ponitur. - חוּץ, *foras, platea. Inc.* Prov. I, 20. Videtur *Symmachus* esse. *Symm.* 1 Sam. I, 20. et Amos V, 16. *Theodot.* Ier. XI, 13. *Hesych.* ἄμφοδα, ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι. Confer *Bocharti Hieroz.* P. I. l. II. c. 17. p. 211. et *Lexicon N. T.* s. h. v.

'ΑΜΦΟΡΕΥ'Σ, *amphora.* נֵבֶל, *uter, lagena. Aqu.* 1 Sam. I, 24. X, 3. et XXV, 18.

'ΑΜΦΟΤΕΡΟΔΕ'ΞΙΟΣ, *ambidexter*, h. e. *qui sinistra perinde utitur manu ac dextra.* אִטֵּר יַד יְמִין, *praeclusus* (h. e. *debilis.* Arab. أطر, *curvavit*, Conj. V. *cohibitus est.*) *manu dextera* seu *scaevola.* Iud. III, 15. ἀμφοτεροδέξιος, h. e. *Iosepho* interprete: τῶν χειρῶν τὴν ἀριστερὰν ἀμείνων, καὶ ἀπ' ἐκείνης τὴν πᾶσαν ἰσχὺν ἔχων. Ib. XX, 16. ubi viri, qui funda utralibet manu uti poterant, vocantur ἀμφοτεροδέξιοι. Vocantur tales etiam Graecis περιδέξιοι. *Hesych.* περιδέξιον, φρόνιμον, ὀρθὸν, μηδὲν ἀριστερὸν ἔχον. καὶ οἱ μὲν περισσῶς δεξιὸν περὶ τὴν τοῦ δόρατος βολήν. οἱ δὲ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν, ὡς τῇ δεξιᾷ, βάλλοντα. *Eustathius* ad illa *Homeri Il.* φ', v. 163. de Asteropaeo heroe, — ἐπεὶ περιδέξιος ἦν, ita: τουτέστιν ὑπερδέξιος κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἢ ἀμφιδέξιος, ὅ ἐστιν ἀμφοτεροδέξιος. Eiuscemodi heroum exempla memorantur etiam in sacris 1 Paral. XII, 2. Manus vero talium etiam ἀμφιδεξίους vocavit *Aeschylus* teste *Hesychio*: 'Αμφιδεξίοις χερσὶ ταῖς τῶν τοξοτῶν, διὰ τὸ ἑκατέραν χεῖρα ἐνεργεῖν ἐν τῷ τοξεύειν, Αἰσχύλος Τηλέφῳ. His a *Bielio* iam notatis liceat addere locum *Erotiani* τῶν παρ' Ἱπποκρατ. in A. col. 2. Βακχεῖός φησιν ἀμφοτεροδέξιος, ὡς ἀμφήκης, ἢ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος.

'ΑΜΦΟ'ΤΕΡΟΙ, *ambo.* *יַחַד, *pariter.* 1 Sam. XVII, 10. ubi in *Hex. Montf.* male editum est ἀμφώτεροι. - שְׁנַיִם, *duo.* Gen. XXI, 27. Ex. XII, 22. Lev. III, 10. et alibi passim. - *שְׁנֵיהֶם יַחְדָּו, *ambo ipsi.* Ies. I, 31. *Symm.* ἀμφότερα: *Theodot.* ἀμφότερον. - *שְׁתֵּי, *duo.* 1 Sam. XVII, 21. ac Lev. III, 15.

ubi cum δύο in codd. permutatur. - הֵם, *eos*. LXX sec. *Oxon.* Gen. XLII, 23. ubi reliqui libri αὐτῶν habent. Sir. X, 7. ἀμφότεροι ad Deum et homines referendum est: ex sensu et iudicio Dei ac hominum. Conf. ibi versionem *Syr.*

'ΑΜΦΩ'Θ, vel iuxta alios libros ἀπφὼθ, ἀφφὼθ, σαπφὼθ, hebr. סִפִּים, *pelves*, *hydriae*, *crateres*. Ier. LII, 19. *Chrysostomus* in *catena Chisler*. p. 929. exponit κρατῆρας, οἵ εἰσιν οἱ ποτηροπλῆται.

"ΑΜΩΜΟΣ, *immaculatus*, *sine labe*. צַדִּיל, *iustus*. *Symm.* Gen. XXV, 27. et LXX Prov. XX, 7. ὃς ἀναστρέφεται ἄμωμος ἐν δικαιοσύνῃ. - *תֹּם, *integritas*, *perfectio*. Οἱ λοιποὶ Iob. XXI, 23. - תָּם, *integer*, *perfectus*. Ps. LXIII, 5. κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. Vnde *Suidas*: "Αμωμος, ὁ καθαρὸς καὶ ἀναίτιος. Δαβὶδ· τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. - תָּמִים, idem. *Symm.* Amos V, 10. LXX Ex. XXIX, 2. Lev. I, 3. 10. Prov. XI, 5. δικαιοσύνη ἀμώμου ὀρθοτομεῖ ὁδούς. Lectioni ἀμώμους enim haud dubie praeferendum, quod *Grabius* edidit, ἀμώμου, qui genitivus pendet ab ὁδοὺς, locumque tenet omissi e דַּרְכּוֹ pronominis, pro structura hebraica δικ. ἀμώμου ὀρθ. ὁδοὺς αὐτοῦ. Vide *L. Bos. Prolegg. ad LXX Int.* cap. 3. Prov. XI, 20. ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, integri vitae, et alibi passim. - *רָשָׁע, *impius*. Ps. XXXVI, 28. ἄμωμοι ἐκδικηθήσονται: ubi loco ἄμωμοι sine dubio legendum est ἄνομοι, ut in Cod. *Alex.* et nonnullis aliis libris recte scribitur. Confer ad h. l. *Agellii Commentarium*, ac *Starckii Carmina Davidis* P. I. p. 107 sequ. *Symm.* Ps. LIX, 1. τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου, ubi in textu hebr. מִכְתָּם reperitur, pro quo legisse videtur מָךְ וְתָם. Dan. I, 4. LXX sec. *Chis.* אֲשֶׁר אֵין־בָּהֶם כָּל־מְאוּם, *quibus non est omnis macula*, unica voce ἀμώμους expresserunt. Legitur praeterea vox ἄμωμος Cohel. XI, 9. sec. edit. *Sixtinam*, ubi nihil ei in textu hebraico respondet. Vide ad h. l. *Desvoeux* in *Commentario* p. 261. 1 Macc. IV, 42. ἱερεῖς ἄμωμοι sunt sacerdotes sine vitiis ac defectibus corporis, coll. Lev. XXII, 19. *Hesych.* "Αμωμος, ἄμεμπτος, καθαρὸς, ἄψεκτος.

"ΑΜΩΜΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *sine labe sum*. נִתַּם Niph. a תָּמַם, *perficior*, *perfectus sum*. Ps. XVIII, 14. τότε ἄμωμος ἔσομαι. *Dathius* putat, eos legisse אֱהִי תָמִים.

'ΑΜΩΜΟ'ΤΗΣ, *puritas*, *innocentia*, *perfectio*, *integritas*. תֹּם, idem. *Symm.* Ps. XXV, 1. ἐν ἀμωμότητι, in *innocentia*.

"ΑΝ, particula potentialis. Vide "Εως ἂν et Πῶς ἂν γένοιτο.

'ΑΝΑ', praepositio. Respondet hebraico בְּ apud *Symm.* Zach. IV, 12.

'ΑΝΑ' ΤΡΕΙ'Σ, *terni*. שָׁלִישִׁים. *Inc.* Ex. XIV, 7. Vide et 'Ανὰ μέσον.

'*ΑΝΑΒΑΘΜΙ'Σ*, *gradus.* מַעֲלָה, idem. Exod. XX, 23. οὐκ ἀναβήσῃ ἀναβαθμίσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου, non in scala ascendatis aram mihi sacram.

'*ΑΝΑΒΑΘΜΟ'Σ*, *gradus.* מַעֲלָה, idem. 1 Reg. X, 19. 20. 2 Reg. XX, 9. 10. 11. ubi ἀναβαθμὸς in codd. cum βαθμὸς permutatur. 2 Paral. IX, 18. 19. et alibi saepius.

'*ΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ*, *ascendo, eo, exsurgo, succresco*, item *redeo, revertor.* בּוֹא, הֵבִיא Kal et Hiph. *venio, venire facio.* 1 Sam. I, 22. ἕως τοῦ ἀναβῆναι τὸ παιδάριον, si puer ipse *proficisci* poterit. 'Αναβαίνειν enim haud raro notat apud LXX *proficisci ad regionem superiorem* seu *ad loca edita.* Cf. *Lex. N. T.* s. h. v. 2 Reg. XV, 19. ἀνέβη βασιλεὺς ἐπὶ, rex *expeditionem fecit* contra. Ies. XXXVII, 1. ἀνέβη εἰς τὸν οἶκον, templum Iehovae *adiit.* – גָּלַשׁ, *tondeo.* Cant. VI, 4. αἰγῶν, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ γαλαάδ. *Cappello* in *Critica sacra* p. 679. LXX legisse videntur שֶׁעָלוּ, contra quem disputavit *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 624. cui גָּלַשׁ est *prominere, eminentem, conspicuum esse.* Quae in alto sunt, ea maxime eminent et conspicua sunt; ut autem quis in alto emineat, oportet, ut ascendat. *Bochartus* in *Hieroz.* T. I. pag. 626. seq. voci גָּלַשׁ notionem *ascendendi* vindicavit e lingua arabica جلس. – חָלַל Pih. *profano.* 1 Par. V, 1. ἐν τῷ ἀναβαίνειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν κοίτην, quod *conscenderat* cubile patris, *contaminandi illud causa*: sensu eodem. In nonnullis libris legitur βεβηλοῦν, vel e glossemate, vel ex alius interpretis versione. – יָלַךְ, *eo, proficiscor.* Ios. II, 1. Iud. I, 11. 1 Reg. XXII, 4. 15. ἀναβαίνειν εἰς πόλεμον, *bellum inferre.* – יָרַד, *descendo.* Ruth. III, 3. ἀναβήσω ἐπὶ τὴν ἅλω. Scilicet *areae* erant apud veteres fere in locis excelsis, ut eo facilius vento perflari possent, et יָרַד quandoque simpliciter *abire* notat. Ion. I, 3. ἀνέβη εἰς αὐτὸ, sc. τὸ πλοῖον. Scilicet quemadmodum ad mare descenditur, ita in navem ascenditur. *Inc.* Hagg. II, 23. ubi ἀναβαίνειν sine dubio sensu militari accipiendum est, ut sit *expeditionem bellicam facere.* – *לוּעַ, *deglutio.* Abd. v. 16. ubi in quibusdam libris teste *L. Bos* legitur ἀναβήσονται, quae lectio nullum sensum habet, nisi vertatur: *redibunt in patriam*, scilicet: in fugam versi. – *מַעֲלָה, *ascensus.* 2 Reg. IX, 27. *Vat.* ἐν τῷ ἀναβαίνειν. *Alex.* πρὸς τὸ ἀναβαίνειν. *Compl.* ἐν τῇ ἀναβάσει. – נִזְעַק Niph. *convocor.* 1 Sam. XIV, 20. ἀνέβη σαοὺλ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὁ μετ' αὐτοῦ. Libere verterunt. – נָטַשׁ, *dimitto.* Nehem. X, 32. ἀναβήσομεν τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον sec. *Ald.* et *Compl.* Sed lectio sine dubio est vitiosa, et loco ἀναβήσομεν reponendum est ἀνήσομεν, ut habet *Vatic.* – נְסַק *ascendo* ex *Chaldaismo.* Ps. CXXXVIII, 7. ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, si ascendero in coelum. – סְלַק *Chald. ascendit.*

Esdra IV, 12. *οἱ ἀναβάντες ἀπὸ σοῦ*, qui a te ad nos *venerunt*. Dan. II, 29. *οἱ διαλογισμοὶ ἀνέβησαν*, *obortae* sunt cogitationes. Ib. VII, 3. 8. *κέρας ἕτερον μικρὸν ἀνέβη*, aliud cornu parvum *succrescebat*, coll. v. 20. - עָבַר, *transeo*. 1 Sam. XIV, 1. 2 Reg. VIII, 21. - עָלָה, *ascendo*. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XXI, 22. *Theod.* Ies. LIII, 2. *Symm.* Ps. LXXIII, 23. ubi pro *μέχρις οὗ ἀναβαίνοντος* legendum est *μέχρις σου* (aut *μέχρι σου*) *ἀναβαίνοντος*. LXX quoque addiderunt *πρός σε*. LXX Gen. II, 6. *πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς*, nubes e terra ascenderunt, quae eam irrigabant. Ib. XIII, 1. *ἀνέβη ἐξ αἰγύπτου*, *remigravit* ex Aegypto. Ib. XVII, 22. *ἀνέβη ἀπὸ Ἀβραὰμ*, ab Abrahamo *discessit*. Ibid. XXXI, 10. *οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰ πρόβατα*, cum arietes ovibus *admitterentur*, coll. v. 12. Ib. XXXII, 26. *ἀνέβη ὁ ὄρθρος*, ad *ortum* aurorae. Ib. XLI, 22. *ὥσπερ ἑπτὰ στάχυες ἀνέβησαν*, tanquam septem spicas *in culmo crescentes*. Gen. XLIV, 17. *ἀνάβητε μετὰ σωτηρίας πρὸς τὸν πατέρα*, salvi ad patrem vestrum *redite*. Ibid. XLIX, 4. *ἀνέβης ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου*, *conscendisti* cubile patris tui. Ex. II, 24. *ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς θεὸν*, *exaudivit* Deus eorum gemitus. Iud. I, 1. *τίς ἀναβήσεται ἡμῖν πρὸς τὸν χαναναῖον*, quis *ascendet* vel *ibit nobiscum dux* adversus Chananaeos. Ib. VI, 21. *ἀνέβη πῦρ ἐκ τῆς πέτρας*, sec. *Vat.* ubi reliqui libri *ἀνήφθη* habent. Iud. XI, 13. et 16. ubi *ἀναβαίνειν* et *ἀνάβασις* in codd. permutantur. 1 Sam. XXIV, 1. ubi pro *ἀνέστη* sine dubio reponendum est *ἀνέβη*, quod *Compl.* habet. 2 Sam. XXIII, 9. Vide infra s. v. *ἀναβοάω*. 2 Paral. XXIV, 13. ubi *ἀναβαίνω* cum *ἀνίστημι* permutatur, ac, ut lat. *surgere*, de *aedificio* adhibetur. Ps. LXXIII, 23. ubi pro *μέχρις οὗ ἀναβαίνοντος* apud *Symm.* legendum est *μέχρις σου ἀναβαίνοντος*. LXX quoque addiderunt *πρὸς σέ*. Ps. CXXI, 3. *ἐκεῖ ἀνέβησαν αἱ φυλαὶ*, ibi ascendunt tribus, ubi sermo est de Hierosolymis in montana regione sitis. Conf. *Ottii Spicilegium e Iosepho ad N. T.* p. 46. Ies. XXXII, 13. *ἄκανθα καὶ χόρτος ἀναβήσεται*, spina et gramen *succrescet*. Vide et Ies. V, 24. ac LV, 13. - Ier. III, 16. *οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν καρδίαν*, non *venit in mentem*. Vide quoque Ier. XLIV, 21. ac LI, 50. - עָלָיו, *contra eum*. 1 Sam. II, 10. ubi pro עָלָו legerunt עָלָיו. - עַל־יָם, *iuxta mare*, seu *super mare*. Ps. CV, 7. Loco עַל־יָם contracte legerunt עֹלִים, *ascendentes*, sensu aptissimo. Conf. tamen *Buxtorfium* in *Anticritica* p. 619. sequ. - עָמַד, *sto, subsisto*. 2 Reg. IX, 17. *ὁ σκοπὸς ἀνέβη ἐπὶ τὸν πύργον*. Sensu eodem: nam *ἀνέβη* est h. l. i. q. *εἱστήκει*, quod alii habent. Dan. VIII, 22. *ἀναβάντα ὀπίσω αὐτοῦ τέσσαρα κέρατα* sec. *Chis.* ubi *ἀναβάντα* vertendum est: *quae succreverant*. עָמַד interdum notat i. q. קוּם. - פָּרָה, *fructifico*. Ies. XI, 1. *ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ἀναβήσεται*, virgultum ex radice eius *succrescet*. Huius notionis plura exempla iam s. h. v. pro-

lata sunt. - *צָמַח, *germino, progermino.* Iud. XVI, 22. sec. *Oxon.* ἤρξατο θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἀναβαίνειν, incepit *renasci* eius caesaries ex tonsura; ubi ἀναβαίνειν de coma est *crescere*, ac i. q. βλαστάνειν et ἀνατέλλειν, cum quibus verbis ibidem in codd. permutatur. - צָעַק, *clamo.* 1 Sam. XIII, 3. ubi tamen pro ἀνέβησαν reponendum nonnullis esse videtur ἀνεβόησαν, (ut legerint וַיִּצְעֲקוּ, unde *Hieronymus* quoque videtur desumsisse suum *clamavit,*) quam genuinam lectionem servavit nobis *Aldinum* exemplum. Confer *Fischeri Proluss.* de *Verss. GG. V. T.* p. 152. sq. 2 Reg. III, 21. ubi pro hebr. וַיִּצָּעֲקוּ, *acciti sunt, congregarunt se,* in Cod. *Alex.* legitur ἀνέβησαν, quod fortasse ex antecedenti ortum, ac in ἀνεβόησαν mutandum est, quod reliqui libri habent. Habet tamen quoque lectio ἀνέβησαν, quo se defendere ac tueri possit, si nempe statueremus, consequens h. l. positum esse pro antecedente. - קָרַם, *superinduco.* Ez. XXXVII, 8. ἀνέβαινεν ἐπ' αὐτῷ δέρμα ἐπάνω, cute nova tegebatur, aut *inducebat* eis cutem. Nam ἀναβαίνειν h. l. intransitive sumi videtur, quia קְרַם in l. chald. est *inducere.* - רָכַב, *equito.* Ies. XXX, 16. ἐπὶ κούφοις ἀναβάταις ἀναβησόμεθα, celerrimos equos conscendamus. Hos. XIV, 4. ubi pro ἀναβησόμεθα alii habent φευξόμεθα, sensu eodem. - שׁוּב, *revertor.* Ies. XXXVIII, 8. ἀνέβη ὁ ἥλιος τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς, ubi ἀνέβη vertendum est per *rediit.* - *שָׁקַף in Niphal נִשְׁקַף, *videor, respicior.* *Inc.* Cant. VI, 9. ἀναβαίνουσα: quae versio in editione Romana tanquam scholion profertur. Non male quoad sensum, coll. VIII, 5. - תָּפַשׂ, *prehendo.* Ier. XLVI, 9. ἀνάβητε. Videtur Int. תֹּפְשֵׂי prorsus omisisse, et ex initio commatis inseruisse עֲלוּ. Praeterea legitur Num. XIII, 32. ὅτι οὐ μὴ δυνώμεθα ἀναβῆσαι per meram repetitionem ex praecedentibus. Sir. XLVIII, 21. ἀνέβη σεναχηρεὶμ, *expeditionem fecit* Sanheribus. 1 Macc. IV, 36. 37. V, 31. ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη ἕως τοῦ οὐρανοῦ, *admodum magnus* in civitate *exortus est clamor.* Ibid. IX, 8. ἀναβῶμεν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους ἡμῶν, *aggrediamur* seu *impetum hostilem faciamus* in hostes nostros.

ΟΥ'Κ 'ΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, non ascendo. נִסְתַּר Niph. *abscondor.* Ies. LXV, 16. οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν, *nulla amplius earum erit recordatio.*

'ΑΝΑΒΑ'ΛΛΩ, attollo, erigo. נָשָׂא, idem. Ier. XIII, 20. ἀνάβαλε ὀφθαλμούς σου, *attolle* oculos tuos. - קִיא, *evomo.* *Theod.* Lev. XVIII, 25. ubi tamen loco ἀνέβαλεν reponendum esse videtur ἀπέβαλεν e *Cod. Coisl. Lips. Paul.* et *Catena Nicephori* pag. 1084. Confirmatur quoque haec coniectura versione *Incerti Int.* ib. v. 28.

'ΑΝΑΒΑ'ΛΛΟΜΑΙ, circumdor, amicio me, induor, reiicior, conferor, comparor. עָטָה, *amicio.* 1 Sam. XXVIII, 14. διπλοΐδα ἀναβεβλημένος, pallio *amictus.* Ps. CIII, 2. ἀναβαλλό-

μενος φῶς ὡς ἱμάτιον, lucem induit tanquam vestem. Atticis hoc verbum eo sensu solemne esse pro περιβάλλεσθαι docet *Suidas*. Ἀναβάλλεσθαι δὲ τὸ ἱμάτιον, inquit, οἱ Ἀττικοὶ, οὐ περιβάλλεσθαι λέγουσιν. Confer *Perizon.* ad *Aelianum V. H.* pag. 490. a. - סָלָה, Pyh. ubi ה pro א, *aestimor. Aqu.* Iob. XXVIII, 16. *Symm.* Iob. XXVIII, 19. ἀναβληθήσεται, *conferetur, comparabitur.* Ita *Bielius* in *Thesauro* suo. Ego vero de utroque loco ita statuo: סָלָה in l. *Chald.* ac *Syr.* (ܐܣܠܝ) notat *reiecit, respuit, sprevit.* Eandem notionem quoque habet vox ἀναβάλλειν. Iam sensus est idem, sive dicas: *sapientia non auro aestimatur Ophireo,* sive: *sapientia non repudiabitur aut reiicietur propter aurum Ophireum.* Semper manet sententia haec: aurum Ophireum sapientiae non est praeferendum, immo longe postponendum. - הִתְעַבֵּר, Hitp. *excandesco, irascor.* Ps. LXXVII, 25. ἤκουσε κύριος καὶ ἀνεβάλετο. *Vulg. et distulit.* Ex mea sententia particula negativa οὐκ excidit ante ἀνεβάλετο, *non distulit iram suam,* h. e. *illico punivit.* Tunc bene convenit cum ἀνυπερθέτησεν *Aquilae,* quod *Hieronymus* vertit: *non distulit.* Eodem modo quoque ibidem v. 59. ante ὑπερεῖδεν excidisse mihi videtur particula negativa οὐχ. Habere autem עָבַר quandoque notionem *condonandi* apparet ex locis Prov. XIX, 11. Am. VII, 8. et VIII, 2. Ps. LXXXVIII, 38. ἀνεβάλου τὸν χριστόν σου, ubi fortasse loco ἀνεβάλου scribendum erit ἀπεβάλου. *Bielius* transtulit: *iratus es uncto tuo.*

*ἈΝΑΒΆΠΤΩ, *mergo, immergo,* i. q. simplex βάπτω, nam ἀνὰ in compositis saepe est otiosum. טָבַל, *intingo.* 1 Sam. XIV, 27. ἀνέβαψεν αὐτὸ εἰς τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος, intinxit baculum suum melli isti silvestri. Ita *Compl.* sed reliqui libri ἔβαψεν habent. Deest haec vox in Lexicis.

ἈΝΆΒΑΣΙΣ, *ascensio, ascensus, scala.* *גּוֹלָה, *captivitas.* Esdr. I, 11. sec. *Compl.* ubi ἀνάβασις in notione *reditus* accipiendum erit. - יַעֲלוּ, fut. ab עָלָה, *ascendent.* 1 Reg. VI, 8. ἑλικτὴ ἀνάβασις εἰς τὸ μέσον, per cochleas ascendebatur ad medium. - *מִלְמַעְלָה, *desuper.* Iud. VIII, 13. sec. *Alex. Oxon. Ald.* et *Compl.* ubi loco ἀναβάσεως (ad quam vocem supplendum est ἀπὸ) in *Vatic.* legitur παρατάξεως. Scilicet עָלָה non solum *ascendere,* sed etiam *expeditionem facere* notat. Videntur autem h. l. variae versiones coaluisse. - מְסִלָּה, *via trita.* 1 Par. XXVI, 16. 2 Par. IX, 11. ξύλα τὰ πεύκινα ἀναβάσεις τῷ οἴκῳ, e lignis pineis *scalas* in domo Domini. Psalm. LXXXIII, 5. ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο, perpetuo de *viis* (scil. ad aedem tuam) cogitat. In utroque loco cogitasse videntur de notione *elevandi,* quam סָלַל habet, unde quoque notat *viam lapidibus sternere.* - מַעֲלָה *ascensus,* etiam *reditus.* Esdr. VII, 7. τὴν ἀνάβασιν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος,

reditum e captivitate Babylonica. Am. IX, 6. *οἰκοδομῶν εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν ἀνάβασιν*, qui in coelis *solium* s. *thronum* suum exstruxit. Scilicet *ἀνάβασις* h. l. *thronum* notat, quia ad eum per gradus ascenditur. - מַעֲלָה idem. Num. XXXIV, 4. ubi *ἀνάβασις iuga montium* notat, coll. Ios. X, 10. et XVIII, 17. 2 Sam. XV, 30. *ἀνέβαινε τὴν ἀνάβασιν τοῦ ὄρους*, *ascendebat* montem, coll. 1 Sam. IX, 11. *αὐτῶν ἀναβαινόντων εἰς τὴν ἀνάβασιν τῆς πόλεως*, cum illi *ascenderent* in urbem. - עוֹלָה, *ascensus*, et metonymice: *via, qua ascenditur.* 1 Par. XXVI, 10. - עָלֶה, *folium*, Ez. XLVII, 13. *καὶ ἀνάβασις αὐτῶν εἰς ὑγιείαν*, atque adeo *folia* eorum erunt medicina. Nam ut *ἀναβαίνειν crescere, succrescere* notat, ita quoque *ἀναβάσεις omne quod crescit et propullulat*, adeoque etiam *folia* significare potest. - עֲלִיָּה, *ascensus*, metonymice *via, qua ascenditur.* Neh. III, 31. 32. *ἀνὰ μέσον τῆς ἀναβάσεως τῆς πύλης*. - עֲלוֹת infin. ab עָלָה, *ascendere.* Ios. VI, 15. *ἀνάβασις ὄρθρου* sec. *Ald.* Reliqui libri habent simpliciter *ὄρθρου*. Iud. XI, 13. 15. *ἀνάβασις ἐξ αἰγύπτου*. Ib. XIX, 30. Iud. IV, 5. *διακατασχεῖν τὰς ἀναβάσεις τῆς ὀρεινῆς*, ubi *ἀνάβασις* per metonymiam *viam omnem, per quam ascenditur, seu iter fit*, significat. Sic ib. VII, 1. *loca, quibus ad urbem aditus est, ἀναβάσεις τῆς πόλεως* dicuntur. Sir. XXV, 22. *ὡς ἀνάβασις ἀμμώδης ἐπὶ ποσὶ πρεσβύτου*. *Vulgatus: sicut ascensus arenosus in pedibus veterani.* Eodem modo *διάβασις* apud graecos scriptores *ipsum pontem, ipsas trabes, in quibus transeunt*, omninoque *locum omnem* notat, *qui transitur.* Cf. *Xenoph. Anab. Cyri* III, 4, 14.

'ΑΝΑΒΑΣΤΑ'ΖΩ, *tollo.* הִסִּיעַ Hiph. a נָסַע *recedere facio.* Iud. XVI, 3.

'ΑΝΑΒΑ'ΤΗΣ, *ascensor, eques.* פָּרָשׁ, *eques.* Exod. XIV, 23. 26. 28. XV, 19. *σὺν ἅρμασι καὶ ἀναβάταις*. Ies. XXXVI, 9. *εἰς ἵππον καὶ ἀναβάτην*. - רֹכֵב partic. *equitans.* Ezech. XXXVIII, 15. *ἀναβάται ἵππων*, coll. Hagg. II, 23. Ier. LI, 28. *διασκορπιῶ ἐν σοὶ ἵππον καὶ ἀναβάτην, διασκορπιῶ ἐν σοὶ ἅρματα καὶ ἀναβάτας*, dispergam in te equum et equitem, dispergam in te currus et ascensores. Similis locus est Hagg. II, 23. *καταστρέψω ἅρματα καὶ ἀναβάτας, καταβήσονται ἵπποι καὶ ἀναβάται αὐτῶν*. In utroque loco per *ἀναβάτας* post *ἅρματα*, ut recte monuit *Bielius* s. h. v., sunt iidem intellegendi, qui Graecis alias *παραβάται* vel *παραιβάται* dicebantur, nempe *qui in curribus stantes pugnabant.* Mentio illorum fit apud *Eurip. Supplic.* v. 679. - - *οἱ δ' ἔστρεφον πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις ἐς παραιβάτας*, *alii vero vertebant equos ad pugnam rursus adversus eos, qui e curribus pugnabant.* *Hesych.* *παραιβάται, οἱ ἐπὶ τῶν δίφρων ἑστῶτες μαχόμενοι, οἱ κύριοι τῶν ἁρμάτων*. Vide quoque *Eustath.* ad Il. *ε*, v. 365. et confer *Schefferum* de *re vehiculari vet.* L. II. c. 11. p. 153. *Lampium Exerc. V. in Psalm.* XLV. p. 180. *Wolfium* Diss. de *appa-*

ratu Philistaeorum bellico ad 1 Sam. XIII, 5. pag. 26. sequ. *Wichmannshausen Diss.* de *curribus bellicis in Oriente usitatis* pag. 18. ubi inter alia observatur, quod, qui παραβάτης aliis dicatur, *Platoni* etiam et *Homero* Il. ψ' ἀναβάτης audiat. Et p. 19. ex *Strabonis* Lib. XV. verba haec adducuntur: Δύο δ' εἰσὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι ἀναβάται. – רֶכֶב, *currus*, et metonymice *equi currui iuncti*, fortasse etiam *milites, qui in curribus stantes pugnabant*, de quibus in antecedentibus expositum est. Deut. XX, 1. Ies. XXI, 7. et 9. XXII, 6. Ez. XXXIX, 20. ἐμπλησθήσεσθε ἵππον καὶ ἀναβάτην. In omnibus his locis loco רֶכֶב legisse videntur רֹכֵב *equitans*, quae lectio in *Ez.* loco ideo praeferenda esse videtur, quia non eduntur currus bellici, sed equites una cum equis suis possunt devorari a feris et alitibus. Bene itaque *Hieronymus: satiabimini de equo et equite forti.* – Vox ἀναβάτης occurrit etiam Ex. XV, 4. ubi nihil in textu hebraico ei respondet, ac ἀναβάτας (Codex laudatus a *Montf. Palaeogr.* p. 240. ἐπιβάτας exhibet) est merum glossema ad vocem τριστάτας in margine positum, ut e cap. XIV, 7. luculenter apparet. Confer *Opuscula mea Critica* p. 102. Commemorandus quoque est locus Ies. XXX, 16. ubi verba hebraica: עַל־קַל נִרְכָּב, *super levem*, h. e. celerrimis equis, *equitabimus*, a LXX vertuntur ἐπὶ κούφοις ἀναβάταις ἐσόμεθα, ubi *Grabius* ἀναβάται ex coniectura posuit admodum felici. Postulat enim hanc emendationem partim sensus ac series orationis, inprimis ob sequens ἐσόμεθα, partim lectio reliquorum librorum ἀναβησόμεθα, pro quo etiam φευξόμεθα ponitur. Nec alia est interpretatio, quam *Chaldaeus, Syrus* et *Arabs* dederunt. *Gloss. MS. in Cant. Script.* Ἀναβάτας τοὺς ἐπικαθημένους τοῖς ἵπποις. *Hesych.* Ἀναβάτης, ἵππου ὀχευτής.

'ANABIBÁZΩ, *ascendere facio, educo, perduco.* דָּלָה, *in altum traho et eveho, educo.* Ps. XXIX, 2. *Aqu.* ἀνέσωσας με. al. ἀνεβίβασας. al. ἀνενέωσάς με. Assentior *Kreyssigio*, qui Part. III. *Symbol.* p. 6. ἀνεβίβασάς με, quod hebraico optime respondet, veram ac genuinam lectionem *Aquilae* esse statuit. – *דָּרַךְ, *calco* et *calcare facio. Inc.* Hab. III, 15. Recte. Sermo enim ibi est de Deo, qui equis vehi per mare dicitur. – הוֹרִיד, Hiph. a יָרַד, *descendere facio.* 2 Par. XXIII, 20. ἀνεβίβασε τὸν βασιλέα εἰς οἶκον, *perduxit* regem in domum, sec. *Ald.* In *Alex.* et *Compl.* legitur ἀνεβίβασαν. – הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio.* 2 Sam. II, 8. ἀνεβίβασεν αὐτὸν εἰς Μαναέμ, *perduxerunt* illum Menaem. Ita exhibet hunc locum *Vatic.* Sed loco ἀνεβίβασεν necessario reponendum est διεβίβασεν, quam lectionem, expressam iam in *Complut.*, sequutus quoque est *Iosephus* A. I. VII, 1, 3. Ἀνεβίβασεν enim est hebraicum וַיַּעֲלֵהוּ, non autem וַיַּעֲבִרֵהוּ, quod in textu hebraico h. l. legitur, et cui διεβίβασεν bene respondet. – הֶעֱלָה,

Hiph. et in Kal quoque semel iterumque occurrit. *Aqu.* Iob. XLII, 8. ubi de sacrificiis sermo est, ac *offerre* notat, quia altaria editiora erant. Idem Ps. XLVI, 10. et *Incertus* Ps. CXXXIV, 7. LXX Gen. XXXVII, 27. ἀνεβίβασαν τὸν ἰωσὴφ ἐκ τοῦ λάκκου, *educebant* Iosephum ex fovea. Ibid. XLVI, 4. ἐγὼ ἀναβιβάσω σε, ego *reducam* te. Exod. VIII, 6. ἀνεβιβάσθη ὁ βάτραχος, *propellentur* ranae. Ib. XVII, 3. ἀνεβίβασας ἡμᾶς ἐξ αἰγύπτου, *eduxisti* nos ex Aegypto, coll. XXXII, 4. 8. Ib. XXXII, 6. ἀνεβίβασεν ὁλοκαυτώματα, *offerebat* holocausta. Vide et Num. XXIII, 4. Ios. VIII, 31. *Hesych.* ἀναβιβάζων, ἀναφέρων. Lev. II, 12. ἐπὶ τε θυσιαστήριον οὐκ ἀναβιβασθήσεται, ad altare non *perducetur*. Num. XXII, 41. ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ τὴν στήλην τοῦ Βάαλ, *perducebant* illum ad columnam Baal. Confer Matth. XIII, 47. et quae ad h. l. ex *Herodoto* notat *Raphelius* pag. 164. Iud. II, 1. ἀναβιβάζειν in codd. cum ἀνάγειν permutatur, aeque ac cap. VI, 8. Ier. LI, 27. ἀναβιβάσατε ἐπ' αὐτὴν ἵππον, *adducite* adversus eam equitatum. Thren. II, 10. ἀνεβίβασαν χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν, pulvere in capite *conspersi*. Amos. VIII, 10. ἀναβιβῶ ἐπὶ πᾶσαν ὀσφῦν σάκκον, efficiam, ut omnes vestitu lugubri incedant. – הִרְכִּיב, Hiph. *equitare facio.* Gen. XLI, 43. et 2 Par. XXXV, 24. ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα, currui illum *imponebat.* Ex. IV, 20. ἀνεβίβασεν ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, asinis *imposuit.* 2 Reg. XXIII, 30. cum ἐπιβιβάζειν in codd. permutatur. Ies. LVIII, 14. coll. Deut. XXXII, 13. – קִדֵּשׁ, Pih. *sanctifico.* Ier. LI, 28. ἀναβιβάσατε ἐπ' αὐτὴν ἔθνη. Scilicet קדשׁ h. l. *seligere* notat, et quidem *ad expeditionem bellicam faciendam.* Posuerunt igitur LXX consequens pro antecedente. – Praeterea legitur haec vox Num. XXIII, 28. sec. *Oxon.* ubi τῷ ἀνεβίβασεν αὐτὸν nihil quidem in textu hebr. respondet, nihilominus tamen לָקַח initio commatis h. l. adiunctam habet notionem τοῦ ἀναβιβάζειν, (quemadmodum παραλαμβάνειν Matth. IV, 8. non solum *assumere*, sed etiam *ducere* notat), ut adeo hanc vocem LXX sensus causa non male addiderint.

'ΑΝΑΒΙ'ΩΣΙΣ, *resurrectio, reditus in vitam,* quasi *reviviscentia.* 2 Macc. VII, 9. εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἀναστήσει ἡμᾶς, ubi loco αἰώνιον sine dubio reponendum est αἰωνίου. *Hesych.* Ἀνάβιωσις, ἀνανέωσις ζωῆς. Confer *Suiceri Thesaur. Eccles.* s. h. v.

'ΑΝΑΒΛΑΣΤΕ'Ω, *progermino.* צָמַח, idem. Iob. V, 6. οὐδὲ ἐξ ὀρέων ἀναβλαστήσει πόνος, neque ex montibus *succrescunt* molestiae. Ib. VIII, 19. *Herodot.* V, 4. p. 320.

'ΑΝΑΒΛΕ'ΠΩ, *suspicio, sursum specto, oculos attollo.* אוֹר proprie *illuminor.* 1 Sam. XIV, 27. ἀνέβλεψαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ, ubi pro hebr. וַתָּאֹרְנָה, ut *Masorethae* h. l. reponendum docuerunt, legerunt וַתִּרְאֶנָה, ut recentiores quoque Iudaei,

v. c. *Kimchius* ad h. l., legendum censuerunt. Conf. *Fischeri* Proluss. de *Verss. GG. V. T.* p. 163. sequ. - הִבִּיט Hiph. a נָבַט, *intueor.* Gen. XV, 5. Iob. XXXV, 5. Ies. XLII, 18. *οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν*, ubi *ἀναβλέπειν* videtur esse *visum recuperare*, hoc sensu: *vos, o coeci, visum recuperate, ut videatis.* - נָשָׂא, *elevo, attollo*, sequente nempe עֵינַי. Construitur sic partim cum dativo, v. c. Gen. XIII, 14. XVIII, 2. Zach. V, 5. partim vero cum accusativo, v. c. Ez. VIII, 5. Adde Dan. VIII, 3. sec. *Chis.* - עָרַג, *vociferor.* Ioel I, 20. *κτήνη τοῦ πεδίου ἀνέβλεψαν πρὸς σέ;* ubi *ἀναβλέπειν πρὸς τινὰ*, ut Latinorum *suspicere*, aut *respicere ad aliquem*, est *auxilium alicuius exspectare ac implorare*, i. q. nos *sehnsuchtsvoll zu jemanden aufblicken*, adeoque bene respondet hebraico, quod ex usu l. arab. عرج *circumspicere* ac *desiderio ferri* notat. - פָּנָה, *aspicio, respicio.* Ies. VIII, 21. *ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω.* - *רָזַם, *murmur et fragorem edo, iratus sum*, ut arab. رزم *Inc.* Iob. XV, 12. ubi *ἀναβλέπειν* est *oculis truci supercilio minantibus et quasi fremitum volventibus aspicere ac intueri aliquem. Vulg. et quasi magna cogitans, attonitos habes oculos. Semlerus* coniicit e *Didymo* legendum *ἀντέβλεψαν*, ut *Polychronius ἀντοφθαλμεῖν*. Cf. quoque verba *Didymi* in *Cat. Nic.* p. 288.

'ANA'BΛEΨIΣ, *visus recuperatio.* פְּקַח־קוֹחַ, *apertio carceris*, vel *omnimoda apertio.* Conf. *Hasaei* et *Ikenii Nov. Thes. Theol. Phil.* P. II. p. 5. Ies. LXI, 1. *τυφλοῖς ἀνάβλεψιν.* Ita verterunt, quia antecedens אָסוּר, *vinctus*, per *τυφλὸς*, *quasi vinctus oculis*, transtulerant. Secundum *Cappellum Crit. S.* p. 159. acceperunt pro unica voce a rad. פָּקַח, quae passim adhibetur de *apertione oculorum.* - שְׁמֻרוֹת plur. *vigiliae*, it. *palpebra. Symm.* Psalm. LXXVI, 4. *ἐκώλυον τὰς ἀναβλέψεις οἱ ὀφθαλμοί μου. Hieronymus: prohibebam suspectum oculorum meorum;* unde apparet, male nunc in *Hexaplis* legi *οἱ ὀφθαλμοί μου*, cuius loco scribendum est *τῶν ὀφθαλμῶν μου*, id quod etiam res ipsa postulat. Nam in textu hebraico legitur: *tenuisti vigilias oculorum meorum*, h. e. oculos meos insomnes reddidisti. Versio autem *Symmachi*, uti nunc se habet: *impediebant sursum aspicere oculi mei*, longe alium sensum fundunt.

'ANABΛY'ZΩ, *scaturio, erumpo, ebullio.* נָבַע, *scaturio, ebullio. Aqu. Symm.* Prov. XVIII, 4. *ἀναβλύζων.* - הִבִּיעַ, *scaturire facio, eructo*, metaphorice *copiose effatus sum. Aqu. Theod.* Prov. I, 23. *ἀναβλύσω. Symm.* Ps. LXXVII, 2. *Hesych. ἀναβλύζουσα, ἀναβρύουσα.*

*'ANABΛY'Ω, idem quod antecedens *ἀναβλύζω*. Legitur haec vox nec a *Bielio* nec ab ullo Lexicographo graeco

notata Prov. XV, 2. ubi hebraicum יַבִּיעַ *Aqu.* et *Symm.* ἀναβλύει transtulerunt. Praeterea legitur quoque apud *Polyb.* XXXIV, 9, 7. Caeterum pro βλύζω reperitur etiam βλύω apud Graecos. *Hesych.* ἀναβλύει, ἀναζεῖ, ἀναβρύει.

'*ΑΝΑΒΟΆΩ*, *clamo, exclamo.* הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ, *clango.* Ios. VI, 10. ubi ἀναβοᾷν videtur esse *clamorem bellicum edere*, quod bene convenit voci hebr., quae generatim *intensum sonum* edere notat, sive instrumento musico sive voce. - זָעַק, *clamo.* Ex. II, 24. ἀνεβόησαν, clamabant ad Deum eiusque auxilium implorabant, coll. Neh. IX, 28. Ies. LVII, 13. Ion. I, 5. 1 Sam. IV, 13. ἀνεβόησεν ἡ πόλις φωνὴν μεγάλην, omnes incolae urbis intense clamarunt. Ib. XXVIII, 12. legitur ἀνεβόησε φωνῇ etc. 2 Sam. XXII, 32. Zach. VI, 8. ἀνεβόησε καὶ ἐλάλησε πρός με, λέγων. - זְעַק, *Chald. clamo.* Dan. VI, 32. τῷ δανιὴλ φωνῇ ἰσχυρᾷ ἀνεβόησε, h. e. *acclamavit.* - נָשָׂא, *attollo, levo,* et omissa voce קוֹל *attollo vocem.* Gen. XXVII, 5. - נָשָׂא קוֹל, *attollo vocem.* Gen. XXI, 16. - עָלָה, *ascendo.* 2 Sam. XXIII, 10. ἀνεβόησεν ἀνὴρ ἰσραὴλ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, sec. *Ald.* Sed ibi loco ἀνεβόησεν e reliquis libris reponendum esse ἀνέβησεν, nemo facile inficias ibit. Pro eadem voce legitur quoque Hos. VIII, 9. ubi pro ἀνέβησαν εἰς 'Ασσυρίους, quod reliqui libri omnes habent, solus codex *Barberinus* ἀνεβόησαν exhibet, quae lectio ideo ferri potest, quia עָלָה h. l. *confugere ad aliquem, auxilium alicuius implorare* significat, quam notionem quoque ἀναβοᾷν habet, ut adeo sensum non male expresserint. - *עָנָה, *respondeo.* Dan. VIII, 16. sec. *Chis.* - צָעַק, *clamo.* Gen. XXVII, 34. ubi in codd. cum βοᾷν permutatur. Ex. VIII, 12. ἀνεβόησε πρὸς κύριον περί. Ibid. XIV, 10. 2 Reg. III, 21. ἀνεβόησαν ἐκ παντὸς περιεζωσμένοι: ubi, si lectio Cod. *Vatic.* sana nec reponendum est ἀνέβησαν e reliquis libris, loco περιεζωσμένοι reponendum est περιεζωσμένους. Caeterum ἀναβοᾷν h. l. *conclamare,* h. e. *congregare, colligere* notat. Neh. IX, 27. ἀνεβόησαν πρός σε ἐν καιρῷ θλίψεως. - קָרָא, *voco, clamo.* 1 Sam. XVII, 8. 2 Sam. XVIII, 25. 26. Ies. XXXVI, 13. 2 Macc. XII, 37. τὴν μεθ' ὕμνων κραυγὴν ἀναβοήσας, clamorem cum hymnis *extollens.*

'*ΑΝΑΒΟ'ΛΑΙΟΝ*, *amiculum, pallium.* מַעֲטָפוֹת, plur. *amicula.* *Symm.* Es. III, 22. ἀναβόλαια. *Hieronymus: Mutatoria autem et pallia, quae significantius Symmachus transtulit* ἀναβόλαια, *ornamenta sunt vestium muliebrium, quibus humeri et pectora teguntur.*

'*ΑΝΑΒΟΛΗ'*, *amictus,* et speciatim *pallium, tunica.* - חֹצֶן, *lacertus, ora vestimenti.* Neh. V, 13. τὴν ἀναβολήν μου ἐξετίναξα, *pallium* meum excussi. - כָּנָף, *ala, ora, extremitas,* speciatim *vestis.* Ex. V, 3. συμπεριλήψῃ αὐτοὺς τῇ ἀναβολῇ σου, comprehendas illos *pallio* tuo. Ita *Lucianus*

Timon. T. I. *Opp.* p. 159. σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν, *qui frugalitatem pallio prae se fert*, ut bene interpretatur *Barlaeus*, qui etiam ἀναβολὴν pro *pallio* usurpari docet ἀπὸ τοῦ ἀναβιβλῆσθαι, *quod in utrumque humerum reiiceretur.* - מִפְשָׂעָה, *coxendix.* 1 Par. XIX, 4. ἀφεῖλε τῶν μανδυῶν ἕως τῆς ἀναβολῆς, praecidit tunicas usque ad *amiculum. Lexic. vet.* Ἀναβολὴ, *amiculum, amictus.* Confer *Aeliani V. H.* VII, 9. et *Perizonium* ad eundem p. 489. seq.

'ΑΝΑΒΡΑΖΩ, *bullire facio, vi aestus et agitationis eiicio, exsilire facio, educo.* נָעַר, *excutio. Aqu.* Ex. XIV, 27. ἀνέβρασεν, *vi aestus maris eiecit.* - קִלְקֵל Pih. a קָלַל, *expolio, laevigo.* Ex. XXI, 21. τοῦ ἀναβράσαι ῥάβδον, ut virgam vel sagittam *exsilire faciat:* ubi *Polychronius:* ἀντὶ τοῦ, ῥίψαι βέλη, ταύτῃ γὰρ τῇ λέξει ἐχρήσατο ὁ Ἑβραῖος. De hac ῥαβδομαντείᾳ vide *Grotium* ad h. l. קִלְקֵל h. l. ex usu linguae arab. قلقل notat *commovit, concussit. Lomeiero de lustratt. vett.* pag. 10. seq. ἀναβράσαι respicere videtur agitationem et concussionem sagittarum in urna aut vasculo, unde eximebantur. Nam talis concussio eas quasi calefaciebat. - רָמַם, *vermifico. Inc.* Ex. XVI, 20. ἀνέβρασεν, *produxit* vermes, aut vermes in ea enati sunt. Habet hic ἀναβράζειν eandem significationem, quam ἐκζέω, quod vide infra. Sap. X, 19. ἐκ βάθους ἀβύσσου ἀνέβρασεν αὐτοὺς, ex profundis abyssi *eduxit* eos. Ita *Bielius.* Mallem: *imas profundi scatebras in eos emisit.*

'ΑΝΑΒΡΑΣΣΩ, *ferveo, effervesco, subsilio, exsilio.* מֶרְקָחָה, *conditura, pigmentum*, etiam *olla pigmenti, vas unguentarium. Symm.* Iob XLI, 22. ὡς ἀναβρασσομένην ἄρτυσιν, ut *ebulliens* condimentum. Sec. *Cappellum* in *Crit. S.* p. 836. ed. rec. legit מֶרְתָּחָה a רָתַח *fervere, fervefacere.* Sed admodum erravit *Cappellus. Symmachus* enim non una voce ἀναβρασσομένην expressit hebr. מֶרְקָחָה, sed et altera ἄρτυσιν, et haec quidem praecipua est, notat enim *conditurum, condimentum.* Significatur autem voce hebr. non simpliciter *condimentum* s. *unguentum*, sed *condimentum* et *unguentum in olla* vel *aheno fervens* et *bulliens*, ut eam exposuerunt *Aben-Esra* et alii, quos laudat *Buxtorfius* in *Anti-Critica* pag. 705. *Hieronymus: sicut unguenta, cum bulliunt*, cum quibus h. l. eleganter comparatur ab auctore Iobi *mare aestuans.* - רָקַד, *subsilio.* Nah. III, 2. ἅρματος ἀναβράσσοντος, currus *subsilientis.* Ita *Bielius* transtulit. Sed rectius vertitur *currus ferventis*, ut in *Vulgato* legitur. Fervent enim currus rotae, quando cum impetu feruntur. רָקַד autem de *omni celeri motu* dicitur. Adde *Aristoph. Acharn.* 1004. *Schol.*, *Eustath.* ad *Iliad.* p. 1429, 49.

'ΑΝΑΓΑΓΩ'ΤΕΡΟΝ, insolentius. 2 Macc. XII, 14. *ἀναγαγώτερον ἐχρήσαντο, insolentius agebant.* Est comparativus ab *ἀνάγωγος*, qui ab *Hesychio ὑβριστὴς, superbus, insolens,* explicatur. *Gloss. Vett. Petulantia, ἀναγωγία, προπέτεια.* Confer *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 254. Ita *Bielius.* Sed delendus est hic articulus, nam loco laudato legitur *ἀναγωγότερον*, quod vide infra.

'ΑΝΑΓΓΕ'ΛΛΩ, annuncio, indico, expono, enarro. – אַחֲוָה, *indicatio.* Iob. XIII, 17. *ἀναγγελῶ.* Legerunt fortasse אַחֲוֶה. – *אַחֲוָיַת Chald. *indicatio, interpretatio.* Dan. V, 12. *ἀναγγέλλων κρατούμενα.* Ita transtulit interpres, quia participium praecesserat. – *אֲמַר Chald. *dico, loquor.* Dan. II, 4. *ἀνάγγειλον τὸ ἐνύπνιόν σου* sec. *Chis.* – אָמַר, *dico, loquor.* Gen. XLVIII, 1. Iob. VIII, 10. Ps. CI, 24. – *גּוּר, *peregrinor.* Ies. XXXIII, 14. *ἀναγγελεῖ.* Legerunt יַגִּיד cum *Daleth.* – דִּבֵּר Pih. *edico, alloquor.* Ios. IV, 10. – הִבִּיעַ Hiph. a נָבַע, *eructo, loquor.* Prov. XV, 2. – הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *annuncio, indico.* Gen. III, 11. *τίς ἀνήγγειλέ σοι, ὅτι γυμνὸς εἶ;* quis tibi indicavit, te nudum esse? Gen. IX, 22. sec. *Vat. ἀνήγγειλε,* ubi *Compl.* habet *ἀπήγγειλε.* Eadem varietas lectionis reperitur quoque ib. XXIV, 28. XXXVII, 14. et 1 Sam. XIV, 9. ubi הִגַּדְנוּ legerunt. Dan. II, 2. *τοῦ ἀναγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ τὸ ἐνύπνιον*, ut *exponerent* regi somnium. Dan. IX, 23. *ἐγὼ ἦλθον ἀναγγεῖλαί σοι*, ego veni, ut tibi *interpreter.* – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *pertingere facio.* 1 Sam. XIV, 9. *ἀπόστητε ἐκεῖ, ἕως ἀναγγείλωμεν ὑμῖν.* Libere verterunt hoc sensu: *usquedum redeuntes ad vos nuncium afferamus vobis.* – הוֹדִיעַ Hiph. a יָדַע, *scire facio.* Deut. VIII, 3. XII, 4. 5. – הוֹדַע, *Chald.* Aphel. idem. Dan. II, 9. *ἐὰν δὲ τὸ ἐνύπνιον μὴ ἀναγγείλητέ μοι,* quod si somnium mihi non *indicaveritis.* Ib. v. 25. *ὅστις τὸ σύγκριμα τῷ βασιλεῖ ἀναγγελεῖ,* qui posset somnii *interpretationem dare.* Ibid. v. 26. – הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Deut. XXIX, 8. Iob. XXVII, 11. Ies. II, 3. et XXVIII, 9. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב *redire facio,* item *respondeo.* Deut. I, 22. *ἀναγγειλάτωσαν ἡμῖν ἀπόκρισιν, reddant* nobis responsionem. – הֵשִׁיב דָּבָר, *redire facio verbum,* h. e. *respondeo.* Gen. XXXVII, 13. – הִשְׁמִיעַ Hiph. *audire facio* a שָׁמַע. Ies. XLIII, 9. Ier. IV, 16. XLVI, 14. XLVIII, 4. Am. III, 9. IV, 5. – הַשְׁמָעוּת, *auditio.* Ez. XXIV, 26. – חִוָּה Pih. *indico.* Iob. XV, 17. XXXII, 6. 10. Ps. XVIII, 2. *νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν,* quaelibet nox hanc Dei notitiam loquitur. – חַוֵּי: הַחֲוִי *Chald.* Pah. et Aphel. Dan. II, 4. 9. 24. 27. III, 33. V, 13. 16. – *חָזָה, *video.* Ies. XXX, 10. *ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν,* ubi vulgo putant eos loco חָזָה legisse חִוָּה, sed mihi secus videtur. Potius חָזָה *videre* seu *visione edoceri* est h. l. i. q. נִבָּא et דִּבֵּר, ut series orationis docet. – *חָיָה, *vivo.* Ies. XXXVIII, 16. *περὶ αὐτῆς ἀνηγγέλη σοι.* Forte scripserunt *ἀναγ-*

γέλοῦσι, de hac re narrabunt, gloriam tuam pervulgando et celebrando. Quidquid statuatur, tamen hoc certum est, eos חָיָה et חָזָה h. l. permutasse. - יָעַץ, *consulo, oraculis edoceo.* Ies. XLI, 28. ἀπὸ τῶν εἰδώλων αὐτῶν οὐκ ἦν ὁ ἀναγγέλλων, nullum idolorum ipsorum illis *responsa dat.* - מִלֵּל Pihel, *dico.* Gen. XXI, 7. - *נֶעֱצַב Niph. ab עָצַב, *dolore afficior. Inc.* 1 Sam. XX, 3. ὅπως μὴ ἀναγγείλῃ τῷ Δαυίδ. Non aliam lectionem, sed sensum sequutus est, ac paulo liberius vertit. - סִפֵּר Pih. *narro. Aqu.* Psalm. II, 7. LXX Iob. XV, 17. Ies. LII, 15. Ier. LI, 10. ἀναγγείλωμεν εἰς σιὼν τὰ ἔργα κ. τ. λ. *celebremus* Sione, quae Iova Deus noster fecit. - עָלָה, *ascendo.* Ies. LIII, 2. ἀνηγγείλαμεν ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ. Corruptam hanc lectionem secuti sunt Patres, qui dicuntur, latini. *Lud. Cappellus* in *notis criticis in V. T.* p. 22. suspicatur, LXX vel legisse in suis codd. וְנִגַּל pro וַיַּעַל, h. e. *revelavimus*, vel eos scripsisse ἀνετείλατο iuxta hebr., quod postea mutatum sit in ἀνετείλαμεν calami seu librarii lapsu, unde postea rursus factum sit ἀνηγγείλαμεν. Sed verum vidit *Segaar* in *animadverss. ad Danielem e cod. Chisiano* pag. 29. qui recte statuit, LXX scripsisse ἀνέτειλε μὲν, unde facile ἀνετείλαμεν, et quoque ἀνηγγείλαμεν oriri potuit. *Semlerus* coniicit, olim in LXX lectum fuisse ἀνέβησεν μὲν, quam lectionem sequitur quoque *Eusebius. Vriemoet* denique in Obss. ad *Dicta classica V. T.* P. II. p. 102. statuit, LXX respexisse ad usum illum v. עָלָה, quo occurrit de *hominibus, qui re prospera crescunt et maxime florent.* Ita quoque *Ionathan.* - צָמַח, *germino.* Ies. XLII, 9. πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη ὑμῖν. Ita *Vatic.* ac *Rupefucaldinus.* Sed hic quoque loco ἀναγγεῖλαι reponendum erit ἀνατεῖλαι, quod *Alex.* dedit, ac apud *Symm.* legitur. Confer *Grabii Diss.* de *vitiis LXX Intt.* etc. p. 58. - קָרָא, *voco,* item *lego.* Ier. XXXVI, 18. ἀπὸ στόματος αὐτοῦ ἀνήγγειλέ μοι, ex ore eius annunciavit mihi. Qui nempe alicui praelegit aliquid, is eum certiorem facit de aliqua re. - רָאָה, *video.* Ies. XXX, 10. μὴ ἀναγγέλλετε ἡμῖν, nolite *vaticinari* aut *edere oracula* nobis. Est enim רָאָה aeque ac חָזָה verbum de prophetis edentibus oracula, quae visione acceperant, proprium. Sir. XIX, 26. βῆμα ἀνθρώπου ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ, *e gressu seu incessu hominis animi eius indoles diiudicari potest. Hesych.* Ἀναγγέλλει, κηρύσσει, λέγει.

'ΑΝΑΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *lego.* גָּלָה, *revelo.* Ier. XXXII, 11. ἔλαβε τὸ βιβλίον τῆς κτήσεως τὸ ἀνεγνωσμένον. Vitiosum et corruptum h. l. esse vocabulum ἀνεγνωσμένον eiusque loco ἀνεῳγμένον rescribendum esse, ut magis respondeat hebr. הַגָּלוּי, ingeniose iudicavit *Cappellus* in *notis criticis* ad h. l. quem secutus quoque est *Semlerus* in *Epistola critica* p. 58. Non tamen animadvertit, LXX sensum h. l. liberius quidem

nec tamen male expressisse. Exemplum enim instrumenti apertum legere ac emtionis conditiones cognoscere cupientibus destinatum erat, et τὸ ἀνεγνωσμένον h. l. non tam significat, *quod legitur* sive *legebatur*, quam, *quod legi et inspici poterat*. Confirmatur praeterea lectio recepta *Vers. Arab.* et *Cod. Syr. Hex.* Confer etiam v. 14. – *מִסְפָּר, *numerus*. Iob. XXXI, 36. ubi *Trommio* legisse videntur מְסַפֵּר part. Pih. Sed nihil certi de hoc loco, ubi omnia sunt confusa, statui potest. – קִטֵּר Pih. *adoleo*. Am. IV, 5. ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον. Legisse videntur וְקָרְאוּ loco וְקַטֵּר *et adole*. – קָרָא, *voco*, item *lego*. *Theod.* Ier. II, 1. LXX Ex. XXIV, 7. ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ, coll. Ios. VIII, 35. pro quo etiam ἐν ὠσὶ legitur 2 Reg. XXIII, 2. 2 Paral. XXXIV, 30. Ier. XXXVI, 6. Cum accusativo construitur Deut. XXXI, 11. Ier. LI, 61. 63. et cum praepositione ἐν Deut. XVII, 19. Neh. VIII, 5. ac Ier. XXXVI, 14. – *קְרָא Chald. idem. Esdr. IV, 23. Dan. V, 7. 8. 16. 18. etc. *Orat. Manass.* v. 11. ἡμάρτηκα, κύριε, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἀναγινώσκω, peccavi, o Deus, et peccata mea *confiteor*. *Hesych.* ἀναγινώσκω, ἀναγνωρίζω.

'ΑΝΑΓΚΑ'ΖΩ, *cogo*. *קִדֵּשׁ, *sanctifico*. 1 Sam. VII, 1. τὸν 'Ελεάζαρ ἠνάγκασαν φυλάσσειν τὴν κιβωτὸν διαθήκης κυρίου. Quod si lectio ἠνάγκασαν, quam solus codex *Alex.* exhibet, est vera, nec reponendum ἡγίασαν, quod reliqui libri habent, auctor huius versionis e coniectura ita transtulit, nam periculosum erat asservare ac custodire arcam foederis, ut ex historia sacra V. T. satis constat. Adde Iudith. VIII, 26. 3 Esdr. IV, 23. 1 Macc. II, 25.

'ΑΝΑΓΚΑ'ΖΩΝ, *cogens*, *coactor*. שֹׁטֵר, *moderator*, *praefectus*. Prov. VI, 7. μηδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων. *Aqu.* et *Theod.* habent ἐκβιαστήν. Vtraque appellatio non male *magistratibus* convenit, etsi etiam *praeceptori* cuivis possit competere, unde et *Hieron.* *praeceptorem* reddidit.

'ΑΝΑΓΚΑΙ~ΟΣ, *necessarius*. Sap. XVI, 3. ἀναγκαία ὄρεξις, necessaria concupiscentia, h. e. cibus concupitus et necessarius. 2 Macc. IV, 23. et IX, 21. ἀναγκαῖον ἡγησάμην, necessarium duxi.

'ΑΝΑΓΚΑΙΟ'ΤΑΤΟΣ, *summe necessarius*. *Prolog. Sirac.* ἀναγκαιότατον ἐθέμην, admodum necessarium esse duxi.

'ΑΝΑΓΚΑΣΜΟ'Σ, *coactio*. גָּזֵל, *rapina*. *Inc.* Lev. VI, 2. *Vulg.* bene: *vel vi aliquid extorserit*.

'ΑΝΑ'ΓΚΗ, *necessitas*, *angustia*, *afflictio*, *calamitas*, *coactio*, *vinculum*. זְוָעָה, *commotio*, *inquieta divagatio*. Ier. XV, 4. παραδώσω αὐτοὺς εἰς ἀνάγκας κ. τ. λ. efficiam, ut ab aliis gentibus affligantur. Libere verterunt, aut tribuerunt voci זוע notionem *vexandi*, quam Hab. II, 7. habere nonnullis videtur. – יַד עָמֵל, *manus molesti*. Iob. XX, 22. πᾶσα

δὲ ἀνάγκη ἐπ' αὐτὸν ἐπελεύσεται. Loco עָמָל legit sine dubio עָמָל, quod *molestiam*, *aerumnam*, *miseriam* notat. - לַעֲנָה, *absinthium*. Ier. IX, 14. ἐγὼ ψωμίζω αὐτοὺς ἀνάγκας, ego cibabo eos angustiis. Scilicet *absinthium* haud raro metaphorice *poenas* ac *supplicia* notat. Conf. *Glassii Philol. S.* pag. 1108. ed. rec. - מֵצִיק *angustia, miseria, calamitas.* Ps. CXVIII, 142. θλίψεις καὶ ἀνάγκαι εὕρεσάν με. - מְצוּקָה idem. Ps. XXIV, 18. CVI, 6. 13. 28. Soph. I, 16. ἡμέρα θλίψεως καὶ ἀνάγκης, dies afflictionis ac summae miseriae. - צַר, *angustia.* Iob. VII, 11. λαλήσω ἐν ἀνάγκῃ ὢν τοῦ πνεύματός μου, loquar in angustia animi mei. Ib. XV, 24. ἀνάγκη δὲ καὶ θλίψις αὐτὸν καθέξει. Ib. XXXVI, 19. - צָרָה, idem. Iob. V, 19. XXVII, 9. ἐπελθούσης αὐτῷ ἀνάγκης, cum venerit super eum angustia. Ps. XXX, 9. Prov. XVII, 18. - *קָשָׁה, *durus.* Iob. XXX, 25. Confer supra s. v. ἀδύνατος. Ep. Ier. v. 32. ἐν ἀνάγκῃ ἄνθρωπον ὄντα, hominem in angustia constitutum. Cf. *Drusii Quaestt. Hebr.* lib. III. qu. 78. ac *Lex. N. T.* s. h. v. Sap. XVII, 17. et XIX, 4. εἷλκε γὰρ αὐτοὺς ἡ ἀξία ἐπὶ τοῦτο τὸ πέρας ἀνάγκη, traxit enim eos ad eiusmodi interitum *inevitabile*, quo se dignos reddiderant, *fatum.* Lat. *dura necessitas. Trahunt sua quemque fata.* 2 Macc. VI, 7. ἤγοντο δὲ μετὰ πικρᾶς ἀνάγκης, ducebantur autem cum acerba *vi.* 2 Macc. XV, 2. τῶν δὲ κατ' ἀνάγκην συνεπομένων αὐτῷ, cum autem illi *vi* coacti eum sequerentur. 3 Macc. IV, 9. κατήχθησαν δὲ θηρίων τρόπον ἀγόμενοι σιδηροδέσμοις ἀνάγκαις, deducebantur autem ferarum ad instar abrepti ferreis *vinculis.* Inde ἀναγκαῖον aliquando idem ac δεσμωτήριον. Vide *Hesychium* ac *Harpocrationem* s. v. ἀναγκαῖον. 4 Macc. V, 37. ἀνάγκαι, *tormenta.* Ibid. V, 19. Caeterum de huius vocabuli vi vid. *Dorville* ad *Chariton. Aphr.* lib. VIII. c. 2. ed. *Beckii* et *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΝΗ'Ρ 'ΕΝ 'ΑΝΑ'ΓΚΑΙΣ, scil. ὤν, *vir qui est in angustiis, admodum afflictus, miser.* אֶבְיוֹן, *egenus, miser, afflictus.* Iob. XXX, 25. ἐστέναξα ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις (scil. ὄντα. Cf. Iob. XXXVI, 19.), ingemiscebam videns hominem, qui erat in angustiis.

'ΕΝ 'ΑΝΑ'ΓΚΑΙΣ 'ΩΝ, *in necessitate existens*, aut *in angustiis constitutus.* אִישׁ מָצוֹק, *vir angustiae* seu *angustiatus.* 1 Sam. XXII, 2.

'ΑΝΑ'ΓΚΗ "ΕΧΕΙ, *dura ac fatalis necessitas tenet aliquem.* הִצְעִיד Hiph. *incedere facio, adigo.* Iob. XVIII, 15. σχοίη δὲ αὐτὸν ἀνάγκη αἰτίᾳ βασιλικῇ. Ita *Bielius Trommium* secutus. Sed uterque erravit, ex mea certe sententia. Pertinet potius haec formula ad hebr. בַּלָּהוֹת *terrores*, et ἀνάγκη h. l. de *fatali moriendi necessitate* secundum seriem orationis explicandum erit.

'ΑΝΑΓΛΥΦΑ, sculpturae. Graeci appellant ita scyphos ac pocula variis imaginibus ac signis, seu prominentibus caelaturis aspera. פְּטוּרִים, *aperturae. Symm.* 1 Reg. VI, 18. פְּטוּרֵי צִצִּים *aperturae florum* sunt *flores primum se aperientes.* Ita *Bielius.* Sed dubito, an recte. Mihi enim vox ἀνάγλυφα potius ad מִקְלַעַת *sculptura* referenda videtur.

'ΑΝΑΓΝΕΙ'Α, impuritas, impietas, scelus. 2 Macc. IV, 13. διὰ τοῦ ἀσεβοῦς - - ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν, propter impii summam flagitiositatem et impietatem. Adiectivum ἄναγνος legitur apud *Aeschyl. Choeph.* 986. et *Lycophr. Alex.* 162.

'ΑΝΑΓΝΩΡΙ'ΖΟΜΑΙ, notus fio, agnoscor. הִתְוַדַּע Hitph. a יָדַע, *notum facio me ipsum, agnoscendum me praebeo.* Gen. XLV, 1. ἡνίκα ἀνεγνωρίζετο τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, cum se fratribus suis *notum faceret.*

**'ΑΝΑΓΝΩΣΙ'Α.* Legitur haec vox a *Bielio* omissa Iob. XXXV, 16. sec. *Ald.* sed ibi loco ἐν ἀναγνωσίᾳ sine dubio reponendum est ἐν ἀγνωσίᾳ, quod reliqui libri habent.

'ΑΝΑ'ΓΝΩΣΙΣ, lectio, praelectio. מִקְרָא idem. Neh. VIII, 10. (8.). 3 Esdr. IX, 48. ubi notat *id quod praelegitur.*

'ΑΝΑΓΝΩ'ΣΤΗΣ, lector, praelector. 3 Esdr. VIII, 9. 10. 21. ἀναγνώστης τοῦ νόμου, hebr. סֹפֵר. Esdr. VII, 11. 12. 21. Ib. IX, 39. 42.

**'ΑΝΑΓΟΥΓΑΥ'Α.* הֵנַע וְעִוָּה. Ies. XXXVII, 13. Cave putes, LXX has voces hebraicas perperam iunxisse, nam, ut recte monuit *Doederleinius*, vera lectio sine dubio est Ἄνα καὶ Γαυὰ, quae non tantum textui hebraico conformis, sed et in Cod. *Norimbergensi* ac editt. antiquis, v. c. *Ald. Münsteri*, ac versione *Arabica* e graeco facta conservata est.

'ΑΝΑΓΡΑΦΗ', rescriptio, perscriptio, scripta relatio. 2 Macc. II, 13. ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, ubi ἀναγραφαὶ opponuntur τοῖς ὑπομνηματισμοῖς, *commentariis publicis.* Sunt ergo *scriptae relationes privatae.* Adde *Polyb.* XII, 11, 4.

'ΑΝΑΓΡΑ'ΦΩ, perscribo, in acta refero, literis consigno. סִפֵּר *scribo, enarro.* Ps. XXI, 31. ubi τῷ יְסֻפַּר *narrabitur* in *Symm.* reliquiis respondent verba: ἀναγραφήσεται ἐν βιβλίῳ. 2 Macc. IV, 19. τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. *Polyb.* XII, 11, 5. De *inscriptione sepulcrali* usurpatum legitur 4 Macc. XVII, 8.

'ΑΝΑ'ΓΩ, sursum duco, eveho, elevo, sustollo, educo, reduco, offero, duco, et *'ΑΝΑ'ΓΟΜΑΙ, proficiscor, deferor.* - גֵּרָה *rumino,* quasi *cibum retraho,* ex usu l. arab. جَرَّ et Syr. ܓܪ *attraxit, retraxit.* Lev. XI, 7. οὐκ ἀνάγει μηρυκισμόν. - הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio.* Gen. XXXII, 34. et 37. ubi cum ἄγειν in codd. permutatur. Num. XX, 4.

2 Reg. X, 26. et XXIII, 8. ubi pro *ἀνάγειν* in aliis libris *ἀναφέρειν*, in aliis vero *ἐξάγειν* legitur. Ez. XXXII, 9. - *הִגִּיד Hiph. a נָגַד *annuntio. Inc.* Ex. XVI, 2. ubi vox *ἀνήγαγον* nonnullis in *ἀνήγγειλαν* mutanda videtur, qua tamen coniectura non opus est, modo *ἀνάγειν* in notione *deferendi* accipiatur. - הוֹבִיל Hiph. a יָבַל *affero.* Ier. XXXI, 9. *ἐν παρακλήσει ἀνάξω αὐτούς*: ubi *ἀνάγειν* rectius per *reducere* vertitur. - הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *educo.* 2 Par. VI, 5. Ier. VII, 21. - הֶעֱלָה Hiph. *sursum veho*, etiam *educo.* Gen. L, 24. Exod. X, 14. ubi tamen activo עָלָה respondet, quod huius versionis auctor in notione hiphilica accepit. Lev. XI, 3. 4. 5. 6. *ἀνάγειν μηρυκισμόν.* Iud. II, 1, cum *ἀναβιβάζειν* in codd. permutatur, coll. VI, 8. 1 Reg. III, 15. *ἀνήγαγεν ὁλοκαυτώσεις*, *obtulit* holocausta. Confer *Elsnerum* ad Act. VII, 41. p. 393. ac *Raphelii annotationes* ex *Herodoto* ad eundem locum pag. 348. 1 Sam. II, 6. *κατάγει εἰς ᾅδου καὶ ἀνάγει*, ducit in infernum et *reducit.* 2 Reg. II, 1. *ἐν τῷ ἀνάγειν κύριον ἐν συσσεισμῷ τὸν Ἠλιοῦ ὡς εἰς οὐρανόν*, cum *elevaret* Dominus in turbine Eliam usque in coelum. 2 Paral. VIII, 8. *ἀνήγαγεν αὐτοὺς εἰς φόρον*, *fecit* illos tributarios. Ps. XXIX, 3. *ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου*, *eduxisti* ex inferno animam meam. Vide et Ps. XXXIX, 2. LXX, 22. Ps. CI, 25. *μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν*, ne *auferas* me in dimidio dierum; ubi nonnullis translatio desumta esse videtur a piscibus, qui hamo ex aqua extrahuntur et tolluntur, coll. Ez. XXXII, 1. ac Coh. IX, 12. Ps. CXXXIV, 7. *ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς*, qui *sustollit* nubes ex extremo terrae, coll. Ier. LI, 16. Ier. XXX, 17. *ἀνάγειν obducere, inducere* notat. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio.* Gen. XLII, 37. Ier. XXXIV, 12. - יָגַע *laboro*, in Pihel *defatigo.* Ios. VII, 13. *μὴ ἀναγάγῃς ἐκεῖ τὸν λαὸν ἅπαντα*, ne educas omnem populum, scil. ad hanc expeditionem suscipiendam: ubi sensum expresserunt, nam in textu hebraico legitur: ne fatiges omnem populum, sc. in hac expeditione suscipienda. In nonnullis libris h. l. pro *ἀνάγειν* legitur *ἐξάγειν*, sensu minime diverso. - נָהַג *duco, deduco.* Ps. LXXVII, 57. *ἀνήγαγεν αὐτοὺς ὡσεὶ ποίμνιον ἐν ἐρήμῳ*, duxit illos tanquam gregem in deserto. *Hesych.* Ἀνάγεται, ὁδηγεῖται. Sap. VI, 20. *ἐπιθυμία σοφίας ἀνάγει ἐπὶ βασιλείαν*, concupiscentia sapientiae ad summum honoris ac felicitatis gradum *perducit.* Ib. XVI, 13. *κατάγεις εἰς πύλας ᾅδου καὶ ἀνάγεις.* 2 Macc. V, 9. *πρὸς Λακεδαιμονίους ἀναχθείς*, ad Lacedaemonios *profectus.* Sic apud *Ael.* V. H. I, 15. *εἰς Λιβύην ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀνάγεσθαι*, e Sicilia proficisci in Libyam. 2 Macc. VI, 10. *δύο γυναῖκες ἀνήχθησαν περιτετμηκυῖαι τὰ τέκνα αὐτῶν*, duae mulieres *delatae sunt*, quod liberos suos circumciderint.

'ΑΝΑΓΩΓΟ'Σ, *dissolutus, remissus, qui est sine disciplina, petulans, protervus.* Hesych. 'Ἀναγωγὸς, ὑβριστὴς, ὁ μὴ τῆς δεούσης ἀγωγῆς τετυχηκώς. Idem: 'Ἀναγωγοὺς, ἐκλελυμένους, h. e. iuxta *Guietum: male educatos. Gloss. Vett. Petulantia, ἀναγωγία, προπέτεια.* Hinc

'ΑΝΑΓΩΓΟ'ΤΕΡΟΝ, *petulantius, protervius, remissius.* 2 Macc. XII, 14. οἱ δὲ ἔνδον ἀναγωγότερον ἐχρῶντο, qui vero intus erant, petulantius vel protervius agebant. Ita *Bielius.* Mallem vertere: *contumacius,* nempe freti munitione urbis, quanquam ob sequentia etiam prior interpretatio locum habere potest. Sequitur enim: τὸν ἰούδαν λοιδοροῦντες, καὶ προσέτι βλασφημοῦντες, καὶ λαλοῦντες, ἃ μὴ θέμις. *Suidas:* ἀναγαγώτερον, ἁμαρτητικώτερον, ἀτακτότερον.

'ΑΝΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, *ostendo, designo, creo.* *הוֹדִיעַ, *notum facio. Inc.* et *LXX* Hab. III, 2. Scilicet verba ἐν τῷ παρεῖναι καιρὸν ἀναδειχθήσῃ non pertinent ad בְּרֹגֶז רַחֵם תִּזְכּוֹר, *in ira misericordiae recordaberis,* ut *Montf.* existimasse videtur, sed ad antecedens בְּקֶרֶב שָׁנִים תּוֹדִיעַ, *in medio annorum notum fac,* ut adeo duae versiones coaluerint. Sic omnia bene invicem cohaerent. – *לָכַד, *capio, deprehendo.* Niph. נִלְכַּד, *deprehendor in delicto.* Ios. VII, 16. ἀνεδείχθη ἡ φυλὴ ἰούδα, ubi aeque ac v. 17 et 18. ἀναδείκνυμι est *denuntio, defero.* – *מָנָה, *definio, assigno, praeficio, constituo.* Dan. I, 11. sec. *Chis.* τῷ ἀναδειχθέντι ἀρχιευνούχῳ, ubi *Theod.* καθίστημι habet. 3 Esdr. I, 34. ἀνέδειξαν βασιλέα ἀντὶ ἰωσίου, loco Iosiae *crearunt* regem, ubi in textu hebr. 2 Chron. XXXVI, 1. est יַמְלִיכוּ, et ibid. v. 43. hebr. v. 9. הוֹלִיכוּ בְּמַלְכוֹ. Ib. II, 3. et VIII, 23. ubi Esdr. VII, 25. est Chald. מַנִּי, *praefice,* quod LXX verterunt κατάστησον. 2 Macc. II, 8. IX, 15. ηὔχετο – τὴν ἁγίαν πόλιν – ἐλευθέραν ἀναδεῖξαι, h. e. ποιῆσαι, spondebat se civitatem sacram (quam solo aequare paraverat) liberam *reddituram* esse: quae sunt ipsa verba *Vulgati.* Ib. v. 23. ἀνέδειξε τὸν διαδεξάμενον, successorem *constituit.* 3 Macc. II, 14. templum dicitur ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ἀναδεδειγμένος τῷ ὀνόματι τῆς δόξης σου ἅγιος τόπος, ubi ἀναδεδειγμένος vel per *dictus,* vel per *consecratus* reddi potest. 2 Macc. X, 11. ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων Λυσίαν, rebus *praefecit* Lysiam.

'ΑΝΑ'ΔΕΙΞΙΣ, *ostensio, demonstratio, designatio.* Sir. XLIII, 7. ubi luna dicitur ἀνάδειξις χρόνου, *ostensio temporis,* ut *Vulgatus* transtulit, h. e. *indicium temporum.*

'ΑΝΑΔΕΝΔΡΑ'Σ, *arbustum,* item *vitis arbustiva,* h. e. *sursum scandens in arborem.* – עָנָף, *ramus.* Ps. LXXIX, 11. αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς. – פּוֹרָה, *ramus.* Ez. XVII, 6. ἐξέτεινε τὴν ἀναδενδράδα αὐτῆς.

'ΑΝΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ, *suscipio, recipio, excipio,* item *suscipio* aut *recipio in me,* h. e. *polliceor, me praestiturum.* *עַל, *super.* Ps. LV, 13. ubi עָלַי, quod in hac orationis

serie notat: *mihi incumbit officium,* seu *meum est*, sc. solvere vota mea, *Symmachus* exprimere voluit voce ἀναδέχομαι, h. e. *recipio* aut *suscipio in me vota mea.* – *עָרַב, *spondeo. Symm.* Ps. CXVIII, 122. Ἀναδέχομαι ibi est *suscipio, recipio in fidem meam.* 2 Macc. VI, 19. τὸν μετὰ μύσους βίον ἀναδεξάμενος, vitam cum odio coniunctam *eligens.* Ib. VIII, 36. ὁ τοῖς Ῥωμαίοις ἀναδεξάμενος φόρον, qui Romanis *promiserat* tributum. *Phav.* ἀναδέχομαι, τὸ ἐπ' ἐμοὶ δέχομαι.

'ΑΝΑΔΙ'ΔΩΜΙ, *reddo, rependo,* etiam *emitto, produco,* ac intransitive, *enascor, orior, repullulo, regermino.* Sir. I, 21. ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνη, tandem ipsi repullulabit, h. e. quasi de terra exorietur et germinabit, laetitia, ubi ἀναδίδωμι est i. q. ἀναβλαστάνω, vel ἀναθάλλω v. 18. *Vulgatus* habet *redditio*, ut adeo ἀνάδοσις legisse videatur. *Phav.* ἀναδίδωμι, ἀνίσχω, ἀναβλαστάνω, ἀνίημι, ἐκφύω, καὶ ἀναδίδωσιν, ἀντὶ τοῦ ἀναβλαστάνει, ἀναπέμπει.

'ΑΝΑ'ΔΥΣΙΣ, *emersio,* v. c. ex aqua. Sap. XIX, 7. ξηρᾶς ἀνάδυσις γῆς ἐθεωρήθη, aridae emersio terrae conspecta est.

'ΑΝΑΔΥ'Ω et 'ΑΝΑΔΥ'ΟΜΑΙ, *emergo, prodeo,* etiam *retrocedo, pedem refero, secedo.* *בּוֹא, *venio. Inc.* Hab. III, 16. ἀνέδυ τρόμος εἰς τὰ ὀστᾶ μου, *subiit* tremor in ossa mea: ubi pro ἀνέδυ LXX habent εἰσῆλθε. – *שָׁקַע, *submergor.* Ier. LI, (XXVIII,) 59. (seu 64.) ubi pro תִּשְׁקַע בָּבֶל, *Babylon in profunda descendet* sive *demergetur,* in libris nonnullis, nescio quibus, legitur ἀναδύσεται βαβυλὼν, *emerget* sive ex alia h. v. significatione *recedet Babylon. Kreyssigius* in *Symbolis* P. III. p. 4. pro ἀναδύσεται auctoritate *Vatic.* et *Alex.* scribendum iudicat καταδύσεται, id quod etiam declarat corrupta *Ald.* lectio καταλύσεται, in qua pariter, atque Ier. XLV, (hebr. XXXVIII,) 22. (ubi pro καταλύσουσι in versionis Alexandrinae textu καταδύσουσι reponi oportere, *Bosius* in *Prolegg.* ad *vers. Alex.* cap. III. verissime existimavit,) literas *Δ* et *Λ* librariorum negligentia esse permutatas, statim in oculos incurrit. Conf. *Trilleri Obss. critt.* in *varr. grr.* et *latt. auctores* p. 336 sequ. atque *Piersoni Verisimilia* p. 251 sequ. qui plura dabunt huius erroris exempla. *Hesych.* Ἀναδύομαι, φεύγω, ἀνανεύω, ὑποχωρῶ.

'ΑΝΑΖΕΥ'ΓΝΥΜΙ, *moveo, removeo, cedo, recedo, revertor, castra moveo, proficiscor,* ut metaphora sumta sit ab equis, qui, quando iter paratur, currui iungi solent. נָסַע, *proficiscor.* Ex. XIV, 15. ἀναζευξάτωσαν, proficiscantur, seu castra moveant. Ibid. XIV, 33. 37. Adde *Inc.* Num. II, 9. 16. 33. Iudith. VII, 1. 6. αὐτὸς ἀνέζευξεν εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ipse *rediit* in patriam suam, coll. XVI, 19. ἀνέζευξεν ἕκαστος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, *revertebatur* unusquisque domum suam. 3 Esdr. II, 30. respondet chald. אֲזַל, *abiit,* Esdr. IV, 23. Ib. VIII, 62. ἀναζεύξαντες ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, ubi *Syrus*

habet: ܐܬܦܢܝ, a ܦܢܐ, *profectus est, migravit.* Matth. XIX, 1. 1 Macc. XII, 32. ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς Δαμασκὸν, *revertens veniebat* Damascum. *Hesych.* ἀναζεύξας, ὑποστρέψας, ἐκ μεταφορᾶς ἁρμάτων. 2 Macc. V, 11. 4 Macc. IV, 22. ἐπ' αὐτοὺς ἀνέζευξεν, contra eos *expeditionem suscepit.* Adde *Xenoph. Hist. Gr.* III, 1. 8. ἀναζευγνύναι στόλον, *iter parare,* et *Cyrop.* VIII, 5, 1. οὕτω δὴ ἀνεζεύγνυε. *Philostrat.* de *Vit. Soph.* lib. I. p. 514.

'ΑΝΑΖΕ'Ω, *ferveo, ebullio.* הִרְתִּיחַ Hithp. a רָתַח, *fervefacio, ebullire facio.* Iob. XLI, 23. ἀναζεῖ τὴν ἄβυσσον, ὥσπερ χαλκεῖον, *effervescere facit* profundum, sicuti ollam. 'Αναζεῖ enim h. l. habere notionem hiphilicam dubio caret. *Aqu.* habet καγχλάζει. - פָּרַח, *effloreo.* Ex. IX, 9. φλυκτίδες ἀναζέουσαι, pustulae *efflorescentes.* 2 Macc. IX, 9. ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ σκώληκας ἀναζεῖν, ita ut etiam ex corpore eius vermes *scaturirent* aut *enascerentur.*

'ΑΝΑΖΗΤΕ'Ω, *requiro, inquiro, studiose quaero.* - בִּקֵּשׁ Pih. Iob. X, 6. ὅτι ἀνεζήτησας τὴν ἀνομίαν μου, ut *inquiras* (h. e. *punias*) in meam iniquitatem. - דָּרַשׁ, *quaero, requiro.* Iob. III, 4. μὴ ἀναζητήσαι αὐτὴν ὁ κύριος ἄνωθεν, non *curet* eam Deus desuper. 2 Reg. I, 2. ubi ἀναζητεῖν *Symmachi* aeque ac ἐπιζητεῖν apud LXX est *consulere,* et speciatim de oraculis adhibetur. *Compl.* habet ibi ἐπερωτῆσαι, et *Symmachus* ex altera, ut videtur, editione πυθέσθαι. 2 Macc. XIII, 21. ἀνεζητήθη δὲ καὶ κατελείφθη, *requisitus* seu *studiose quaesitus est* autem, et comprehensus.

'ΑΝΑΖΥΓΗ', *expeditio, iter, castrorum motio.* מַסָּע, *profectio.* Ex. XL, 35. ἐν πάσαις ταῖς ἀναζυγαῖς αὐτῶν, in omnibus *itineribus* eorum. *Gloss.* in *Octat.* 'Αναζυγαῖς, ἀναλύσεσιν, ἐπαναστροφαῖς. *Suid.* ἀναζυγαῖς, ἀναστροφαῖς, στρατοπεδείαις. *Hesych.* ἀναζυγαὶ, ἀναλύσεις, ἀναστροφαί. 2 Macc. IX, 2. ἀσχήμονα ἀναζυγὴν ποιήσασθαι, turpiter *redire.* Sermo autem ibi est de Antiocho, qui v. 1. dicitur ἀναλελυκὼς ἀκόσμως. Ib. XIII, 26. τῆς ἀναζυγῆς ἐχώρησε, regis *reditus* contigit, ubi ἀναζυγὴ opponitur τῇ ἐφόδῳ.

'ΑΝΑΖΩ'ΝΝΥΜΙ et 'ΑΝΑΖΩΝΝΥ'Ω, *accingo.* חָגַר, idem. Iud. XVIII, 16. οἱ ἀνεζωσμένοι τὰ σκεύη τῆς παρατάξεως (sec. *Vatic.*) *instructi* armis, ubi reliqui libri habent περιεζωσμένοι. Prov. XXXI, 17. ἀναζωσαμένη ἰσχυρῶς τὴν ὀσφὺν αὐτῆς, *succingens* fortiter lumbos suos.

'ΑΝΑΖΩΟ'Ω (perperam in Thesauro *Bieliano* legitur 'ΑΝΑΖΩ'Ω), proprie *reviviscere facio, sanitati restituo, reddo saluti:* metaphorice *restituo, incommodis miseriisque depulsis, in statum pristinum.* - חִיָּה, *vivifico, reviviscere facio.* *Aqu.* et *Symm.* Hos. VI, 2. ἀναζωώσει ἡμᾶς, *reddet* nos *sanitati,* h. e. *fortunae pristinae.* Confer *Fischeri*

Clavem p. 22 sequ. *Symm.* Hab. III, 1. *Aqu.* Ps. XXIX, 4. ubi *Hieronymus: vivificasti me. Symm.* Ps. CXVIII, 149.

'ΑΝΑΖΩΠΥΡΕ'Ω, *rursus et de novo inflo, exsuscito, resuscito, recreo,* it. *revivisco.* חָיָה, *vivo*, etiam *revivisco.* Gen. XLV, 27. ἀνεζωπύρησε (subaudiendum nonnullis videtur ἑαυτό) τὸ πνεῦμα ἰακὼβ, *reviviscebat* spiritus Iacobi, h. e. υἱός ἐκ γέροντος γέγονεν, interprete *Chrysostomo Homil.* 65. in *Gen.* Ita est quoque 1 Macc. XIII, 7. ἀνεζωπύρισε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ, *reviviscebat* spiritus populi, h. e. *refectus* ac *confirmatus est. Gloss.* in *Octat. Cod. Fabric.* 'Ανεζωπύρισεν, (scrib. 'Ανεζωπύρησεν.) ἀνεκτήσατο τὴν ψυχὴν καὶ ἀνενεώσατο. Ita et in *Gloss. Octat. Montfaucon. Bibl. Coislin.* p. 491. ubi praeterea additur: καὶ παυεμυθήθη. *Gloss. in N. T.* ab *Albertio* evulgatum p. 161. 'Αναζωπυρεῖν, ἀναφλέγειν. *Hesych.* ἀναζωπυρεῖν, ἀνεγεῖραι. Idem: 'Αναζωπυρῆσαι, ἀνανεῶσαι, ἀνεγεῖραι, ζωῶσαι. Descendit autem verbum ex ἀνὰ et ζωπυρεῖν, *incendere, refocillare,* et hoc derivatur ἀπὸ τῆς ζωπύρας, quod *follem* vel *flabellum* significat, quibus fabri ignem exsufflant. *Hesychius:* Ζωπύρας, φυσητῆρας ζωτικάς, ὅθεν οἱ χαλκευταὶ τὸ πῦρ ἐκφυσῶσιν. Sic enim ex *Phavorino* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* legendum pro ἐκφυσσῶ. Vi etymologiae ergo ἀναζωπυρεῖν nihil aliud est quam *ignem paene exstinctum flabello rursus et de novo inflare ac suscitare.* Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΝΑΘΑ'ΛΛΩ, *refloresco, reviresco,* it. *florere* seu *reflorescere facio.* הִפְרִיחַ Hiph. a פָּרַח, *florere facio.* Ez. XVII, 24. ἀναθάλλων ξύλον ξηρὸν, *faciens, ut revirescat* arbor arida. – עָלַז, *exulto.* Ps. XXVII, 10. (7.) ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. Ita *Theod.* ac *LXX.* Scilicet ἀναθάλλειν h. l. metaphorice, quia de corde et animo sermo est, notat *iterum gaudere, hilaritatem animi recipere,* quam significationem ibidem quoque habet vox ἀνθεῖν apud *Symmachum.* Conf. *Buxtorfii Anticrit.* p. 621. – *פֶּרֶא, *onager.* Hos. VIII, 9. ubi pro פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ אֶפְרָיִם, *onager solitarius sibi Ephraim, Symm.* habet: καὶ οὐκ ἀνέθαλλεν ἐν ἐμοὶ 'Εφραΐμ, legens sine dubio וְלֹא אֶפְרַח בִּי אֶפְרַיִם, hoc sensu: *nec per me beatus esse cupit Ephraim.* LXX autem transtulerunt: ἀνέθαλλε καθ' ἑαυτὸν 'Εφραΐμ, idem legentes. *Cappello* legisse videntur פָּרָה, quem refutare conatus est *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 632. qui contra statuit, LXX פֶּרֶא accepisse ita, ut א sit loco ה positum, ac provocat ad Hos. XIII, 15. ubi ipsum verbum פָּרָה secundum interpretes in fine scribitur per א. – *שָׁלַף, *extraho, educo, stringo. Aqu.* Ps. CXXVIII, 6. ἀνέθαλεν, *reviruit.* Sensum expressit. Flores enim et aliae herbae, quando crescunt et virent, flores et germina tanquam e vagina educere videntur. Hinc *Symmacho* potius quam *Aquilae* hanc versionem tribuere ac vindicare mallem. *Hieronymus: quod statim, ut*

viruerit, *exaruit*. Sap. IV, 4. κἂν γὰρ ἐν κλάδοις πρὸς καιρὸν ἀναθάλῃ, etsi enim in ramis ad tempus *germinaverit*. Sir. I, 15. φόβος κυρίου ἀναθάλλων εἰρήνην, ubi ἀναθάλλειν sensu bono *copiose proferre* notat. *Vulg*. *replens*, h. e. *plene afferens*. Ib. XI, 22. ἀναθάλλει εὐλογίαν, *efficit*, *ut efflorescat* eorum prosperitas seu felicitas. Habet enim ἀναθάλλειν h. l. significationem Hiphilicam. Ibid. XLVI, 15. τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀναθάλοι ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν, h. e. ut ipsorum virens semper et florida sit memoria. Eadem formula loquendi reperitur quoque ibid. XLIX, 11. Ibid. L, 11. ὡς ἐλαία ἀναθάλλουσα καρπούς.

'ΑΝΑ'ΘΕΜΑ. Vox haec, ut eiusdem originis est atque ἀνάθημα (ab ἀνατίθημι, *sepono*), ita etiam eandem habet cum ea significationem, unde non solum haud raro permutata invicem reperiuntur in codd. vett. LXX Intt. (v. c. Lev. XXVII, 29. Iud. XVI, 19.), *Theodoreti* (Confer *Baueri Glossarium Theodor*. s. h. v.) etc., sed etiam promiscue usurpata sunt a scriptoribus graecis, ut docuit *Deylingius Obss. SS.* P. II. n. 42. Significat autem ἀνάθεμα proprie et in universum *omnem rem Deo devotam et a vulgari ac communi usu separatam*, deinde autem catachrestice *omne*, *quod est exitio destinatum*, *quod perditur*, *deletur ac exscinditur*. Confer *Theodoretum* ad cap. XIII. *Iesaiae* T. II. p. 260. et ad Rom. IX, 3. חֵרֶם et חֵרֶם, *res diris* vel *interneciοni devota*. *Inc*. Lev. XXVII, 21. LXX Deut. VII, 26. ἀνάθεμα ἔσῃ ὥσπερ καὶ τοῦτο, ita devoti fieretis, uti res ipsa est. Ibid. XIII, 17. XX, 17. ἀναθέματι ἀναθεματιεῖτε αὐτοὺς, eas prorsus evertetis. Ios. VI, 17. 18. 1 Par. II, 7. ὃς ἠσυνθέτησεν εἰς τὸ ἀνάθεμα, qui deliquit in *praeda devota*. Zach. XIV, 11. καὶ ἀνάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι, nec nova *vastatio* inferetur. – חָרְמָה, *Horma*, nomen loci ab execratione aut devotione sic dicti. Num. XXI, 3. Iud. I, 17. ubi ἀνάθεμα in codd. cum ἐξολόθρευσις permutatur. – 2 Macc. II, 19. ἐπιστολὰς βασιλέων περὶ ἀναθεμάτων, epistolas regum de *donariis*. Adde Lev. XXVII, 28. 29. ubi pro ἀνάθημα in Cod. *Alex*. legitur ἀνάθεμα. Copiosius de hac voce exposui in *Lexico N. T.*

'ΑΝΑΘΕΜΑΤΙ'ΖΩ, *anathematizo*, *Deo consecro*, *diris devoveo*, *exsecror*. הֶחֱרִים Hiph. a חָרַם, idem. *Aqu*. Ex. XXII, 20. Οἱ λοιποὶ Mich. IV, 13. LXX Num. XXI, 2. ἀναθεματιῶ αὐτὸν καὶ τὰς πόλεις αὐτοῦ, *devovebo* ipsum et eius oppida. Ibid. v. 3. Deut. XIII, 15. ἀναθέματι ἀναθεματιεῖτε αὐτήν. In Codd. quibusdam hic scriptum fuisse ἀναθέματι ἀναθεματιεῖς αὐτὴν, suspicatus est *Bielius*. Inde enim procul dubio *Gloss.* in *Octat.* Ἀναθέματι ἀναθεματιεῖς, ἀφανισμῷ ἀφανιεῖς τὰ σκῦλα. Quae lectio etiam cum textu hebr. magis convenit. Sed potest haec glossa quoque ad XX, 17. pertinere. Ios. VI, 21. Iud. I, 17. ἀνεθεμάτισαν

αὐτὴν καὶ ἐξωλόθρευσαν. Dan. XI, 44. τοῦ ἀφανίσαι καὶ ἀναθεματίσαι πολλούς. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio*, *occido*. *Aqu.* Deut. III, 3. ἀναθεματίσαμεν ex edit. *Rom.* et *Drusio.* Sed *Montf.* (quem vide) suspectam habet hanc lectionem, eamque huc ex versu 6, ubi legitur נַחֲרֵם, translatam opinatur. – *מוּת, *morior*, *interficior*. Ex. XXII, 19. ubi pro מוֹת יוּמָת, *moriendo morietur*, *Theod.* habet ἀναθεματισθήσεται. 1 Macc. V, 5. ἀναθεματίζεσθαι erat in eo, quod turres ipsorum, cum omnibus qui ibi erant, igne comburebantur.

'ΑΝΑΘΕΜΑΤΙΣΜΕ'ΝΟΝ, *quod internecioni devotum est*, *quod diris devotum est*, etiam *devotum* simpliciter. חֵרֶם. Num. XVIII, 14. πᾶν ἀναθεματισμένον σοι ἔσται, omne devotum, h. e. omne *Deo consecratum*, tuum esto. Codex *Oxon.* habet ibi ἀνατιθέμενον, e glossemate, ut opinor. *Phav.* ἀναθεματισμένος, ἐπάρατος, ἢ ἀκοινώνητος.

'ΑΝΑ'ΘΗΜΑ, *donarium*, *Deo sacrum*, *et suspensum aut repositum in templo*. חֵרֶם. Lev. XXVII, 28. πᾶν ἀνάθημα, ὃ ἂν ἀναθῇ ἄνθρωπος, omne quod quis Deo devovit aut consecravit. Ibid. v. 29. 2 Macc. IX, 16. καλλίστοις ἀναθήμασι κοσμήσειν, se pulcherrimis *donariis* templum exornaturum esse. 3 Macc. III, 17. Vide et Iudith. XVI, 17. ubi in Cod. *Alex.* pro ἀνάθεμα scribitur ἀνάθημα. *Hesych.* 'Ανάθημα, κόσμημα.

'ΑΝΑΘΥΜΙ'ΑΣΙΣ, *suffitus*. Vox haec in *Hexaplis* et a *Bielio* in *Thesauro* refertur ad כְּתִימְרוֹת *columnae*, cui Cant. III, 6. in *Symm.* reliquiis respondeat ὡς ἀναθυμίασις, *tanquam suffitus*. Sed mallem equidem scribere ὡς ἀναθυμιάσεως, aut ὡς ἀπὸ ἀναθυμιάσεως, ut ad sequens מְקֻטֶּרֶת, *suffita*, referendum sit, quod *Aquila* per ἀπὸ θυμιάματος, LXX per τεθυμιαμένη transtulerunt.

'ΑΝΑΙ'ΔΕΙΑ, *impudentia*. Sir. XXV, 24. ὀργὴ καὶ ἀναίδεια καὶ αἰσχύνη, mulieris ira et impudentia magnam et gravem ignominiam marito, sibi ac suis affert.

'ΑΝΑΙΔΕΥ'ΟΜΑΙ, *impudenter me gero*. הֵעֵז Hiph. ab עָזַז, *conforto*, *obduro*. *Theod.* Prov. VII, 13. ἠναιδεύσατο ἐν προσώπῳ αὐτῆς, impudenter se gessit vultu suo. Hanc enim significationem habet h. l. formula הֵעֵז פָּנִים. *Suidas*: 'Ηναιδηκότες, ἀναισχυντήσαντες. *Aristoph. Equit.* v. 396.

'ΑΝΑΙ'ΔΗΝ, *impudenter*. גָּרַע, *imminuo*. *Symm.* Iob. XV, 4. Nisi statuas, eum notionem verbi גָּרַע nobis ignotam secutum esse, aut coniiciendo ita vertisse, eum fortasse loco חִגְרַע legisse הִגְדִּל sumendum erit. Haec enim vox haud raro notat *fastuose*, *insolenter se gerere*, ut multis exemplis docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 309. Potuit etiam in mente habuisse vocem גִּדֵּף, *conviciis proscidit*, *blasphemavit*. Sed prior coniectura mihi praeferenda esse videtur. Vide tamen ad h. l.

Montf. ac *Drusium* in *fragm.* p. 803. Addė *Diod. Sic.* II. p. 78, 14. *Polyb.* X, 26, 2.

'ΑΝΑΙΔΗ'Σ, *impudens*, item *durus.* הֵעֵז Hiph. ab עָזַז, *obduro*, *conforto.* Prov. VII, 23. *ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ προσεῖπεν αὐτῷ*, impudenti autem facie allocuta est illum. Vide et *Symm.* Ies. XXXIII, 19. - *חָזָק, *validus, durus. Symm.* Ez. III, 7. חִזְקֵי מֵצַח, *dura fronte*, h e. *fronte perfricta*, *impudentes*, *ἀναιδεῖς μετώπῳ.* - מְהַחְצְפָה, *part. foem. Aphel Chald.* a חֲצַף, *accelerans*, ex usu l. arab. Ex usu l. *Chald.* autem *durus*, *rigidus.* Dan. II, 15. *ἡ γνώμη ἡ ἀναιδὴς*, decretum *durum*, vulg. *crudelis sententia:* ubi vid. *Scharfenb. Hesych. ἀναιδὴς, σκληρὸς, ἀναίσχυντος.* - *נוֹעָז, *roboratus*, ab עָזַז, *validus fuit. Symm.* Ies. XXXIII, 19. ubi עַם נוֹעָז *populum atrocem* notat. - נִזְעָם part. Niph. *indignabundus.* Prov. XXV, 24. *πρόσωπον ἀναιδὲς γλῶσσαν ἐρεθίζει*, facies *impudens* linguam irritat. - נִצַּחַת partic. foem. Niph. a נָצַח, *pervincens*, i. e. *summe pertinax*, it. *aeterna*, *perpetua.* Ier. VIII, 5. *διατί ἀπέστρεψεν ἀποστροφὴν ἀναιδῆ*, cur in aversione sua ita pertinax est, ut redire nolit. - עַז, *robustus.* Deut. XXVIII, 50. *ἔθνος ἀναιδὲς προσώπῳ*, gens impudens facie. Eadem formula legitur quoque Dan. VIII, 23. Ies. LVI, 11. *οἱ κύνες ἀναιδεῖς.* - עֹז, *robur.* Coh. VIII, 1. Legerunt עַז, nam עַז פָּנִים notat *impudentem*, qui frontem habet duram et ferream, seu *os durum*, ut comici loquuntur. Sed hic sensus est ab h. l. alienus. - *עָרִיץ, *violentus*, *oppressor. Ed. VIta* Ps. XXXVI, 35. Est enim impudentia arctissime coniuncta cum violentia. - צִוָּה Pih. *praecipio.* 1 Sam. II, 29. *ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ.* Ita *Bielius* secutus *Trommium*, sed non recte instituta collatione utriusque textus, e qua luculenter apparet, formulam *ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ* hebraico מָעוֹן potius respondere (omissis nempe verbis אֲשֶׁר צִוִּיתִי), pro quo legerunt מְעַוֵּן partic. Piel ab עָוַן, uti quoque legi vult *Michaelis.* עָוַן ibid. XVIII, 9. est *invidiose aspicere*, sicut عين apud Arabes. *Bar.* IV, 11. *ἔθνος ἀναιδὲς καὶ ἀλλόγλωσσον*, coll. Ies. XXXIII, 19. Sir. XXIII, 5. *ψυχῇ ἀναιδεῖ*, pro *ἀναιδεῖ.*

'ΑΝΑΙΔΩ'Σ 'ΥΦΙ'ΣΤΑΜΑΙ, *impudenter subsisto.* הֵעֵז, Hiph. ab עָזַז, *obduro*, *conforto.* Prov. XXI, 29. *ἀσεβὴς ἀνὴρ ἀναιδῶς ὑφίσταται προσώπῳ. Vulg. procaciter obfirmat.* Adverbium *ἀναιδῶς* occurrit apud *Aristoph. Thesmoph.* 531. et *Sophocl. Oed. Tyr.* 362.

'ΑΝΑΙ'ΡΕΣΙΣ, *elevatio*, *exaltatio*, item *sublatio*, *caedes*, *internecio.* הָרֹג infin. propr. *interficiendo*, qui tamen saepe nomina scit. Num. XI, 15. *εἰ τοῦτο σὺ ποιεῖς μοι, ἀπόκτεινόν με ἀναιρέσει*, si ita mecum agere velis, me potius interfice. - רָמָה, *proiectio*, aut *cavitas proiectione alicuius rei facta.* Iud. XV, 17. *ἐκάλεσε τὸν τόπον, ἀναίρεσις σιαγόνος.*

Hieronymus elevatio, quasi esset a רוּם, *altus fuit*, cum potius sit *proiectio*, a רָמָה, *proiicio*. Iudith. XV, 5. εἰς τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν, ad *internecionem* illorum. 2 Macc. V, 13. νέων καὶ πρεσβυτέρων ἀναιρέσεις, iuniorum et seniorum *caedes*. *Hesych.* Ἀναίρεσις, ἡ τῆς κάρας ἐκτομὴ, καὶ ἄλλως θανατῶσαι.

'ΑΝΑΙΡΕ'Ω, *suscipio*, *tollo*, idque vel per *ablationem*, vel per *interfectionem*. אִבֵּד Pihel *perire facio*, *perdo*. *Aqu. Symm.* Iob. IV, 11. ἀνελεῖ. - בִּצַּע Pih. *succido*, *reseco*. Iob. VI, 9. εἰς τέλος δὲ μή με ἀνελέτω. הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio*. Gen. IV, 14. Deut. XIII, 15. ἀναιρῶν ἀνελεῖς. Ies. XXXVII, 36. - הֵמִית Hiph. a מוּת, *occido*. *Inc.* 1 Reg. XVII, 20. cuius versio clare docet, ἀναιρεῖν non semper de *morte cruenta* et *violenta*, sed quoque de *naturali* ac *placida* adhiberi. LXX Ies. XI, 4. XIV, 30. Ier. XXVI, 15. - הָרַג, *occido*. Exod. II, 14. 15. Iud. VIII, 21. ἀνεῖλε τὸν Ζεβεὲ, *occidit* Zebee. Vide et 2 Reg. X, 18. *Hesychius:* ἀνεῖλεν, ἐφόνευσεν. Ier. IV, 31. - הֶרֶג הֲרֻגִים, *occisio occisorum*. Ies. XXVII, 7. - הֲרֵגָה, *occisio*. Ier. VII, 30. φάραγξ τῶν ἀνῃρημένων. Concretum posuerunt pro abstracto. - הֵרִים Hiph. a רוּם, *exalto*, *tollo*. Num. XVI, 37. ἀνέλεσθε τὰ πυρεῖα τὰ χαλκᾶ, *tollite* thuribula aerea. - הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evacuo*. Ex. XV, 9. ἀνελῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, gladio meo *perdentur*. Scil. Orientalibus gladius dicitur *evacuare* se, cum multum sanguinis effundit, hominemque anima vitali spoliat. Hinc راق in IV. Coni. notat *effudit sanguinem*. Conf. *Lette* ad *Cant. Mosis* p. 219 sequ. Non opus itaque est statuere, LXX הָרַג in mente habuisse. - חָלָל, *confossus*. *Aqu.* et *Symm.* 2 Sam. I, 22. ἀνῃρημένων, occisorum. Iidem sec. cod. *Holm.* 108. Deut. XXI, 2. - לָקַח, *capio*, *accipio*. Ex. II, 5. ἀνείλετο αὐτὴν, *tollebat* illam, sc. arcam. Prov. XI, 29. Sc. לָקַח quoque *auferre* notat. - *מִלְחָמָה, *bellum*, *proelium*. Ies. XXVIII, 6. מְשִׁיבֵי מִלְחָמָה שָׁעְרָה, *avertentibus proelium ad portam*. LXX κωλυόντων ἀνελεῖν. Sensum secuti sunt, non verba. - מוּת, *morior*. Num. XXXV, 31. ἐνόχου ὄντος ἀναιρεθῆναι. Bene, quia מוּת haud raro *interfici* notat, ac de *morte violenta* dicitur. - מָשָׁה, *extraho*. Ex. II, 10. ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνειλόμην. - *מָצָא, *invenio*. *Inc.* 1 Sam. XX, 21. Est nempe מָצָא h. l. in notione praegnanti, ut non solum *invenire*, sed etiam *inventum tollere ac afferre* notet. *Vulg. vade et affer mihi sagittas*. - נָשָׂא, *fero*, *porto*. Ios. IV, 3. ἀνέλεσθε. Ita quoque *Iosephus*. Eleganter. Nam ἀνελέσθαι non tantum dicuntur *ii*, *qui aliquid tollunt in suum usum*, ut ἐλάαν ἀνελέσθαι *Theophr. Char.* 10., sed etiam *ii*, *qui aliquid tollunt in humeros suos*, *quod ipsi ferant alio*. Atque sic differt ab ἀνελεῖν, quod tamen v. 8. pro medio ponitur. Dan.

I, 16. secundum *Chis.* ac *Theodot.* - פָּגַע, *irruo, impetum facio.* 1 Reg. II, 30. 32. 47. In omnibus his locis פָּגַע habet notionem adiunctam *occidendi.* - קְטַל, chald. *occido.* Dan. II, 13. 14. V, 21. 32. et VII, 11. - Sap. I, 11. στόμα δὲ καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχὴν, ubi *Bretschneidero* ἀναιρεῖν notare videtur, ut ἀνακόπτειν, *miserum aliquem reddere, summis obruere miseriis.* Oppositum legitur cap. III, 1. coll. Matth. X, 28. et quae observavit *Kuinoel* in *Obss. ad N. T. e libr. apocryphis V. T.* ad 1 Cor. VIII, 11. Formula ἀναιρεῖν ψυχὴν legitur quoque Sir. XXI, 3. Sir. XXII, 2. ἀναιρούμενος αὐτὸν, ubi illud αὐτὸν ad *sterous* referendum est — quod quicunque *contigerit. Syrus: qui eum videt.*

'ΑΝΑΙ'ΣΘΗΤΟΣ, *sensu carens, stupidus.* נָבָל, *stultus.* Theod. Prov. XVII, 21. - בְּלִי־דַעַת, *absque scientia. Symm.* Iob. XXXV, 16. ubi in aliis legitur ἀνόητος.

*'ΑΝΑΙΣΘΗ'ΤΩΣ, *sine sensu, stupide, stolide, temerarie.* Sir. III, 21. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει ἀναισθήτως, (sec. *Compl.*) difficiliora te ne quaeras *inscienter*, h. e. *inconsiderate, imprudenter*, i. q. in sequ. ἐν ἀφροσύνῃ. Tribuitur h. l. ἀναίσθησις ei, qui nimiam de se ac viribus suis alit et fovet opinionem. Confer etiam v. 25. *Alciphr.* III, 23. ἀναισθήτως ἔχειν, *non sentire.*

'ΑΝΑΙ'ΤΙΟΣ, *innocens, insons, culpae expers.* - חִנָּם, *gratis, frustra,* etiam *immerito. Symm.* Iob. XXII, 6. ἐπ' ἀναιτίους, h. e. pro *culpae expertibus*, ut nempe *pignus* h. l. sit quod apud Graecos τὸ ἱκανὸν, nempe *sponsio.* Si autem exemplis idoneis probari posset, ἀν. etiam *eum* significare, *qui nullum debitum contraxit*, hanc interpretationem ideo praeferrem, quia nullibi traditur, Iobum iudicis personam sustinuisse. Sed fortasse species iniuriae pro genere h. l. ponitur. Adde 1 Sam. XXV, 31. - נָקִי, *innocens.* Deut. XIX, 10. αἷμα ἀναίτιον, coll. v. 13. et XXI, 8. 9. - צַדִּיק, *iustus. Symm.* 2 Sam. IV, 11. - תָּם, *integer. Inc.* Iob. IX, 20. *Hesych.* 'Αναίτιος, ἀθῷος, ἀνέγκλητος.

'ΑΝΑΙΤΙ'ΩΣ, *immerito.* חִנָּם, *gratis, frustra,* etiam *immerito, sine causa.* Οἱ λοιποὶ Iob. IX, 17. *Olympiod.* Οἱ λοιποὶ, ἀντὶ τοῦ διακενῆς, ἀναιτίως ἐξέδωκαν καὶ δωρεάν. *Symm.* Ps. XXXIV, 8. bis. - בְּלִי־פֶשַׁע, *sine praevaricatione, sine crimine. Symm.* Iob. XXXIV, 6.

'ΑΝΑΚΑΙΝΙ'ΖΩ, *renovo.* חִדֵּשׁ et הִתְחַדֵּשׁ Pih. et Hithp. idem. Ps. CII, 5. ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου, *innovabitur* iuventus tua instar aquilae. Ib. CIII, 31. ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, novam terrae faciem inducis. Thren. V, 21. - *חֶרֶשׂ, nomen proprium, *Hares.* Ies. XVI, 11. ὡς τεῖχος ἀνεκαίνισας. Legerunt חֲדָשָׁה, mutata ר in ד. - עָכַר, *conturbo.* Ps. XXXVIII, 3. τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη. Hebraica: *dolor meus est conturbatus*, nihil aliud significant,

quam *dolor meus est admodum auctus*, quem sensum LXX suo ἀνακαινίζεσθαι exprimere voluerunt. Vndesimul apparet, *Agellium* h. l. male coniecisse ἀνεκινήθη, ac provocasse ad ἀνεταράχθη apud *Symmachum*, ac ἀνέγρετο δεύτερον apud *Apollinarium*. Caeterum similis huic locus reperitur 1 Macc. VI, 9. ἀνεκαινίσθη ἐπ' αὐτὸν λύπη μεγάλη, *recruduerat* s. *auctus erat* in lecto dolor magnus.

'ANAKAI'Ω, *comburo, accendo.* הִבְעִיר Hiph. a בָּעַר, *ardere facio, accendo. Symm.* Ps. XXXVIII, 4. LXX Ez. V, 2. ἐν πυρὶ ἀνακαύσεις. – הִדְלִיק *Hiph.* idem. Ez. XXIV, 10. ἀνακαύσω τὸ πῦρ. – *קָרַב, *propinquus sum, accedo.* Hos. VII, 6. קֵרְבוּ לִבָּם, *applicuerunt cor suum*, ἀνεκαύθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν. Statuunt nonnulli, eos in textu habuisse בָּעֲרוּ. *Cappello* legisse videntur חָרְבוּ. Non admittenda est haec coniectura: nam חָרַב non notat *inflammari*, sed *exsiccari*. Si lectio varia fingenda esset, meliori specie diceretur, eos legisse קָדְחוּ, cuius vocis scriptio etiam est aliquo modo affinis, aut צרבו, quod in Piel efferendum sit. Sunt denique, qui putant, eos liberius vertisse, ac elegisse verbum, quod contextui non contrarium viderent. Mihi vero nec aliter legisse, nec pro lubitu transtulisse videntur. Nam formula *applicare cor* notat *animum advertere, intentum esse*, quod commode a LXX per *ardere, incensum esse* exprimi poterat, inprimis ob additam comparationem cum *clibano*. Sic quoque nostri vocibus *brennen* et *entbrannt seyn* uti solent. Accedit, quod קָרַב ex usu l. arab. قرب *incensum esse* significat. Caeterum cum LXX consentit h. l. quoque *Syrus*. Iudith. VII, 5. ἀνακαύσαντες πυράν, incendentes pyram. Eadem formula legitur quoque 1 Macc. XII, 28. Sir. IX, 9. ἐκ τούτου φιλία, ὡς πῦρ, ἀνακαίεται, hinc amicitia tanquam ignis *nova nutrimenta capit.*

'ANAKAΛE'Ω, *voco, revoco, revertor.* הוֹגָה, Hiph. *moerore afficio, affligo*, a יָגָה. *Symm.* Thren. I, 12. ἀνεκάλεσε. Num deduxit vocem ab הָגָה? N. L. – *מוּט, *nuto, moveo me, vacillo. Symm.* Ies. LIV, 10. pro *foedus pacis meae* לֹא תָמוּט *non nutabit* seu *movebit se*, habet: οὐκ ἀνακληθήσεται, *non revocabitur.* Sensum bene expressit; nam foedus aut promissio vacillat, quando revocatur et retractatur. Simili modo ἀνακαλεῖν apud Graecos legi, multis exemplis docuit *Abresch. Diluc. Thucyd.* p. 711. – מִקְרָא, *convocatio.* Num. X, 2. ἔσονταί σοι ἀνακαλεῖν τὴν συναγωγήν. 'Ανακαλεῖν, ante quod εἰς τὸ supplendum erit, significare h. l. *convocare*, i. q. συγκαλεῖν, e commate sequente luculenter apparet. – נָקַב, *expresse nomino.* Num. I, 17. τούτους τοὺς ἀνακληθέντας ἐξ ὀνόματος, hos modo expresse *nominatos.* – קָרָא, *voco, nomino.* Ex. XXXI, 2. ἀνακέκληκα ἐξ ὀνόματος. Eadem for-

mula occurrit quoque ib. XXXV, 18. Lev. I, 1. ubi in *Ald.* pro ἀνεκάλεσε legitur ἐκάλεσε, quemadmodum etiam apud Latinos *revocare* pro *vocare* ponitur. Ios. IV, 4. - שׁוּב, *revertor.* Iud. XX, 48. ἀνὴρ ἀνεκάλεσεν εἰς τοὺς υἱοὺς sec. *Ald.* ubi post ἀνεκάλεσεν subaudiendum erit ἑαυτὸν, revertebatur ad filios Beniamin. Alii libri habent ἀνέστρεψαν, alii vero ἀπέστρεψαν. *Hesych* ἀνεκαλέσατο, ἀπέστρεψεν.

*'ANAKAΛΥΠΤΟΣ, *discoopertus*, *non tectus.* Occurrit haec vox, quae in Lexicis desideratur et a *Bielio* neglecta est, in libro *Tobiae* II, 9. τὸ πρόσωπόν μου ἀνακάλυπτον ἦν. Ita nempe legitur in *Cod. Alex. Ald.* et *Compl.* In ed. *Rom.* tantum ἀκάλυπτον reperitur.

'ANAKAΛΥΠΤΩ, *detego*, *revelo.* גָּלָה idem. Ex. XX, 26. ubi cum ἀποκαλύπτειν in codd. permutatur, aeque ac Deut. XXII, 30. Confer infra s. v. ἀποκαλύπτω. Iob. XX, 27. ἀνακαλύπτειν τὴν ἀνομίαν, retegere, h. e. *in lucem protrahere* iniquitatem. Ib. XXXIII, 16. ἀνακαλύπτειν νοῦν, *edocere* ac *admonere* homines. Prov. XX, 22. ἀνακαλύπτειν βουλὰς, *revelare secretum.* Ies. XXII, 8. 14. XLVII, 3. Dan. II, 21. sec. *Chis.* - חָבַשׁ Pih. *ligo*, *obligo.* Iob. XXVIII, 1. βάθη δὲ ποταμῶν ἀνεκάλυψεν. *Theodot.* ἐξηρεύνησεν. Vterque חָבַשׁ et חָפַשׂ, *scrutor*, permutasse videtur. *Vulg.* quoque habet *scrutatus est*, quem etiam *Hieronymus* sequitur. - יָצָא, *exeo.* Ier. XXI, 12. ὅπως μὴ ἀνακαλυφθῇ ὡς πῦρ ἡ ὀργή μου, ne tanquam ignis patefiat ira mea. Bene quoad sensum. Nam *exire* et *prodire* in omnibus linguis pro *manifestari*, *in lucem proferri* ponitur. - עִוָּה, Pih. *perverto.* Ies. XXIV, 1. ἀνακαλύψει τὸ πρόσωπον αὐτῆς. Permutatae mihi h. l. esse videntur a LXX voces עִוָּה et עָרָה, sensu admodum incommodo, aut potius nullo. - עָרָה, Pih. *denudo.* Ies. III, 12. κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν, Deus pudenda eorum reteget. In *Hex. Montf.* ἀνακαλύψει refertur ad vocem שִׂפַּח, *scabie inficiet*, sed hanc per ταπεινώσει expresserunt. Confer infra s. v. ἀποκαλύπτω ad h. l. Praeterea legitur haec vox apud LXX Ies. XXII, 9. ubi τῷ ἀνακαλύψουσι nihil respondet in textu hebraico. Sine dubio supplerunt ex antecedente commate vocem וַיְגַל, et *discooperuit.* 3 Esdr. VIII, 79. hebr. הָאִיר, Esdr. IX, 9. Tob. XII, 6. τὰ δὲ ἔργα τοῦ θεοῦ ἀνακαλύπτειν ἔνδοξον, opera Dei *celebrare* et *praedicare* honorificum est.

'ANAKAΜΠΤΩ, sc. δρόμον, (conf. *L. Bos. Ellips. gr.* p. 15.) *reflecto cursum*, h. e. *revertor.* סוּר, *recedo.* Ier. XV, 5. ἢ τίς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σου, quis redibit, ut videat, quomodo tu valeas. - שׁוּב, *redeo.* Ex. XXXII, 16. Iud. XI, 39. ubi cum ἐπιστρέφειν in codd. permutatur, aeque ac 1 Par. XIX, 5. 2 Sam. I, 22. ῥομφαία σαοὺλ οὐκ ἀνέκαμψε κενὴ, gladius Sauli vacue non redibat. Adde *Inc.* 2 Reg. X, 5. *Theodot.*

Iob. XXXIX, 4. et *Aqu. Symm. Theod.* Ez. I, 8. Adde 3 Esdr. VIII, 89. 4 Macc. I, 35. metaphorice usurpatur, ut sit *flectere*, h. e. *regere*, *moderari*, *refraenare*, et cum φιμοῦν permutatur.

'ΑΝΑΚΑΜΠΤΟΥΣΑ 'ΑΝΑΚΑΜΠΤΩ, *revertens revertor.* שׁוּב. Ierem. III, 1.

'ΑΝΑΚΕΙΜΑΙ, *accumbo*, speciatim ad *coenam*. 3 Esdr. IV, 10. αὐτὸς ἀνάκειται, ἐσθίει καὶ πίνει. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

**'ΑΝΑΚΛΗΣΙΣ*, *revocatio*, et speciatim *revocatio ac reditus ex captivitate.* Certe hoc sensu reperitur haec vox (qua caret Thesaurus *Bielii*) in *Prol. Sir.* sec. *Compl.* μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ ἀνάκλησιν, post captivitatem Babylonicam et reditum ex ea.

'ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΟΟΜΑΙ, *recapitulor*, *recognoscor.* כָּלָה Pih. *absolvor*, *perficior*, *finior.* *Theodot.* et *Vta Ed.* Ps. LXXI, 20. ἀνεκεφαλαιώθησαν, quod *Montf.* exponendum putat: *recognitae sunt.*

'ΑΝΑΚΛΑΩ, *refringo*, *reflecto.* מָלַק, *ungue seco* seu *reseco.* *Samar.* sec. scholion ed. *Roman.* Lev. I, 15. et *Inc.* Lev. V, 8. 4 Macc. XI, 10. *Alciphr.* I, 28.

'ΑΝΑΚΛΙΝΩ, *reclino*, *discumbo.* בּוֹא, *venio.* 1 Sam. XVI, 5. בָּאתֶם אִתִּי בַּזָּבַח, *venite mecum in victima*, seu ad sacrificium. ἀνακλίθητε sec. *Complut.* ubi sine dubio de epulis sacrificalibus cogitarunt, aeque ac ignotus ille interpres, qui voce εὐφραίνομαι h. l. usus est. – נָטָה, *inclino.* *Aqu.* Prov. II, 2. ἀνακλινεῖς, ubi vox ἀνακλίνειν metaphorice sumitur de *inclinatione animi*, seu *attentione ac studio.*

'ΑΝΑΚΛΙΣΙΣ, *reclinatio*, *accubitus.* מֵסַב, *circuitus*, *ambitus circularis.* Cant. I, 12. *Aqu.* et LXX ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. *Vulg.* *in accubitu suo.* Potest tamen h. l. per ἀνάκλισιν etiam *conclave*, *in quo accumbitur ad coenam*, seu *coenaculum* intellegi. Confer infra s. v. ἀνάπαυσις. Caeterum adhuc monendum est, *Grabium Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 8. pro ἀνακλίσει legendum esse coniecisse ἀνακυκλήσει, quia vox hebraica alias saepe redditur κύκλος et κύκλωμα. Adde *Hippocr. Coac. praenot.* p. 197, 1.

'ΑΝΑΚΛΙΤΟΝ, *reclinatorium*, *locus*, *ubi discumbitur.* רְפִידָה, *stratum*, a רָפַד, *sternere*, *substernere.* Cant. III, 10. ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον. *Vulg.* *reclinatorium*, h. e. *cervical*, *in quod caput reclinamus.*

'ΑΝΑΚΟΙΝΟΩ, *communico.* 2 Macc. XIV, 20. τοῦ ἡγεμόνος τοῖς πλήθεσιν ἀνακοινωσαμένου, cum dux rem cum populo communicasset. *Polyb.* XI, 26, 2.

'ΑΝΑΚΟΜΙΖΩ et *'ΑΝΑΚΟΜΙΖΟΜΑΙ*, *effero*, *deporto*, etiam *recipio*, *recupero*, *restituo.* 2 Macc. XII, 39. τὰ τῶν προπεπτωκότων σώματα ἀνακομίσασθαι, corpora mor-

tuorum *deportare.* 2 Macc. II, 22. *ἀνακομίζεσθαι τὸ ἱερὸν, templum restituere.* Lectio enim *Ald.* et *Compl.* ἀνοικοδομεῖσθαι interpretamentum est, quod e margine in textum irrepsit. *Vulg. recuperarent.* *Syrus*, qui transtulit: *pacatum, quietum reddere, Bretschneidero* ἀνακοιμίσασθαι, *sopire, placidum reddere,* legisse videtur. Caeterum, ut idem observavit, legitur hoc verbum eodem fere sensu et apud profanos, v. c. *Dion. Hal. Antt.* III, 23. T. I. p. 474. ed. *Reisk.* ἀνακομίσασθαι ἡγεμονίαν. *Dio Cass.* p. 87. ed. *Reim.* ἀνακομισθέντων αὐτῶν, sc. τῶν κακουμένων, quum ab hoste oppressos recuperasset, i. e. liberasset, in pristinum restituisset statum. *Polyb.* IV, 83, 2. ἀνακομίσασθαι τὸ φρούριον τοῖς Δυμαίοις. 3 Macc. I, 1. μαθὼν παρὰ τῶν ἀνακομισθέντων, accipiens ab iis, qui fuga se receperant, *perfugis.* Est enim h. l. reciproce intellegendum: *se recipere*, i. e. *reverti*, *evadere.* Sic apud *Polyb.* I, 83, 5. et III, 74, 8. ἀνακομισθῆναι est *reverti, evadere e naufragio vel pugna adversa.* V. *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v.

*'ΑΝΑΚΟΠΗ', *impedimentum.* פֶּרֶץ, *fractura.* *Aqu.* Ies. LVIII, 12. Sed est ibi lectio non satis certa. Nam, ut *Montf.* ad h. l. docuit, loco ἀνακοπῆς fortasse legendum est διακοπῆς, qua voce h. l. *Symmachus* et *Aquila* alibi pro eodem hebraico usi reperiuntur. Vide etiam *Wesselingii Probabil.* p. 218. Caeterum vox ἀνακοπὴ reperitur apud *Strabon. Geogr.* III. p. 264. B. et *Dion. Halic.* de *Comp. Verb.* II, 27, 25.

'ΑΝΑΚΟ'ΠΤΩ, *reseco, praecido, inhibeo, sedo.* הָלַם, *obtundo.* *Theod.* Iud. V, 22. ἀνεκόπησαν, *resectae sunt.* *Scharfenbergio* ad h. l. scribendum videtur ἀπεκόπησαν, (חֻלְּמוּ) *abscissi, amputati sunt*, coll. v. 26. Sap. XVIII, 23. ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν, *sedabat* iram.

*'ΑΝΑΚΟΥ'Ω, *inaudio, ausculto.* שָׁמַע, *audio.* Gen. XXI, 6. Sed ibi in Cod. *Cotoniano* vitiose legi videtur ἀνακούσῃ, ortum sine dubio ex ἂν ἀκούσῃ.

'ΑΝΑΚΡΑ'ΖΩ, *exclamo, clamo.* הֵרִיעַ, Hiph. a רִיעַ, *clango, vociferor.* Ios. VI, 5. ἀνακεκραγέτωσαν πᾶς ὁ λαός. 1 Sam. IV, 5. ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ. — זָעַק, *clamo.* Ez. XXI, 12. ἀνάκραγε καὶ ὀλόλυξον. — קָרָא, *voco, clamo.* Iud. VII, 20. Ez. IX, 1. Zach. I, 14. 17. — שָׁאַג, *rugio.* Ioel. III, 16. ὁ δὲ κύριος ἐκ σιὼν ἀνακράξεται. — תְּרוּעָה, *clangor, acclamatio mutua.* Ios. VI, 5.

'ΑΝΑΚΡΕΜΑ'ΖΩ, *suspendo.* תָּלָה idem. *Inc.* 2 Sam. XVIII, 10. ἀνεκρεμάσθη, *suspensus est.*

'ΑΝΑΚΡΙ'ΝΩ, *scrutor, interrogo.* חָקַר, *investigo, exploro.* 1 Sam. XX, 12. ἀνακρίνω τὸν πατέρα μου, *sciscitor* patrem meum. Dan. III, 13. sec. *Chis.* *Susann.* 48. 51. ubi sensu iudiciali accipiendum est, de *inquisitione iudicis.*

'ΑΝΆΚΡΙΣΙΣ, *inquisitio iudicis*, *testium interrogatio.* 3 Macc. VII, 5. ἄνευ πάσης ἀνακρίσεως καὶ ἐξετάσεως; ubi *Grotius* notat, quod ἀνάκρισις sit *testium interrogatio Platoni* VI. de *legibus*, et allegat Act. XXV, 26.

'ΑΝΑΚΡΟΤΕ'Ω, *explodo*, *illudo.* הָלַם, *contundo. Theod.* Prov. XXIII, 35. ἀνεκρότησαν, exploserunt. LXX quoque vocem hebr. per ἐμπαίζειν transtulerunt, sine dubio tautologiam evitandi causa. Vide tamen infra ad ἐμπαίζω a me notata. Adde *Aristoph. Vesp.* 1305.

'ΑΝΑΚΡΟΥ'Ω, et in medio 'Ανακρούομαι, *pulso*, et speciatim de instrumentis musicis adhibetur. חָזָה *video.* 1 Par. XXV, 5. τοῦ ἀνακρουομένου (scil. ἐν ὀργάνοις) τῷ βασιλεῖ, qui pulsabat coram rege instrumenta musica. Scilicet חָזָה est h. l. i. q. נִבָּא *prophetare*, ac notat h. l. *carmina sacra canere adhibitis instrumentis musicis.* Vide ad h. l. *Intt.* — חָצַץ, Pih. *eiaculor.* Iud. V, 11. φωνὴν ἀνακρουομένων (scil. ἐν ὀργάνοις) ἀνὰ μέσον εὐφραινομένων, vocem pulsantium instrumenta musica inter exultantes. Non legerunt מְחַצְצִים, *sagittariorum*, sed vel מְחַצְּרִים, quod Hos. V, 8. per ἠχεῖν redditur, (vide *Doederleinii Bibl. Theol.* T. III. p. 32.) vel מְחַוִּים aut מְחַזִּים a חָזָה, *videre*, quod vide supra. — כִּרְכֵּר Pih. a כָּרַר, *subsilio.* 2 Sam. VI, 14. ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις. Non secuti sunt lectionem ab impresso textu diversam, nam v. 16. eadem voce graeca pro eadem hebraica usi sunt: sed ἀνακρούεσθαι respondet h. l. latino *pulsare terram*, quod pro *saltare* apud *Horatium* (I. Od. 37, 2.) legitur, atque bene τῷ כרכר respondet, quod etiam *saltare* notat. — נִבָּא Niph. *propheto.* 1 Par. XXV, 3. ἐν κινύρᾳ ἀνακρουόμενοι ἐξομολόγησιν καὶ αἴνεσιν κυρίου, ubi in *Compl.* loco ἀνακρούεσθαι legitur προφητεύειν. Vide notata supra s. v. חָזָה. — שָׁלָה, *tranquillus sum.* Ez. XXIII, 42. φωνὴν ἁρμονίας ἀνεκρούοντο, gratum concentum instrumentis musicis faciebant, ubi non video, quomodo haec versio cum textu hebraico conciliari possit.

*'ΑΝΑΚΤΑ'. Vox haec nihili, quae legitur apud *Aquilam* Deut. VI, 8. pro hebr. טוֹטָפֹת, *frontalia*, mutanda est ex coniectura *Montf.* minime improbabili in ἀσίνακτα, *immota*, ut quadret cum ἀσάλευτον, quod LXX h. l. et Exod. XIII, 16. *Symm. Theod.* et LXX pro eadem voce posuerunt. Mihi in mentem venit, annon legendum sit ἄναπτα, nam frontalia capiti alligata erant.

'ΑΝΑΚΤΑ'ΟΜΑΙ, *restauro*, *recreo*, *recupero*, *recipio.* הֵשִׁיב נֶפֶשׁ, *animam redire facio*, h. e. *recreo. Symm.* Ps. XXII, 3. ἀνεκτήσατό με, *recreavit* me. Ita *Bielius.* Sed in *Hex. Montf.* refertur haec vox ad יְנַהֲלֵנִי, *ducet me*, in fine commatis antecedentis. נִהֵל de *pastoribus* dicitur, *qui pecus in pascua agunt.* Mihi prius praeferendum esse videtur ob loca reliqua, ubi *Symmachus* hac voce pro הֵשִׁיב usus est,

nempe 1 Sam. XXX, 12. ubi *ἀνεκτήσατο* est *recreavit se*, quasi *ad se rediit*, et Thren. I, 16. *ἀνακτώμενος*, coll. *Origene* Tom. III. p. 333. - עֵרֵר Pih. ab עָרַר, *statumino*. *Symm.* Ps. CXLVI, 6. *ἀνακτώμενος*, *recreans*. - שָׁבַר, *frango*. *Symm.* Ps. CIII, 11. pro יִשְׁבְּרוּ צְמָאָם, *frangent*, h. e. *sedabunt sitim suam*, habet: *ἀνακτήσεται δίψαν*. *Hieron.* *reficiat*.

*'ΑΝΑΚΤΙ'ΖΩ, *rursus creo*, *renovo*. בָּרָא, *creo*. *Aqu.* Ps. L, 12. *ἀνάκτισον*, pro quo LXX simplex *κτίσον* habent. *Kreyssigio* autem *Symb.* P. III. p. 4. urgenda h. l. esse videtur vis praepositionis *ἀνὰ*, quae tamen non raro in compositis redundat. Vide *Fischeri Proluss.* de *vitiis Lexic. N. T.* p. 26 sequ. et p. 124 sequ. Caeterum reperitur quoque haec vox apud *Ioseph.* A. I. XI, 4, 3. p. 556. *Strabon. Geogr.* IX. p. 617. C. ac *Eustath.* in *Il.* p. 52, 32.

'ΑΝΑ'ΚΤΟΡΟΝ, *templum*. מְעוֹן בֵּית יְהוָה, *habitaculum domus Iehovae*. *Symm.* Ps. XXV, 8. In *Hex. Montf.* refertur quidem haec vox ad מִזְבֵּחַ, *altare*, v. 6. sed perperam, ut apparet ex *Theodoreto* T. I. ed. *Hal.* p. 766. *ἀντὶ τῆς εὐπρεπείας ὁ Σύμμαχος ἀνάκτορον τέθεικεν*. Conf. *Opuscula Critica* p. 183. Caeterum frequens est haec vox de templo, apud poetas tragicos inprimis, unde, ut *Bielius* recte observavit, *Critici* ad *Aristophanis Aves* p. 578. *Ἄνακτας*, *τοὺς θεούς· ἔνθεν καὶ ἀνάκτορα τὰ ἱερά*. Vide *Spanhem.* ad *Callim. Hymn.* in *Apoll.* v. 77. *Hesych.* *'Ανάκτωρ*, *θεὸς*, *βασιλεύς*. Idem: *'Ανακτόρων*, *ναῶν*, *ἢ οἴκων βασιλέων*.

'ΑΝΑΚΥ'ΚΛΩΣΙΣ, *circuitus*, *orbis*. Vide in *'Ανάκλισις*. *Plato Polit.* II. 269. E. *Polyb.* VI, 9, 10.

'ΑΝΑΚΥΛΙ'Ω, *provolvo*. Sir. XXXVII, 3. *πόθεν ἀνεκυλίσθης καλύψαι τὴν ξηρὰν*, unde provoluta es, seu prorepsisti, ut operias terram. Sermo ibi est de simulatione amicitiae aut insidiosa proreptione ad amicitiam.

'ΑΝΑΚΥ'ΠΤΩ, *erigo caput*, *sursum specto*, i. q. *ἀνανεύω* apud *Achill. Tat.* lib. V. c. 3. *ἀνανεύσας εἰς τὸν οὐρανόν*. נָשָׂא רֹאשׁ, *attollo caput*. Iob. X, 15. *οὐ δύναμαι ἀνακύψαι*, non possum caput attollere. *Sus.* 35. sec. *Chis.* *ἀνακύψασα ἔκλαυσεν*: quae quid sibi velint, facile intellegitur ex verbis *Theodot.* *ἡ δὲ κλαίουσα ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανόν*.

'ΑΝΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *suscipio*, *attollo*, *recipio*, *apprehendo*, *capio*, *fero*, *porto*, *induo*. הֵשִׂים, Hiph. a שׂוּם, *pono*. Iob. XXII, 22. *ἀνάλαβε τὰ ῥήματα αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ*, suscipe corde eius doctrinam. - חָגַר, *accingo*. Deut. I, 41. *ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ*, *capientes* unusquisque arma. Sic *ἀναλαμβάνειν ὅπλα* 2 Macc. X, 27. XI, 7. et apud *Xenophontem* (v. c. *Hist. Gr.* II, 4, 4.) saepius. - יָסַף, *addo*. Iob. XVII, 9. *ἀναλάβοι θάρσος*, *obfirmat animum suum*. - לָקַח, *accipio*, *capio*. Gen. XXIV, 61. XLV, 18. *ἀναλαβόντες τὸν πατέρα*, *comitem sibi adiungerent* patrem; ubi in codd. cum

παραλαμβάνειν permutatur. Conf. XLVI, 5. et XLVIII, 1. Num. XXV, 4. *ἀναλαβὼν σειρομάστην ἐν τῇ χειρὶ*, in manu fasciam *gestarunt*. Iud. IV, 21. ubi *ἀναλαμβάνειν* permutatur in codd. cum *λαμβάνειν*, (coll. 2 Sam. XXII, 17.) ac per *sumere* vertendum est. Ibid. XIX, 28. *ἀνέλαβεν ἐπὶ τὸ ὑποζύγιον*, *imposuit* asino. 2 Reg. II, 9. *πρὶν ἢ ἀναληφθῆναί με ἀπό σου*, antequam a te *auferar*, nempe in coelum, coll. v. 10. Ps. LXXVII, 70. *ἀνέλαβεν ἐκ ποιμνίων*, ex caulis *sumsit*, ut nempe ad dignitatem regiam eum eveheret, coll. Amos VII, 15. Ez. VIII, 3. *ἀνέλαβέ με τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς*, *apprehendit* me in cincinno capitis. – נָטַל et *Chald.* נְטַל, *levo*. Ies. LXIII, 9. *ἀνέλαβεν αὐτοὺς καὶ ὕψωσεν*. Dan. IV, 31. *τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον*, *levabant* oculos in coelum. – *נָסָה, *tento*. *Symm.* Iob. IV, 2. Legit הֲנִשָּׂא: nam נָשָׂא modo *attollere*, modo *capere* notat. Caeterum *ἀναλαμβάνειν* ibi latino *suscipere* respondens notat *conari*, *sustinere*. Confer *Buxtorfii Anticrit.* p. 701. – נָשָׂא, *fero*, *tollo*. Gen. XLV, 27. *τὰς ἁμάξας, ἃς ἂν ἀπέστειλεν, ὥστε ἀναλαβεῖν αὐτὸν*, currus, quos miserat, ut *ferrent* illum. Ex. XIX, 4. *ἀνέλαβον ὑμᾶς, ὡς ἐπὶ πτερύγων*, *portavi* vos, tanquam super alas. Amos. V, 26. *ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ*, *portastis* templum Molochi. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Num. XIV, 1. *ἀναλαβοῦσα* (scil. *ἑαυτὴν*) *πᾶσα ἡ συναγωγὴ*, *insurgens* totus coetus clamorem edebat. Iob. XIII, 14. *ἀναλαβὼν τὰς σάρκας μου τοῖς ὀδοῦσι*. *Vulg. lacero carnes meas* etc. Ps. XLIX, 17. *ἀναλαμβάνεις διαθήκην μου διὰ στόματός σου*, religionem meam semper in ore *habes*. Ier. IV, 5. *ἀναλαβόντες* (scil. *ἑαυτοὺς*) *φεύγετε εἰς Σιὼν*, *surgentes* fugite in Sion. Ier. VII, 28. *ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον*, *assume* seu *tolle* in labiis lamenta. Cf. 2 Macc. I, 28. Similiter Thren. V, 13. *ἐκλεκτοὶ κλαυθμὸν ἀνέλαβον*, electi fletum *assument*. Adde *Theod.* Iob. XXVII, 21. *ἀναλήψεται*. *Vulgatus: tollet eum*. – סָבַל, *baiulo*. Ies. XLVI, 4. *ἐγὼ ἀναλήψομαι καὶ σώσω ὑμᾶς*, ego baiulabo et servabo vos. – *סִלְסֵל, *exalto*. *Aqu.* Prov. IV, 8. *ἀνάλαβε αὐτὴν*, *admitte* eam, scil. sapientiam, seu potius *in pretio habe*, *aestima*. – עִדֵּר Pih. ab עָדַר, *erigo*, *statumino*. Ps. CXLV, 8. *ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται*, pupillos ac viduas *sustentat*. Ps. CXLVI, 6. – עָדָה, *orno*. Iob. XL, 5. *ἀνάλαβε δὲ ὕψος καὶ δύναμιν*, *indue* s. *assume* maiestatem et potentiam, h. e. *utere* ea. Sic et Sir. L, 12. *ἐν τῷ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν στολὴν δόξης*, cum *indueret* ille vestem gloriae. – עָלָה, *ascendo*. 2 Reg. II, 11. *ἀνελήφθη ἠλιοὺ ἐν συσσεισμῷ*, *ascendit* Elias in turbine in coelum, coll. Sir. XLVIII, 9. et 1 Macc. II, 58. – עָרַךְ, *ordino*. Ier. XLVI, 3. *ἀναλάβετε ὅπλα καὶ ἀσπίδας*, *assumite* arma et clypeos. Iudith. XIV, 3. *ἀναλαβόντες οὗτοι τὰς πανοπλίας αὐτῶν*, induentes hi gravem armaturam suam. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Sir. XLIX, 16. *ἀνελή-*

φθῇ ἀπὸ τῆς γῆς, *sublatus est* de terra, h. e. mortuus est. 2 Macc. II, 26. ἀναλαβεῖν εὐκοπίαν, ut *consequantur* facilitatem. Ib. VI, 23. ἀναλαμβάνειν λογισμὸν, consilium *sequi* in agendo. Tob. III, 6. ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμα, vitam *auferre*. Praeterea legitur quoque Dan. II, 5. sec. *Chis.* ἀναληφθήσεται ὑμῶν τὰ ὑπάρχοντα εἰς τὸ βασιλικὸν, bona vestra in fiscum regium *redigentur*, ubi in textu legitur בָּתֵּיכוֹן נְוָלִי יִתְּשָׂמוּן, *domus vestrae in sterquilinium ponentur*. Libere, sed egregie. Confer *Scharfenb.* ad h. l. et 2 Macc. III, 13. Iudith. XIV, 5. ἀναλαμβάνειν notat *prostratum humi manu apprehensum excitare ac erigere*. *Plutarch.* de *fraterno amore* T. II. pag. 484. A. ἀπώλεσεν τὴν οὐσίαν εἰς τὸ καίσαρος ταμιεῖον ἀναληφθεῖσαν. Alia dabunt *Valckenarii* notae ad *Herodot.* l. II. c. 149.

*'ΑΝΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ 'ΡΗ͂ΣΙΝ, *loquor.* Iob. XXXIV, 31. ubi כִּי אֶל־אֵל הֶאָמַר נָשָׂאתִי, *quia ad Deum, qui dicit, peperci*, *Symm.* transtulit: ὅτι πρὸς τὸν θεὸν ῥῆσιν ἀνέλαβον, quia ad Deum sermonem habui. Coniunxit נָשָׂאתִי cum אָמַר, cuius loco legit אֹמֶר vel אֵמֶר.

'ΑΝΑΛΑ'ΜΠΩ, *reluceo, splendeo.* הִגִּיהַּ Hiph. a נָגַהּ, *illumino, illustro. Inc.* 2 Sam. XXII, 29. - לֹא כָהָה, *non caligo.* Ies. XLII, 4. ἀναλάμψει, quod de *studio non defervescente* h. l. explicandum erit. - נָשָׂא, *attollo.* Iob. XI, 15. οὕτως γὰρ ἀναλάμψει σου τὸ πρόσωπον. Sensum expresserunt. *Faciem attollere* dicitur is, qui a conscientiae morsibus liber neminem metuit, ac omnes libere aspicere valet. In hoc quoque est ἀνάλαμψις seu λάμψις τοῦ προσώπου. - צָלַח, *irruo.* Amos. V, 6. ὅπως μὴ ἀναλάμπῃ ὡς πῦρ ὁ οἶκος. *Vulg. comburatur.* Ita et *Syrus* ac *Chaldaeus.* E sententia *Baueri* legerunt יִצָּרֵב. Mihi autem videntur potius in mente habuisse צָלָה *assare.* Sap. III, 7. ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσιν, in tempore visitationis *fulgebunt*, sicut stellae seu sol, coll. Matth. XIII, 43., h. e. summa dignitate ac felicitate conspicui erunt. 2 Macc. I, 22. ὅτε ἥλιος ἀνέλαμψε, cum sol *reluxisset.*

'ΑΝ'ΑΛΓΗΤΟΣ, *carens dolore, is qui sine curis vivit,* unde phrasis: ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος, *suavis et carens dolore,* i. e. *qui suaviter et sine dolore vivit.* דְּבַר שְׂפָתַיִם, *verbum labiorum.* Prov. XIV, 23. ὁ δὲ ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος ἐν ἐνδείᾳ ἔσται: ubi nimium a vero sensu verborum hebraicorum aberrarunt, quam ut versionis eorum rationem reddere valeam. *Hesych.* ἀνάλγηται, ἀνηλεεῖς ἢ ἀμέριμνοι.

'ΑΝΑΛΕ'ΓΩ, *colligo, recolligo.* לִקֵּט Pih. idem. 1 Sam. XX, 37. ἀνέλεξε τὰς σχίζας, *collegit* sagittas. 3 Macc. II, 22. ἀναλεξάμενος ἑαυτὸν, *recolligens seipsum*, h. e. *vires recipiens.*

'ΑΝΑΛΕΓΩ ΛΟΓΟΝ, *excipio sermonem.* חָלַט, *praecise cognosco.* 1 Reg. XX, 33. ἀνελέξαντο τὸν λόγον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, *excipiebant* sermonem ex ore eius. *Vulg. rapuerunt verbum ex ore eius.* Arab. خلط *festinare* notat.

'ΑΝΑΛΕΙΨΙΑ, *defectus unctionis.* מִשֶּׁמֶן *de oleo, oleum. Symm.* Ps. CVIII, 24. ἀπὸ ἀναλειψίας, a defectu unctionis. Scilicet מִן haud raro de *privatione* aut *defectu* explicandum est. Augenda sunt hac voce Lexica, quae tantum adiectivum ἀνάλειπτος agnoscunt.

'ΑΝΑΛΕΚΤΗΡΙΟΝ, *collectorium, pera pastoralis.* יַלְקוּט, idem, a לָקַט *colligo,* quod pastores illuc cibum reliquasque res necessarias congerunt. *Aqu.* 1 Sam. XVII, 40. *Iosephus* A. I. VI, 10. habet πήραν ποιμενικήν. Caeterum haec vox, quae in Lexicis desideratur, ad etymologiam vocis hebraicae ab *Aquila* ficta esse videtur.

'ΑΝΑΛΗΜΜΑ, *altitudo,* it. *munimentum, edita structura, pars munimenti, quae lorica dicitur.* מִלּוֹא, nomen proprium loci muniti in urbe Hierosolymitana. 2 Par. XXII, 8. κατίσχυσε τὸ ἀνάλημμα τῆς πόλεως δαβίδ, instaurabat munimentum urbis David. Sir. L, 2. ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου ἱεροῦ, *munimen* excelsum ambitus templi. *Camerario* ad h. l. ἀνάλημμα est *erectio,* seu *explanatio,* ut et apud *Vitruvium* horologiorum. *Suid.* Ἀνάλημμα, ὕψωμα, στήριγμα.

'ΑΝΑΛΗΠΤΕΟΝ 'ΕΣΤΙ, *assumendum est,* ab ἀναλαμβάνω, *assumo.* 2 Macc. III, 13. εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληπτέα ταῦτα εἶναι, in fiscum regium ea *redigenda* esse. Conf. supra s. v. ἀναλαμβάνω in fine.

'ΑΝΑΛΗΜΠΤΗ͂ΡΕΣ, vel 'ΑΝΑΛΗΠΤΗ͂ΡΕΣ, *forcipes,* vel, ut alii volunt, *haustra.* Ad quam vocem hebraicam referri debeat, non ita certum est. 2 Reg. XXV, 14. ἀναληπτῆρας in versione *Symm.* a *Montf.* in *Hex.* relatum est ad יָעִים, *scopas,* ubi *Vulgatus trullas* habet. Potest tamen ibi quoque referri ad הַכַּפּוֹת, *cochlearia.* Idem valet quoque de altero loco *Aqu.* ac *Theodot.* Ier. LII, 18. ubi videndus *Montf.*

'ΑΝΑΛΙΣΚΩ, *consumo.* אָכַל, *edo, consumo. Symm.* Ps. XVII, 9. LXX Ier. L, 7. ἀνήλισκον αὐτούς, *comederunt* eos. Ez. XV, 4. ἀναλίσκει τὸ πῦρ, *consumit* ignis, coll. v. 5. XIX, 12. Ioel. I, 19. – הוֹסִיף Hiph. a יָסַף, *addo, adiicio.* Prov. XXIII, 28. πᾶς παράνομος ἀναλωθήσεται, omnis transgressor *destruetur.* Illud ἀναλωθήσεται petitum est a *perdendi* notione, quam יָסַף cum אָסַף, סוּף et סָפָה communem habet. – *הִכְרִית Hiph. a כָּרַת, *exscindo.* Lev. XXVI, 22. sec. *Oxon.* – חוּשׁ, *festino. Symm.* Coh. II, 25. ἀναλώσει, quae tamen vox potius ad יֹאכַל eiusdem commatis referenda est, ut iam monuit *Doederleinius* in *Scholiis* ad h. l. Sed חוּשׁ in l. chald.

notat *sentire*, *sensibus percipere*. Fortasse hanc notionem respexit *Symmachus*. - כָּלָה, כלה Kal et Piel, *consumo*. *Symm.* Iob. VII, 8. 9. et Ps. LXX, 13. LXX Gen. XLI, 30. ἀναλώσει ὁ λιμὸς τὴν γῆν, consumet fames terram. Ies. XXXII, 10. ἀνήλωται ὁ τρυγητὸς, consumta est vindemia. - כָּרַת, *abscindo*. Neh. I, 15. συντετέλεσται, ἀνήλωται. - לָבִיא, *leo immanis*. *Theod.* Ps. LVI, 3. - *מָסַס in Hiph. *liquefacio*. *Inc.* Ps. XXXVIII, 14. - *לָהַט *ardeo*, *flammo*. *Theod.* Ps. LVI, 5. Sensum expressisse videtur. Fortasse tamen loco לֹהֲטִים legit לֹהֲמִים a لهم *deglutivit avide*. - *סָבַב, *circumeo*. Ios. VI, 3. ubi *Montf.* in margine cod. *Coisl.* haec adscripta invenerat: Οἱ λοιποὶ - - ἀναλώσατε τὴν πόλιν κύκλῳ τῆς πόλεως. Sed pro ἀναλώσατε rescribendum esse κυκλώσατε, et res ipsa clamat, et aliorum Codd., ut *Oxon.* ac *Basil.*, auctoritas confirmat, in quibus diserte κυκλώσατε scriptum legebatur. - סוּף, *deficio*, *consumor*. Ies. LXVI, 17. Drac. v. 16. ἀνήλουν αὐτὰ, *consumebant* illa. Formatur ab ἀναλόω.

*'ΑΝΑ'ΛΛΑΓΜΑ. Vide infra s. v. ἀντάλλαγμα.

*'ΑΝΑΛΟΓΙ'Α, *comparatio*, *proportio*, ut *Cicero* explicat de *universo* cap. 4. Interpres graecus, cuius fragmentum in *Cod. Lips.* margine legitur, Lev. XXVII, 18. verba: עַל־פִּי הַשָּׁנִים הַנּוֹתָרֹת, *super os annorum residuorum*, s. *pro ratione annorum reliquorum*, ita transtulit: κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἐτῶν τῶν ὑπολειφθέντων. Haec *Symmacho* vindicanda esse, *Scharfenbergius* recte opinatus est in *Animadv.* ad Genes. XLVII, 12. Vide *Kreyssigii Symbol.* P. I. p. 7.

'ΑΝΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, *recogito*, *mecum reputo*. חָשַׁב, *cogito*, *reputo*. *Symm.* Ps. LXXVI, 16. ἀνελογιζόμην, *recogitabam*. - פָּנָה *respicio*. *Symm.* sec. *Caten. MS. Iobi* in *Bibl. D. Marci* n. 21. Iob. XXI, 5. ἀναλογιζόμενοι τὰ κατ' ἐμέ. Adde 3 Macc. VII, 7.

'ΑΝΑ'ΛΟΓΟΣ, *proportione respondens*, *consentaneus*. לְעֻמַּת, *e regione*. *Symm.* Cohel. VII, 15. ἀνάλογον τούτου, huic *consentaneum*.

'ΑΝΑΛΟ'ΓΩΣ, *convenienter*. Sap. XIII, 5. ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται, per analogiam generator seu creator eorum conspicitur. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἀναλόγως, κατὰ τὸ μέτρον τῆς τῶν δεχομένων δυνάμεως. *Hesych.* Ἀναλόγως, ἴσως.

"ΑΝΑΛΟΣ, *sine sale*, *insulsus*, *insipidus*. תָּפֵל, *caementum inconditum*. *Aqu.* Ez. XIII, 10. XXII, 28. ἀνάλῳ, *re insulsa*. Confer *Drusium* in *Fragm.* p. 593. - קָלִי, *tostum*. *Inc.* Lev. XXIII, 14. *Montf.* ad h. l.: Forte melius legatur αὔαλα (aut potius αὐαλέα. *Hesych.* αὐαλέον, λίαν ξηρόν.), *arefacta*, *sicca*, quae interpretatio apprime quadrat cum voce קָלִי.

’ΑΝΑΛΥ’Ω, *solvo, discedo, abeo, revertor, reduco.* *שׁוּב, *revertor. Inc.* Ios. XXII, 8. Tob. II, 9. ἀνέλυσα θάψας, *domum redii* e sepultura mortuorum. Male, ut videtur, *Bielius* transtulit: *iterum abii* ad sepeliendum mortuos. Iudith. XIII, 1: ἐσπούδασαν ἀναλύειν, festinantes *abibant.* 3 Esdr. III, 3. Sap. II, 1. Sir. III, 15. ὡς εὐδία ἐπὶ παγετῷ, οὕτως ἀναλυθήσονταί σου αἱ ἁμαρτίαι, sicut serenitate diei glacies solvitur, ita solventur peccata tua; ubi ἀναλύειν τὰς ἁμαρτίας est *remittere, condonare peccata, auferre peccatorum poenas. Syrus:* ܠܡܫܒܩܘ ܚܛܗ̈ܝܢ *ad abolenda peccata.* Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. pag. 285. Sap. V, 13. divisus sagitta aer εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, statim in se ipso resolutus redit, aut in statum pristinum redit. Nisi fortasse legendum est ἀνεκλείσθη, *in se quasi clauditur, unitur et coit.* Ita *Vulg.*, qui habet: *reclusus est. Grotius* substituendum coniecit ἀνεληλύθεν. Ibid. XVI, 14. οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴν παραλειφθεῖσαν, nec *revocare* aut *reducere poterit* (nempe *occisor*) animam, quae recepta est. Posset tamen quoque legi ψυχὴ παραλειφθεῖσα. 2 Macc. IX, 1. ἀναλελυκὼς ἀκόσμως ἐκ τῶν κατὰ τὴν περσίδα τόπων, Antiochus inglorius *discessit* ex Persia. Ibid. XII, 7. ἀνέλυσεν ὡς πάλιν ἥξων, *discedebat*, tanquam iterum reversurus. Ib. XV, 28. μετὰ χαρᾶς ἀναλύοντες, cum gaudio *discedentes.* Confer *Periz.* ad *Ael. V. H.* IV, 23. et *Lex. N. T.* s. h. v.

’ΑΝΑ’ΛΩΣΙΣ, *consumtio.* אָכְלָה, *esca* vel *comestio.* Ez. XV, 4. 7. εἰς ἀνάλωσιν, ad consumtionem. Sermo ibi est de igne. – מְגֵרָה, *perditio.* Deut. XXVIII, 20. Potest tamen ibi ἀνάλωσις quoque ad מְהוּמָה referri, quod *Vulg.* per *esuriem* transtulit. Drac. 1. περὶ δράκοντος ἀναλώσεως, de draconis *destructione.*

’ΑΝΑΜΑΡΤΗΣΙ’Α, *innocentia, integritas vitae.* נִקָּיוֹן, *innocentia. Symm.* Ps. LXXII, 13.

’ΑΝΑΜΑ’ΡΤΗΤΟΣ, *peccati expers, innocens.* צְמֵאָה foem. a צָמֵא, *sitiens.* Deut. XXIX, 19. μὴ συναπολέσῃ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν ἀναμάρτητον, ne peccator una perdat innocentem. Libere verterunt. Nam *sitiens* est h. l. *sobrius, qui abstinet a voluptatibus huius saeculi, adeoque est peccati expers.* Conf. *Schultensius* in *Origg. hebr.* p. 173. 2 Macc. VIII, 4. τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων, infantum *innocentium.* Vide et 2 Macc. XII, 42.

*’ΑΝΑΜΑΡΥΚΑ’ΟΜΑΙ, i. q. ἀναμασάομαι, *rumino, renovo mandendo.* Legitur haec vox a *Bielio* omissa Lev. XI, 26. ubi pro וְגֵרָה אֵינֶנָּה מַעֲלָה, *et ruminationem non ascendere faciens* in Cod. *Alex.* legitur: καὶ μηρυκισμὸν οὐκ ἀναμαρυκᾶται. Reliqui libri habent μηρυκᾶται. Eadem varietas lectionis est quoque Deut. XIV, 8. Legitur quoque haec vox apud *Chry-*

sostomum in *Genes.* I, 215, 39. κινοῦντες καὶ ἀναμαρυκώμενοι, ubi codices nonnulli habent ἀναμηρικώμενοι. V. *Stephani Thes. App.* c. 420. E. Vox altera ἀναμηρυκάομαι legitur apud *Lucian. Somn.* p. 709. D.

ʼ*ANAMEʹNΩ*, *exspecto*, item *permaneo*, *tardo*. יָחַל, *sperare facio*, etiam *firmiter spero*, *exspecto*. *Symm.* 1 Sam. XIII, 8. *Aqu.* Ps. XLI, 6. – הִכְתִּיר, *Hiph.* a כָּתַר, *cingo corona*. *Aqu.* Prov. XIV, 18. ex usu linguae Chaldaicae, in qua כַּתַּר *exspectare* notat. Confer Iob. XXXVI, 2. – קָוָה Pih. *exspecto*. Iob. VII, 2. ὥσπερ μισθωτὸς ἀναμένων τὸν μισθὸν αὐτοῦ, sicut mercenarius, qui exspectat mercedem suam. Ies. LIX, 11. Ier. XIII, 16. ἀναμενεῖτε εἰς φῶς, exspectabitis lucem. Adde *Symm.* Ps. XXIV, 5. et *Inc.* Ps. XXXIX, 2. – שִׁלֵּשׁ Pihel *triplico*. *Aqu.* 1 Sam. XX, 19. τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς, tres dies remanebis: ubi tamen omnis erroris evitandi causa monendum est, non simplex ὑπομένειν hebraico שִׁלֵּשׁ respondere, sed totam formulam τρεῖς ἡμέρας ἀναμένειν spectandam esse. Iudith. VII, 10. ἀνάμεινον ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς σου, *permane* in castris tuis. Ibid. VIII, 16. ἀναμένοντες τὴν παρʼ αὐτοῦ σωτηρίαν. Sir. V, 8. μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, ne *differas* (*Eurip. Orest.* 1107. Vid. *Markland. ad Suppl.* 646. et 984.) conversionem tuam. 2 Macc. VI, 14. ἀναμένει μακροθυμῶν, patienter exspectat.

*ʼ*ANAMEʹΣON*, *per medium*, *in medio*, *inter*, pro ἀνὰ μέσον. מִבֵּין, *inter*. 2 Reg. XVI, 14. sec. *Vat.* – סְעִיף, *summitas*, *ramus*. Ies. LVII, 5. ἀναμέσον τῶν πετρῶν sec. *Vat.* Scilicet شعب est *divisit*, ב autem et פ haud raro permutantur.

ʼ*ANAMETAΞYʹ*, *inter*. בֵּין. *Aqu. Symm.* 1 Sam. XX, 3. *Thucyd.* I, 118. *Schol.*

ʼ*ANAMIʹΓNYMI*, *misceo*, *commisceo*. בָּלַל, idem. *Aqu.* Gen. XI, 9. – מָשַׁח, *ungo*. *Aqu.* Ex. XXIX, 2. Vnguenta enim sunt μίγματα. Fortasse tamen illud ἀναμεμιγμένας apud *Aquilam* potius ad antecedens בְּלוּלֹת *mixtas* referendum est. Sed non opus est hac coniectura, cum מָשַׁח cum בָּלַל h. l. diserte permutetur. – סִיג, *scoria*. Ez. XXII, 19. Sunt autem ἀναμεμιγμένοι h. l. qui, quasi *scoriae*, commixti adhaerent metallis. Habet praeterea סוג notionem *implicandi* e lingua arabica ساج et وسج. V. *Schultensium* ad Prov. XIV, 14. – עֲרַב in forma Chald. *misceo*. Dan. II, 41. 43. – רָסַס, *aspergo*. Ez. XLVI, 15. τοῦ ἀναμῖξαι τὴν σεμίδαλιν, ubi *Symm.* ἐπιῤῥάναι habet.

ʼ*ANAMIMNHʹΣKΩ*, *recordor*, *in memoriam revoco*. זָכַר, et הִזְכִּיר, *Kal* et *Hiph.* idem. *Symm.* Ps. XLI, 7. ubi tamen pro ἀναμιμνήσκομαι ex *Eusebio* et *Catena PP. GG.* T. I, pag. 778. reponendum est ἀναμιμνήσκωμαι, quae lectio et-

iam magis ad אַזְכִּרְךָ accedit. *Aqu.* Ps. LXII, 7. LXX Gen. VIII, 1. sec. *Vat.* ubi autem in *Alex.* et *Ald.* μνάομαι legitur. Ib. XLI, 9. τὴν ἁμαρτίαν μου ἀναμιμνήσκω σήμερον, recordor hodie peccati mei. Ex. XXIII, 13. οὐκ ἀναμνησθήσεσθε. Num. V, 15. θυσία μνημοσύνου ἀναμιμνήσκουσα ἁμαρτίαν, victima recordationis, in memoriam revocans peccatum. Num. XV, 39. ubi cum μιμνήσκομαι in codd. permutatur. 2 Sam. XX, 24. permutatur in codd. cum ὑπομιμνήσκειν, ac significat *a commentariis esse.* 1 Reg. IV, 3. ἀναμιμνήσκων, *commemorans* vel *a commentariis.* Sic legitur quoque apud *Aqu.* 2 Sam. VIII, 16. et Ies. XXXVI, 3. in *March*, ubi in reliquis libris editis legitur ὑπομνηματογράφος. - *זֵכֶר, *memoria. Symm.* Ps. XXIX, 5. ἀναμιμνήσκοντες, ubi *Aqu.* μνημόσυνον posuit. Praeterea legitur apud LXX Iob. XXIV, 19. εἶτ' ἀνεμνήσθη (sec. *Vat.* In *Alex.* legitur εἶτα ἐμνήσθη) αὐτοῦ ἡ ἁμαρτία, quae vulgo referunt ad שְׁאוֹל חָטָאוּ, *sepulcrum peccaverunt*, ut nempe legerint: שְׁאוּל חָטָאוּ. Sirac. III, 14. ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἀναμνησθήσεταί σου, in die afflictionis tuae recordabitur tui, h. e. eleemosyna tui memoriam refricabit Deo, nempe ad tuum commodum et praemium: ubi confer vers. *Arab.*

'ΑΝΑ'ΜΝΗΣΙΣ, *memoria*, *recordatio.* אַזְכָּרָה, idem. Lev. XXVII, 7. - הַזְכִּיר in f. Hiph. a זָכַר, *in memoriam revoco, recordor.* Ps. XXXVII, 1. et LXIX, 1. - זִכָּרוֹן, *memoria.* Num. X, 10. - זֵכֶר, *memoria. Symm.* Ex. III, 15. et Ps. VI, 5. ac *Inc.* Ps. CXXXIV, 13. Sap. XVI, 6. εἰς ἀνάμνησιν ἐντολῆς νόμου σου: ubi ἀνάμνησις non simpliciter *recordationem* notat, sed eam, quae cum observantia coniuncta est. Conf. Prov. III, 1.

'ΑΝΑΜΟΝΗ', *patientia, patiens exspectatio.* - *תְּהִלָּה, *laus, materia laudandi. Symm.* Ps. LXX, 6. ubi sine dubio תוֹחֶלֶת, aut תְּחִילָה, a יָחַל, *speravit, exspectavit*, legit. - תוֹחֶלֶת, *spes, exspectatio. Symm.* Ps. XXXVIII, 8. *Hesych.* Ἀναμονή, μακροθυμία.

*'ΑΝΑΜΟΧΛΕΥ'Ω, *vectibus submoveo, emolior.* 4 Macc. X, 5.

'ΑΝΑΜΦΙΣΒΗΤΗ'ΤΩΣ, *indubitanter, sine controversia.* 3 Esdr. VI, 30. ubi respondet chald. דִּי לָא שָׁלוּ, *ut non cessatio.* Esdr. VI, 9. quod LXX verterunt ὃ ἐὰν αἰτήσουσιν. *Iosephus A. I.* XI. c. 4. p. 558. ed. *Hav.* καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ἂν οἱ ἱερεῖς ὑπαγορεύσωσιν. *Dionys. Hal. de v. sept. cons.* c. 3. p. 425. ed. *Reisk.* τῆς σαφηνείας ἀναμφισβητήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. Confer *Bretschneiderum* l. c. p. 54. - Adiectivi ἀναμφισβήτητος exempla sunt a *Scotto* in *Append.* ad *Thes. Stephani* prolata.

*"ΑΝΑΝΔΡΟΣ, *parum virilis*, *effoeminatus*, *mollis.* 4 Macc. V, 31. VI, 21. Hinc ἀνανδρεία apud *Dion. Cass.* p. 473, 48. *Reim. Hesych.* ἄνανδρος, ἀσθενής.

*'ΑΝΑΝΕΑ'ΖΩ, *renovo, instauro.* 4 Macc. V, 31. ἀνανεάζειν τὸν λογισμὸν, *iuvenem quasi reddere* rationem. Ibid. VII, 13.

'ΑΝΑΝΕΟ'Ω, *renovo.* *דָּלָה, *in altum traho et eveho. Aqu.* Ps. XXIX, 2. ἀνανέωσάς με, ex varietate lectionis. *Kreyssigius Symbol.* P. III. p. 6. ἀνανέωσάς με fragmento *Symmachi* ἀνεζώωσάς με, quod v. 4. in *Hex.* profertur, originem suam debere statuit. Sed mihi videtur haec vox versio alius interpretis esse, qui libere nec male sensum expressit. – חדשׁ, *renovo, instauro. Symm.* Iob. XXIX, 20. Esther. III, 13. ἀνανεώσασθαι τὴν εἰρήνην. 1 Macc. XII, 1. ἀνανεώσασθαι τὴν φιλίαν, coll. III, 10. 16.

'ΑΝΑ'ΝΕΥΣΙΣ, *repulsa, renutus,* item iuxta *Hesych.* ἀναβίωσις, ἀνάπαυσις, ἀνάνηψις, *reditus ad vitam, requies, evigilatio.* חַרְצֻבּוֹת plur. a חַרְצֹב, *vincula.* Ps. LXXII, 4. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, quae versio in mendo cubare plerisque visa est, ac variis modis explicatur. *Scholiasta graecus* in ed. *Romana:* ἀνάνευσις, λέγει τὴν μνήμην τοῦ θανάτου. καὶ ἄλλος. ἀνάνευσις τὴν ἀπαγόρευσιν δηλοῖ. *L. Bos.* in *Prolegg.* c. 3. et in *anim.* ad *auctt. graec.* p. 123. auctoritatem versionis *Arabicae* (ubi est راحات *requies*) ac *Hesychii* secutus, transtulit: *non est enim requies in morte eorum,* ut ἀνάνευσις sit i. q. ἀνάπαυσις. In *Psalterio Rom. Coislin. Mediolan.* et *Breviario Mozarabico* legitur: *non est declinatio,* quam lectionem *Hieronymus* reiicit lib. IV. de *interpell. Davidis* cap. 3. et legendum putat: *non est reclinatio morti eorum. Ferrandus* et *Belangerus* arbitrantur, LXX Intt. (cf. *Symm. Theod. Hieron.* et *Chald.*) חֶשְׁבּוֹן legisse, interpretante inprimis scholiasta graeco vocem ἀνάνευσις per μνήμην θανάτου. *Genebrardus* ait, LXX fortasse dedisse ἀνάδεσις, *religatio, constrictio. Vulgatus: non est respectus* (hic legi fortasse posse *despectus* ex graeca voce putat *Genebrardus*) *morti eorum,* h. e. mortem non considerant et respiciunt, non afficiuntur timore mortis. *Toupius* in *emendatt. in Hesychium* P. II. p. 537. ἀνάπνευσις legendum coniicit. Vide *Starcke Carmina Davidis* Vol. I. p. 61. seq.

'ΑΝΑΝΕΥ'Ω, *renuo.* הֵנִיא *Hiph.* a נוּא, *frango, irritum, facio.* Num. XXX, 6. ἐὰν δὲ ἀνανεύων ἀνανεύσῃ ὁ πατὴρ αὐτῆς, si renuens renuat pater eius. Vide et v. 9. ac 12. – *כָּבֵד, *grave, aggravatum est. Symm.* Ex. VII, 14. ἀνένευσεν. Sed recte dubitat *Scharfenbergius* in *anim.* ad h. l., an hoc verbum sit suo loco collocatum, nec potius referendum ad מֵאֵן *renuit* in sequentibus, adeoque *Aquilae* potius vindicandum, quam *Symmacho.* – מאן, *renuo,* Pih. *Aqu.* Ex. IV, 23. et Ps. LXXV, 3. *Aqu.* Ps. LXXVI, 3. ubi ἀνένευσε in *Catena PP. GG.* T. II. p. 582. per ἀπηρνήσατο explicatur. LXX Ex.

XXII, 17. et Neh. IX, 17. *Hesych.* ἀνανεύει, οὐ συντίθεται πρός τι. Idem: ἀνανεύων, παραιτούμενος.

'ΑΝΑΝΕ'ΩΣΙΣ, *innovatio, renovatio.* *חָדָשׁ, *recens, novus. Symm.* Iob. XXIX, 20. ἡ δόξα μου ἀνανεώσει παροῦσά μοι, gloria mea renovatione (h. e. semper renovata) praesens mihi erit. *Vulg. gloria mea semper innovabitur.* 1 Macc. XII, 17. ἐπιστολὰς περὶ τῆς ἀνανεώσεως καὶ τῆς ἀδελφότητος ἡμῶν, epistolas de renovatione fraternitatis seu amicitiae nostrae. Confer supra s. v. ἀνανεόω. Adde *Iosephum A. I.* XII, 7, 7. p. 617. et *Thucyd.* VI, 82.

'ΑΝΑΝΤΙ'ΡΡΗΤΟΣ, *irrefutabilis.* לֹא יֵעָנֶה, *non respondebitur. Symm.* Iob. XI, 2. ubi ἀναντίῤῥητος dicitur *is, cui non respondetur* aut *contradici debet.* Ib. XXXIII, 13.

'ΑΝΑΝΤΛΕ'Ω, *haurio,* deinde, ut lat. *exantlo, perfero. Dionys. Hal. Ant.* pag. 658, 1. et 1627, 1. ἀνήντλησα πόνους. נָקַף Pih. *concido, perfodio.* Iob. XIX, 25. ἀναστήσεται τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν. Vox ἀναντλοῦν quomodo exprimat hebraicum נִקְּפוּ, cum doctissimis Intt. ignorare fas est. *Hispani editores* dederunt ἀνατλοῦν, in qua scriptura vitiosa latere videtur lectio genuina ἀνατλῶν vel ἀνατλᾶν. Praeter *Origenem* enim sic legisse videntur *Latini* veteres, qui reddunt: *quae haec patitur, quae portavit haec, quod* (sc. *corium*) *passum est.* Non dissimilis confusio verborum ἀνάτλημι et ἀναντλέω occurrit Prov. IX, 12. ubi pro μόνος ἀντλήσεις legendum est vel ἂν τλήσεις (ut *Grabius* volebat in *Prolegg.* T. IV. c. 4. §. 3.) vel melius forte μόνος ἀνατλήσεις. Iam sensus erit: resurget corpus meum exantlatis laboribus ac molestiis huius vitae. Caeterum vox ἀναντλέω legitur apud *Strabonem Geogr.* III. p. 218.

'ΑΝΑΞΑΙ'ΝΩ, *refrico, rursum carmino.* חַרְחַר Pih. a חָרַר, *accendere. Aqu. Theod.* Prov. XXVI, 21. Sermo ibi est de dissidio ac litibus, de quibus ἀναξαίνεσθαι, *recrudescere,* speciatim adhibetur. Vide *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v.

'ΑΝΑΞΗΡΑΙ'ΝΩ, *exsicco.* חָרַב, idem. *Aqu.* Prov. XVII, 1. LXX Ier. L, 27. - יָבֵשׁ, *exaresco.* Hos. XIII, 15. Sir. XIV, 9. ἀδικία πονηρὰ ἀναξηραίνει τὴν ψυχήν. Dicitur hoc de avaro et lucri cupido, vel hoc respectu, quod animam suam misere discruciat, dum partim semper appetit nec tamen potitur optatis, partim cruciatibus animi sibi male conscii vexatur, vel quatenus omnem plane humanitatem exuit, aliorumque mala ac miseriam ne sentit quidem, quo sensu et nos dicere solemus: *Sein Herz ist ganz vertrocknet. Syrus* habet: *predit animam suam. Vulg. donec consumat arefaciens animam suam.* Caeterum vox ἀναξηραίνειν occurrit apud *Herodot.* VII, 109. p. 415. et *Hippocrat.* de *dieb. iudicat.* p. 58, 3.

'ΑΝΑ'ΞΙΟΣ, *indignus.* זולל, *vilis.* Ierem. XV, 19. ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον ἀπὸ ἀναξίου, si bonos a *malis* separas, dignos praemiis ac aestimatione ab *indignis.* Sir. XXV, 11. ὃς οὐκ ἐδούλευσεν ἀναξίῳ αὐτοῦ, qui non servit *viliori se*, aut *ei qui caret discretione et iudicio*, coll. Prov. XXX, 21.

'ΑΝΑΞΙ'ΩΣ, *indigne, immerito.* חִנָּם. Ps. LXVIII, 5. *Symm.* ἀναξίως ex *Eusebio.* Sed *Eusebius* in Comm. ad h. l. *Symmacho* rectius tribuit ἀναιτίως, qua voce vulgo pro hebraico חִנָּם uti solet. Ita quoque legendum coniecit *Semlerus.* Potest tamen etiam ἀναξίως, per se spectatum, locum habere ob locum 2 Macc. XIV, 42. ubi legitur ἀναξίως ὑβρισθῆναι, *indigne* contumeliam pati.

'ΑΝΑΞΥΡΙ'Σ, *subligaculum.* In plur. ἀναξυρίδες, *feminalia, tibialia, braccae.* סַרְבָּלִין chald. idem. *Symm.* Dan. III, 21. *Hesych.* Ἀναξυρίδες, φεμινάλια, βρακία βαρβαρικὰ, ἔνδυμα (num legendum βρακία, βαρβαρικὰ ἐνδύματα?) ποδῶν, ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικά. *Gloss.* in *Octat.* Ἀναξυρίδες, βρακία ἢ βαρβαρικὰ ἐνδύματα. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἀναξυρίδες, βρακία. Plura de *anaxyrisin* vide apud *Salmasium* ad *Lamprid.* pag. 977. *Brissonium de regno Persar.* lib. I. §. 63. *Olearium not.* ad *Philostrat.* pag. 34. *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* XII, 32. et alios, quos laudat *Iungermannus* ad *Pollux.* lib. VII. cap. 13. segm. 59. pag. 728. Vide quoque infra in voce Ζαράβαρα.

'ΑΝΑΠΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *renuncio.* הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *indico.* 2 Sam. VI, 12. ἀναπηγγέλη τῷ βασιλεῖ.

'ΑΝΑΠΑ'ΛΙΝ, *iterum, e contrario.* Sap. XIX, 20. ubi ἀναπάλιν *e contrario* notat. *Gloss. MSS. in Sap. Salom.* Ἀναπάλιν, ἐκ τοῦ ἐναντίου.

'ΑΝΑ'ΠΑΥΜΑ, *requies.* מְנוּחָה, *quies.* Ies. XXVIII, 12. τοῦτο τὸ ἀνάπαυμα, haec est vera *requies.* *Orph. Hymn.* 98. v. 10.

'ΑΝΑ'ΠΑΥΣΙΣ, *requies, locus quietis.* הַשְׁקֵט, nomen ex infin. Hiphil a שֶׁקֶט, *tranquillitas.* Ies. XXXII, 17. κρατήσει ἡ δικαιοσύνη ἀνάπαυσιν, iustitiae praemium erit *tranquillitas* seu *pax.* - מָנוֹחַ, *quies.* Gen. VIII, 9. οὐχ εὑροῦσα ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν, non inveniens columba, *ubi requiescere possit.* Ruth. III, 1. οὐ μὴ ζητήσω σοι ἀνάπαυσιν, nonne tibi quaeram *locum, ubi perpetuo manere possis:* ubi de *matrimonio* sermo est, coll. I, 9. Ier. XXXIV, 14. Thren. I, 4. - מָנוֹחַ, idem. Ps. CXIV, 7. ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, redi, o anima mea, ad quietem tuam, h. e. *solatio* te erige. - מְנוּחָה, idem. Gen. XLIX, 15. ubi ἀνάπαυσις *terram alicuius* significat. Num. X, 33. *locus stationis*, scil. arcae foederis, coll. 1 Par. XXVIII, 2. 1 Par. XXII, 9. ἀνὴρ ἀναπαύσεως, vir *quietus*, h. e. *pacis amans ac studiosus.* Ps. XXII, 2. ὕδωρ ἀναπαύσεως, aquae *leniter fluentes*, seu:

ad quas recubare dulce est. Ib. CXXXI, 8. ἀνάπαυσις, *sedes quietis.* Ies. XI, 10. Ier. XLV, 3. Mich. II, 10. *Aquila* Zach. IX, 1. – *מֵסַב, *circuitus, ambitus circularis. Symm.* Cant. I, 12. ubi מֵסַב de *coenaculo*, ubi convivae mensae rotundae assident, (coll. 1 Sam. XVI, 11.) sine dubio intellexit, aut de notione *refrigerii*, quae adhuc in lingua chaldaea superest, cogitavit, ut ἀνάπαυσις sit h. l. *domus aestiva,* seu *illa pars domus, ubi Orientales aestus evitandi causa versari solebant.* Priorem explicationem suadet vox ἀνάκλισις, qua *Aqu.* et LXX h. l. usi sunt. Caeterum loco ἐν ἀναπαύσεσιν apud *Symm.* legere mallem: ἐν ἀναπαύσει αὐτοῦ. – מִשְׁתֶּה, *convivium.* Esther. IX, 18. ἦγον αὐτὴν ἡμέραν ἀναπαύσεως. Vox ἀναπαύεσθαι de *omnis generis otio*, adeoque etiam de *conviviis* adhibetur. Confer Luc. XII, 19. ac vide *Lex. N. T.* s. h. v. – נוּחַ, *quiesco.* Ies. LIII, 12. – *נִיחוֹחַ, *quies. Aqu.* Lev. I, 9. sec. *Coisl.*, qui deduxit a נוּחַ *quiescere.* Vnde etiam apparet, Lev. XXIII, 18. et Num. XV, 3. ignotum interpretem esse *Aquilam.* Vide *Scharfenb. anim.* P. I. p. 78. – נַחַת idem. Coh. IV, 6. πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως, parva bonorum portio cum *tranquillitate.* Ib. VI, 5. IX, 17. λόγοι σοφῶν ἐν ἀναπαύσει, sapientum consilia *placide prolata. Scholion graec.* ed. *Rom.* μετὰ προσηνίας. – נִסְתְּרָה דַרְכּוֹ, *part. Niph. foem. abscondita est via.* Iob. III, 23. θάνατος ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, mors hominem *ad quietem ducit*, sec. *Ald.* et *Compl.* In *Vatic.* legitur ἀνάπαυμα. Ita *Bielius* ac *Trommius.* Sed mihi verbis hebraicis *via abscondita* θάνατος potius respondere videtur, nam mors ducit homines in terram absconditam ac regionem tenebricosam. Ἀνάπαυσις autem tunc referendum esset ad אֲשֶׁר, pro quo אֹשֶׁר, *felicitas, beatitudo,* legerint. – רֵבֶץ, *cubile.* Ies. LXV, 9. εἰς ἀνάπαυσιν βουκολίων. – רֶגַע, *momentum.* Iob. VII, 18. εἰς ἀνάπαυσιν αὐτὸν κρίνεις. Habere potest hanc significationem vox רֶגַע, ut vel ex iis apparet, quae in *Lex. hebr. Simon.* s. v. רָגַע leguntur. Qui ad momenta tantum a Deo tentatur, h. e. malis afficitur, huic a Deo quoque requies ab his malis conceditur. Et hoc sine dubio voluerunt LXX. Ibid. XXI, 13. ἐν δὲ ἀναπαύσει ᾅδου ἐκοιμήθησαν. – *רְוָחָה, *respiratio. Aqu.* sec. cod. X. *Holm. Ex.* VIII, 15. – *רְוָיָה, *irrigua terra. Inc.* Ps. LXV, 12. Legit sine dubio רְוָחָה, a רָוַח *latus, spatiosus fuit.* – שַׁבָּת, *sabbatum*, item *septimana.* Levit. XXV, 8. ἑπτὰ ἀναπαύσεις, septem *sabbatorum annos.* – שֶׁבֶת *infin.* a יָשַׁב *sedere, sessio.* Ier. XXXVII, 28. Videtur hic ἀνάπαυσις significare *id, in quo aliquis spem suam ac fiduciam ponit.* Sic ἐπαναπαύεσθαι sumitur Rom. II, 17. – שַׁבָּתוֹן, *requies.* Ex. XVI, 23. XXXI, 14. XXXV, 2. ubi est *cessatio ab omni opere,* i. q. κατάπαυσις, cum quo h. l. permutatur in codd. Lev. XVI, 31. σάββατα σαββάτων ἀνάπαυσις ἔσται: ubi ἀνάπαυσις, recte omissum in *Compl.*, est sine dubio alius inter-

pretis, nam hebr. שַׁבָּתוֹן iam expressum fuit voce σαββάτων, quae mihi ipsa vox hebraica graecis literis expressa esse videtur. Scripserant LXX σάββατα σαββατων ἔσται ὑμῖν, ubi alius interpres pro σαββατων posuit ἀνάπαυσις, quod hic ex margine in textum irrepsit. Etiam αὕτη post ἀνάπαυσις mihi expungendum videtur. Sap. IV, 7. ἐν ἀναπαύσει, h. e. in *statu quietis et felicitatis, qui pios in altera vita manet.* Sir. XXIV, 7. *locus quietis,* s. *domicilium certum ac perpetuum.* Sir. VI, 29. *felicitas et tranquillitas animi,* quam largitur cultoribus suis sapientia, coll. Matth. XI, 29. Sir. XX, 22. *cessatio a peccato,* ubi vide antecedentia. Sir. XXXIII, 20. εὑρήσεις ἀνάπαυσιν, erit tibi cum eo requies, nihil tibi ab eo metuendum erit. Sir. XXXVIII, 14. *lenimentum,* quo medicus per pharmaca lenit dolores aegri. Sir. XL, 6. et 7. de *quiete nocturna.*

'ΑΝΑ'ΠΑΥΣΙΝ ΔΙ'ΔΩΜΙ, *requiem do.* נוּחַ, *requiesco.* Ies. XXV, 10. ubi נוּחַ in notione *Hiphilica* acceperunt.

'ΑΝΑ'ΠΑΥΣΙΝ ΠΟΙΕ'Ω, *requiem facio.* הֵנִיחַ *Hiph.* a יָנַח, *colloco.* Ies. XXVIII, 2.

'ΑΝΑΠΑΥ'Ω, *cessare facio, requiem affero, recreo.* 'ΑΝΑΠΑΥ'ΟΜΑΙ, *requiesco.* הִבְלִיג Hiph. *recreo me.* Iob. X, 20. ἀναπαύσασθαι μικρὸν, me paululum *recipere.* – הֵנִיחַ Hiph. a יָנַח *colloco.* Ies. XIV, 1. – הִרְגִּיעַ Hiph. *requiescere facio. Symm.* Ierem. XXXI, 2. LXX Deut. XXVIII, 65. οὐκ ἀναπαύσει σε, nullum quietum domicilium dabit. Ies. XXXIV, 14. Ier. XLVII, 6. ἀνάπαυσαι, subsiste. Sermo est de gladio. - יָשַׁב *sedeo.* Mich. IV, 4. – מְנוּחָה, *requies.* Ies. XXXII, 18. – נוֹחַ, *quies.* Neh. IX, 28. – נוּחַ, הֵנִיחַ, הוּנַח, Kal. Hip. Hoph. *quiesco, quiescere facio.* Ex. XXIII, 12. 1 Sam. XXV, 9. וַיָּנוּחוּ LXX sec. libros nonnullos ἀνέπαυσαν, pro quo in *Vatic.* legitur ἀνεπήδησε. Est emendatio mera ad textum hebr. ac necessario scribendum ἀνεπαύσαντο, *siluerunt, exspectantes* nempe *eius responsum. Οἱ λοιποὶ* habent ἐπαύσαντο. Conf. infra s. v. ἀναπηδάω. 1 Reg. V, 4. ἀνέπαυσε ἐμοὶ, *quietem* mihi *dedit.* 1 Par. XXII, 9. ἀναπαύσω αὐτὸν ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν, *tutum* illum *praestabo,* seu *liberabo* ab omnibus inimicis, coll. Ies. XIV, 3. Prov. XXIX, 17. ἀναπαύσει σε, *recreabit* te. Zach. VI, 8. ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου, animum meum *tranquillum reddiderunt.* Dan. XII, 13. sec. *Chis.* – נִחַם Niph. *poenitet me.* Ier. XLII, 10. Sensum expresserunt, et ἀναπαύεσθαι est h. l. Latinorum *acquiescere.* - נִשְׁעַן, *innitor,* Niph. Mich. III, 11. ἐπὶ τὸν κύριον ἀνεπαύοντο, in Deo spem suam ac fiduciam posuerunt. - *צַעֲנַנִּים a צָעַן *migravit.* Nomen proprium. Iud. IV, 11. πρὸς δρῦν ἀναπαυομένων. Ex nonnullorum sententia legerunt בְּשַׁאֲנַנִּים, ex mea vero opinione LXX aut dederunt ἀναπατουμένων, vel participium consimile, aut vocem deduxerunt a צָעָה, *inclinari, prosternere se.* - רָבַץ, et הִרְבִּיץ Kal et Hiphil, *cubo, cubare facio.* Gen. XXIX, 2. XLIX, 14. Ez.

XXXIV, 14. 15. - רָוָה, *respiro*. Iob. XXXII, 20. = *רָפָּה, *remitto me*. LXX sec. cod. *Alex*. aut potius *Inc. Int*. Iud. VIII, 3. coll. Ez. I, 24. ubi per καταπαύειν redditur. - שָׁאֲנַן Pih. *tranquille ago*. Ier. XLVIII, 11. ἀνεπαύσατο, quietus et tranquillus mansit, seu *pacem coluit*. - שָׁבַת, *cesso ab opere, quiesco*. Ex. XXIII, 12. Ies. XIV, 4. ἀναπέπαυται, *ad incitas redactus est*. - שָׁכַב, *cubo*. Num. XXIV, 9. - שָׁכַן, *habito*. *Inc*. Prov. I, 33. *Symm*. 2 Sam. VII, 10. LXX Deut. XXXIII, 20. Ies. LVII, 15. ἀναπαυόμενος, *habitans*. - שֶׁמֶן, *pinguedo*. Prov. XXI, 20. Loco וְשֶׁמֶן legit וְשֹׁכוֹן, cuius e literis כו intervallo non distinctis facile conflari מ potuit. - שָׁקַט et הִשְׁקִיט. Ies. XIV, 7. LVII, 20. Ez. XVI, 41. Dan. XIII, 37. sec. *Chis*. Sir. III, 5. ἀναπαύσει μητέρα, matri *gaudium et quietem animi conciliabit*. Ib. XVIII, 16. καύσωνα ἀναπαύσει δρόσος, ubi ἀν. κ. est *sedare, mitigare, temperare* calorem et aestum. Ib. XXII, 10. ἀνεπαύσατο, *ad quietem pervenit*, coll. XLVII, 23. ἀνεπαύσατο σολομὼν μετὰ τῶν πατέρων, h. e. *mortuus* seu *sepultus est*.

'ΑΝΑΠΕΙ'ΘΩ, *persuadeo*, ac sensu malo *decipio, seduco*. הֵסִית Hiph. a סוּת *incito*. *Inc*. et *Aqu*. Deut. XIII, 6. - הִשִּׁיא Hiph. a נָשָׁא *decipio*. Ier. XXIX, 8. μὴ ἀναπειθέτωσαν ὑμᾶς οἱ ψευδοπροφῆται, ne decipiant vos falsi prophetae. Sic et simplex verbum πείθειν et ἀπατᾶν apud *Euseb. H. E.* VI, 41. et *Chrysostom. Homil*. I. in *Ep. ad Philem*. pro synonymis ponuntur. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. 1 Macc. I, 12. ἀνέπεισαν etiam sensu malo accipiendum est. Vide quoque infra s. ἀναπίθω.

'ΑΝΑΠΕΙ'ΡΩ, *transadigo, transfigo, configo*. 2 Macc. XII, 12. ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι, ut gladiorum mucronibus configerentur. In ed. *Wechel*. vitiose legitur ἀναπειρᾶσθαι, unde in *Trommii Concordantias* ἀναπειράω venit. Adde *Herodot*. IV. 103. p. 255. et *Aristoph. Acharn*. v. 1006.

'ΑΝΑΠΕΤΑ'ΖΩ, *expando*. פָּרַשׂ, idem. Iob. XXXIX, 26. ἀναπετάσας τὰς πτέρυγας, expandens alas.

'ΑΝΑΠΗ'ΓΝΥΜΙ, *suffigo, suspendo*. הוֹקִיעַ Hiph. a יָקַע idem. *Aqu*. Num. XXV, 4. ἀνάπηξον αὐτοὺς, suspende illos. Voce hac utitur etiam *Aqu*. 2 Sam. XXI, 6. (ubi *Vulgatus* interpres de *crucifixione* interpretatus est) et 9. *Aristoph. Eccles*. v. 858. *Dion. Hal*. I, 242, 23. *Hesych*. Ἀναπῆξαι, ἀνεγεῖραι.

'ΑΝΑΠΗΔΑ'Ω, *subsilio*. נָבַע, *scaturio*. Prov. XVIII, 4. ποταμὸς δὲ ἀναπηδῶν, fluvius vero *scaturiens*: ubi *Aqu*. et *Symm*. ἀναβλύζων, *Theod*. ἀνομβρῶν. - נוּחַ, *quiesco*. 1 Sam. XXV, 9. ἀνεπήδησε. Si lectio sana est, (nam alii libri habent ἀνέπαυσαν, de quo supra dictum est) exprimit haec vox *indignationem*, qua correptus fuit Nabal, et quam etiam in se-

quentibus satis verbis exprimit. Qui enim aliquid audiunt ac vident, quod bilem ipsorum movet, subsilire aut resilire solent. Tunc autem etiam aliter legisse censendi sunt, nempe vel יָנוּד a נוּד *moveri, commoveri*, vel יָנוּס. Fortasse etiam vocem hebraicam a נוּעַ aut a נוּף deduxerunt, aut legerunt יָגוּחַ a גּוּחַ. – קוּם, *surgo*. 1 Sam. XX, 34. ubi ἀναπηδᾷν quoque notat *exsilire* seu *subsilire, prae ira et furore*. Tob. VI, 2. ἀνεπήδησεν ἰχθὺς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ. Ib. VII, 7. ἀνεπήδησεν, *exsiliit*, scil. *prae gaudio*.

ἈΝΑΠΗΔΥ'Ω, *scaturio, erumpo e scaturigine*. נָבַע, *scaturio*. Prov. XVIII, 4. ἀναπηδύει sec. *Vat*. Fortasse tamen legendum est ἀναπιδύει. *Ald*. ἀναπηδῶν habet.

ἈΝΑ'ΠΗΡΟΣ, *mancus, mutilus*. 2 Macc. VIII, 24. ἐν τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους, membris mutilatos. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesych*. ἀνάπηρος, πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης. *Suidas*: ἀνάπηρος, ὁ χωλὸς, ὁ καθ᾽ ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει τινὶ τοῦ σώματος.

*ἈΝΑΠΙ'ΘΩ. Vox nihili, quae tamen in *Hex. Origen.* apud *Symm.* Amos VII, 10. legitur, ubi ei pro קָשַׁר, *coniuravit, rebellavit*, tribuitur ἀνέπισεν, quod *Montf.* restituendum putat ἀνέδησεν, quia alias hanc vocem per ἐνδέειν transtulerit. Sed sine dubio legendum est ἀνέπεισεν, quod parum differt ab קָשַׁר, *conspirationem facere*, (Vide supra s. ἀναπείθω) aut ἀνέσεισεν ἄνταρσιν, *suscitavit coniurationem*.

ἈΝΑΠΙ'ΝΩ, *absorbeo*. נָשַׁת, *deficio*, Niph. vel Piel, *consumor*. *Aqu*. Ies. XIX, 5. ἀναποθήσεται ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης, *absorbebuntur* aquae a mari. Fortasse deduxit a שָׁתָה, *bibere*, quod etiam fecisse videntur h. l. LXX, qui voce πίνειν usi sunt. Adde *Hippocr.* de *prisca med.* p. 18, 9. et *de nat. pueri* p. 241, 42.

ἈΝΑΠΙ'ΠΤΩ, *accumbo, recumbo, recubo, concumbo*. כָּרַע, *incurvo me*. Gen. XLIX, 9. ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων, *procumbens* iacuit, ut leo. – נָטַשׁ, *diffundo me*. *Symm.* 1 Sam. XXX, 16. ἀναπεπτωκότες, *diffusi* in superficie omnis terrae *discumbebant*, qua voce h. l. *Vulgatus* usus est. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. – שָׁכַב, *cubo*. *Symm.* Ps. LXVII, 14. – *שְׁלַב, *cohaesit, coniunctus fuit*, apud Chaldaeos. Ex. XXVI, 17. ἀναπίπτοντες (sc. ἀγκωνίσκοι) ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, *combinatae* una ad alteram. – *הִשְׂתָּרַע, Hithp. a שָׂרַע, *extendo me*. Ies. XXVIII, 20. ubi pro מֵהִשְׂתָּרֵעַ, *quam ut se extendere possit*, habent: εἰς τὸ μὴ ἀναπεσεῖν, ac sensum expresserunt. Tob. II, 1. ἀνέπεσα τοῦ φαγεῖν, coll. Iudith. XII, 15. Susann. 36. ἀνέπεσε μετ᾽ αὐτῆς, *rem habuit* cum ea.

ἈΝΑΠΛΑ'ΣΣΩ, *fingo, formo*. Sap. XV, 7. ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἀνεπλάσατο, de eodem luto *finxit*.

*ἈΝΑΠΛΗ'ΘΩ, *impleo*. מִלֵּא Pih. idem. Ex. XXXI, 3. ἀνέπλησα αὐτὸν πνεῦμα θεῖον σοφίας, *abunde instruxi* eum

spiritu divino sapientiae. 1 Reg. VIII, 10. νεφέλη ἀνέπλησε τὸν οἶκον sec. *Compl.*, ubi reliqui libri ἔπλησε habent. Eadem varietas lectionis reperitur quoque ib. v. 11. Sir. XLVII, 16. ἀνέπλησας ἐν παραβολαῖς αἰνιγμάτων, h. e. *plurima congessisti* aenigmata.

'ΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, *impleo, adimpleo, repleo, compleo.* הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *pertingo, pervenio.* Esther. II, 15. ἐν τῷ ἀναπληροῦσθαι τὸν χρόνον Ἐσθὴρ, cum ordo tangeret Estheram. - מָלֵא Pih. act. et Kal. et Niph. pass. Gen. XXIX, 28. Ex. VII, 25. ἀνεπληρώθησαν ἑπτὰ ἡμέραι, per septem dies duravit. Lev. XII, 6. ὅταν ἀναπληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι, *finito* tempore, coll. Esth. I, 5. et II, 12. - מִקֵּץ, *a fine.* Esth. II, 12. - סָגַר, *claudo.* Gen. II, 21. ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς, *substituit* carnem in eius locum. - שָׁלֵם pass. *compleor.* 1 Reg. VII, 51. ἀνεπληρώθη πᾶν τὸ ἔργον, *perfectum est* omne opus. Ies. LX, 20. - שָׁלֵם, *perfectus.* Gen. XV, 16. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι, nondum enim iniquitates *ad summum gradum pervenerunt. Aqu.* sec. ed. secundam Amos I, 6. pro שְׁלֵמָה.

'ΑΝΑΠΛΗΡΩ͂Ν 'ΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, *complens compleo.* מָלֵא *impleo.* Ex. XXIII, 26.

'ΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω 'ΑΡΙΘΜΟ'Ν, *impleo numerum.* מָנָה, *numero. Symm.* Cohel. I, 15. ὑστέρημα μὴ δυνάμενον ἀναπληρῶσαι ἀριθμὸν, non omnes defectus *enumerari possunt.*

'ΑΝΑΠΛΗ'ΡΩΣΙΣ, *impletio.* *לְמַלְּאוֹת, *ad implendum.* Dan. IX, 2. εἰς ἀναπλήρωσιν sec. *Chis.* 3 Esdr. I, 57. εἰς ἀναπλήρωσιν λόγου κυρίου, ut eventu comprobetur verbum domini. לְמַלְּאוֹת 2 Par. XXXVI, 21. Adde *Aristot. de moribus* III, 13. *Arrian. de expedit. Alex.* lib. II. p. 56, 16.

'ΑΝΑΠΛΑΟ'Ω, *expando.* פֵּרַשׂ. *Symm.* Ies. XXV, 11.

'ΑΝΑΠΝΕΥ'ΜΑΣΙΣ, *vapor, fumus.* קִיטֹר, *fumus. Int. Hebr.* Gen. XIX, 28. ex *Hieronymi Quaestt.* Vocabulum hoc graecis scriptoribus ignotum in dubium vocavit *Scharfenb.* ad h. l. substituens ἀναθυμίασις, *exhalatio, vapor,* provocans simul partim ad auctoritatem *Hesychii* (ἀναθυμιάσεις, ἀτμοὶ, καπνοὶ), partim ad loca SS., ubi קָטַר et derivata θυμιᾶν ac θυμίαμα redduntur. Sed cur sollicitanda sit lectio recepta, equidem non video. Commode enim *fumus, exhalatio* ἀναπνεύμασις *fornacis* dici potest.

'ΑΝΑ'ΠΝΕΥΣΙΣ, *respiratio.* רְוָחָה, idem. *Aqu.* Exod. VIII, 15.

'ΑΝΑΠΝΕ'Ω, *respiro.* הֵשִׁיב רוּחַ, *reduco spiritum.* Iob. IX, 18. - רָוַח, *respiratio, refrigerium. Theod.* 1 Sam. XVI, 23. ἀνέπνεεν, sc. ἑαυτὸν. i. q. ἀνέψυχεν apud LXX.

'ΑΝΑΠΝΟΗ', *respiratio.* *אַף, *ira. Symm.* Psalm. CXXXVII, 7. ubi LXX habent ὀργὴ, unde luculenter apparet, ἀναπνοὴν h. l. *iram, furorem* notare, quemadmodum אַף

ab אָנַף *spiravit* nomen habet. Sed hoc ipsum me movet, ut *Aquilae* hanc vocem h. l. tribuendam censeam. – נְשָׁמָה, *halitus*, *flatus*. *Aqu.* et LXX Ies. II, 22. *Inc.* Ps. CL, 5. *Aqu. Symm. Theod.* Gen. II, 7. *Symm.* Iob. XXII, 5. – רוּחַ, *spiritus*, *halitus*. *Symm.* Iob. VI, 4. Cohel. III, 19. *Aqu.* Iob. XLI, 7.

'ΑΝΑΠΟΔΙ'ΖΩ, *regredior*, *retrogradior*, *refero s. inhibeo pedem, sive id fiat retrocedendo, sive etiam consistendo absque ulteriori motu.* Sir. XLVI, 5. ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος, retrocessit sol, coll. XLVIII, 26. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀνεπόδισεν, ἀνέκαμψεν. *Gloss. MSS.* in *Sirac.* ἀνεπόδισεν, ἀνέλυσεν, ἀνέκαμψεν. Ex sententia *Alberti* huc pertinet quoque glossa *Hesychii:* ἀνεπήδησεν, ἀνέκαμψεν, ἀνέλυσεν, ubi vel ἀνεπόδισεν corrigendum, vel auctor glossae apud Siracidem vere legit ἀνεπήδησεν, nec incommode. *Vulg. impeditus est,* ubi videtur ad simplex ποδίζειν vel ἐμποδίζειν respexisse, quae *impedire* significant. Sed idem quoque vox ἀναποδίζειν vel active vel passive s. neutraliter significare potest, cum praepositio ἀνὰ subinde vim nullam in compositione habeat. 2 Macc. XIV, 14. τῶν δὲ ταχέως ἀναποδισάντων, cum autem illi celeriter *retrocederent.*

'ΑΝΑΠΟΔΙΣΜΟ'Σ, *regressus*, *retrocessio*, *remeatio*, *reditus.* Sap. II, 5. οὐκ ἔστιν ἀναποδισμὸς τῆς τελευτῆς ἡμῶν, *Vulg. non est reversio finis nostri;* quae verba cum incommodum sensum fundant, ἐμποδισμὸς loco ἀναποδισμὸς legere mallem, hoc sensu: *nemo mortem impedire potest.* Cf. vers. *Arab. Hesych.* ἀναποδισμὸς, ἐπανάλυσις.

'ΑΝΑΠΟΙΕ'Ω, *praeparo*, *misceo.* Hinc part. praet. pass. 'ΑΝΑΠΕΠΟΙΗΜΕ'ΝΟΣ, *praeparatus*, *mixtus.* בָּלַל part Pah. *mistus*, *mixtus.* Lev. VI, 40. ἀναπεποιημένη ἐν ἐλαίῳ. Ib. VII, 2. XXIII, 13. Num. XV, 6. ubi cum voce ἀναφυράω permutatur in codd., sicut et ποιέω ac φυράω invicem ib. v. 9. permutantur. *Hesych.* ἀναπεποιημένην, ἀναζυμωθεῖσαν, ἀναπεφυραμένην, coll. Lev. IX, 4. – חָמִיץ, *fermentatum*, it. *merum.* Ies. XXX, 24. ἄχυρα ἀναπεποιημένα ἐν κριθῇ, paleas mixtas hordeo. *Gloss.* in *Octat.* ἀναπεποιημένα, ἀναφυρθέντα. – מָשַׁח, *ungo. Theod.* Ex. XXIX, 2.

ΜΗ` 'ΑΝΑΠΕΠΟΙΗΜΕ'ΝΟΣ, *non praeparatus* seu *mixtus.* חָרֵב pr. *siccus.* Lev. VI, 40. θυσία μὴ ἀναπεποιημένη, scil. ἐν ἐλαίῳ, libamen non mixtum oleo.

*'ΑΝΑΠΟΛΑ'Ω. Vocem hanc a *Bielio* praetermissam pro ἀναπολέω habent duo codices *Colbertini* Ps. XXXVIII, 4. apud *Symm.* pro הָגִיג, *meditatio*, a rad. הָגָה. Sed scribendum sine dubio est ἀναπολεῖν, quod vide infra.

'ΑΝΑΠΟΛΕ'Ω, *revolvo*, *recordor*, *animo verso*, *cogito*, *meditor.* הָגִיג, *meditatio*, a rad. הָגָה. *Symmach.*

Ps. XXXVIII, 4. – זָכַר, *recordor. Symm.* Psalm. XLI, 5. LXXVI, 12. *Suidas:* ἀναπολεῖ, ἀναμιμνήσκεται. *Phav.* p. 1542.

ʼ*ΑΝΑΠΟ'ΣΤΡΕΠΤΟΣ, qui averti non potest.* לֹא־יָשִׁיב, *non avertet. Symm.* et *LXX* sec. *Compl.* Iob. IX, 13. *Vulg. Deus, cuius irae nemo resistere potest.*

ʼ*ΑΝΑΠΡΙ'Ω* vel ʼ*ΑΝΑΠΡΙ'ΖΩ, reseco.* Drac. 1. ἀναπρισθὲν παράδειγμα.

ʼ*ΑΝΑΠΤΕΡΟ'Ω, ulatum facio, alas addo, sursum volare facio, effero,* metaph. *excito ad aliquid agendum.* הִרְהִיב Hiph. *effero.* Cant. VI, 4. ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με, ubi loco ἀνεπτέρωσαν *Philo Carpath. Episc.* habet ἐνεπτέρωσαν, ut quoque legitur in vers. Arab. Sermo autem ibi est de oculis puellae, quibus ἀναπτεροῦν tribuitur, quatenus cupiditates concitant. Sir. XXXIV, 1. ἐνύπνια ἀναπτεροῦσιν ἄφρονας, somnia sublimes ferunt insipientes, h. e. insipientes somniis suis credentes *efferuntur animo*, putantes scil., illa sibi eventura, quae somniarunt. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v.

ʼ*ΑΝΑΠΤΕΡΟ'ΟΜΑΙ, efferor, volatilis, volitans sum, huc illuc discursito, animi levis sum.* הֹמִיָּה part. foem. Kal ab הָמָה, *strepera.* Prov. VII, 11. ubi meretrix dicitur ἀνεπτερωμένη καὶ ἄσωτος, ferax et luxuriosa. De *hominibus cupiditate et motu animi concitatis* dicitur ἀνίπτασθαι (*Soph. Antig.* 1419. *Aiac.* 702. ubi vid. *Schol.*) et ἀναπτεροῦσθαι, de quo vide *Mollum* ad *Longi Past.* II, 4. p. 159. *Bod.* Adde *Aristoph. Av.* v. 1436 sequ. et *Haverc.* ad *Tertull. Apologet.* p. 200.

ʼ*ΑΝΑΠΤΥ'ΣΣΩ, expando, evolvo.* פָּרַשׂ, idem. Deut. XXII, 17. ἀναπτύξουσι τὸ ἱμάτιον, *expandent* vestimentum. Iud. VIII, 25. 2 Reg. XIX, 14. ἀνέπτυξεν αὐτὰ ἐναντίον κυρίου, expandebat, *revolvebat* illas (sc. literas) coram Domino. Erant nempe tum temporis epistolae et libri in cylindri formam convoluti. Confer quos laudat *Wolfius* ad Luc. IV, 17.

*ʼ*ΑΝΑ'ΠΤΩ, alligo, suspendo.* Ps. CXVII, 27. ad verba difficiliora אִסְרוּ־חַג־הַמִּזְבֵּחַ a *Montf.* inter alia et haec in *Hex.* proferuntur: Ἄλλος. στεφανώματα καὶ κλάδους ἀνάψατε τῷ ναῷ (ita enim legendum est loco λαῷ, quod *Bosius* et *Drusius* ediderunt, atque librarii passim cum ναῷ confuderunt. V. *Segaar. anim.* ad Dan. IV, 1.), ubi, si quid video, duae interpretationes coaluerunt, quarum auctores חַג deduxerunt a חוּג, *rotundavit in globum.* Vide *Kreyssigii Symbol.* P. III. p. 5 sequ. et confer *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v. *Phavorin.* ἀνάπτειν, ἀναπέμπειν, παρατιθέναι, προσάγειν. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναπτόντων τὸ πῦρ.

'ANÁΠΤΩ, *accendo*, *incendo*. בָּעַר idem. *Aqu.* Ex. III, 2. LXX Ps. XVII, 10. Thren. II, 5. 2 Sam. XXII, 9. ubi cum ἐκκαίειν permutatur in codd. - הֵאִיר Hiph. ab אוֹר. Mal. I, 10. οὐκ ἀνάψεται τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεὰν, sec. *Vat.* ubi non legisse putandi sunt יָאִירוּ, sed ἀνάψεται mutandum erit in ἀνάψετε e vers. *Arab.* Sic quoque *Syrus* ac *Chaldaeus*. - הִצִּית Hiph. a יָצַת, *accendo*. *Theod.* Am. I, 4. LXX Ier. IX, 11. Thren. IV, 11. Ez. XX, 47. Adde Ier. XI, 16. sec. *Vatic.* - יָצָא, *exeo*. Ier. XLVIII, 9. ἁφῇ ἀναφθήσεται, tactu accendetur. Ita *Bielius*. Sed mihi hic locus est de mendo suspectus. Fortasse cogitarunt de voce נָצָה, *avolare*. Vide infra s. h. v. - לִהֵט Pih. *incendo*. Ioel I, 19. II, 3. Mal. IV, 1. ἀνάψει, *perdet*. - נָצָה, *avolo*. Thren. IV, 15. ἁφῇ ἀνήφθησαν. Nonnulli statuunt, LXX legisse h. l. נִצּוּ a rad. נָצַץ, unde fit נִיצוֹץ *scintilla ignis*; aliis vero, v. c. *Cappello* in *Crit. S.* p. 550., reponendum videtur ἀνέπτησαν, *avolarunt*, a verbo ἵπτημι, quod format sua tempora a πτάω. Sed נָצָה eandem significationem habet, quam נָצַץ. - נִשַּׂק, Niph. *accendor*. Ps. LXXVII, 25. - עָלָה, *ascendo*, quod etiam de flamma *surgente in altum* adhibetur. Iud. VI, 21. ubi vid. *Scharfenb.* - קָדַח. Ier. XVII, 4.

'ANAPI'ΘMHTOΣ, *innumerabilis*, *ingens*, *valde multus*. אֵין־מִסְפָּר, *sine numero*. *Theod.* et LXX Iob. XXI, 33. Ioel. I, 6. - אֵין קֵץ, *sine fine*. Iob. XXII, 5. - כַּבִּיר, *ingens*, *validus*. Iob. XXXI, 25. εἰ δὲ ἐπ' ἀναριθμήτοις (scil. χρήμασι) ἐθέμην χεῖρά μου; num vero in opum copia posui manum seu spem meam? - לֹא יִסָּפֵר וְלֹא יִמָּנֶה, *non numeror neque supputor*. 1 Reg. VIII, 5. - עָצוּם, *potens*, *numerosus*. *Symm.* *Theod.* ac LXX Prov. VII, 26.

'ANAPΠÁZΩ, *diripio*, *spolio*. גָּזַל. Iud. IX, 25. ἀνήρπαζον, spoliabant omnes illuc iter facientes. - חִלֵּץ Pih. *eripio*, *libero*. *Aqu.* Ps. VII, 5. Scilicet vox hebr. praeter alias significationes habet etiam notionem *spoliandi* ex usu l. arab. (خلس) et Syriacae ܚܠܨ, unde חֲלִיצוֹת, *exuviae*, *hostibus quasi detractae*. - חָתַף, *rapio*. *Symm.* Iob. IX, 12.

'ANAP"PE'Ω, *sursum fluo*, *scaturio*. *'ANAP"PE'OMAI*, idem. עָלָה, *ascendo*. *Aqu.* Ies. LIII, 2. sec. *Euseb.* in *Demonstr. Evang.* *Montf.* hic mendum suspicatus est, non enim commode de ramo dici posse putat ἀναῤῥηθήσεται. Sed עָלָה dicitur de *hominibus*, *qui re prospera crescunt* et *maxime florent*. Vnde *Ionathan* habet יִתְרַבֵּא *crescet*, *magnus erit vel habebitur*, aut, ut reddere quoque possis ex usu verbi apud *Rabbinos*, *inaugurabitur*, quod affine maxime est τῷ ἀναῤῥηθήσεται *Aquilae*. Fortasse quoque legendum est ἀναβληθήσεται vel ἀναβήσεται. *B* et *P* facile permutari potuerunt.

'ΑΝΑΡ*ΡΗ'ΓΝΥΜΙ, *disrumpo, discerpo, dilacero.* בָּקַע Pih. idem. 2 Reg. II, 24. VIII, 12. ubi pro *ἀναῤῥήξεις* alii libri habent *διαῤῥήξεις*. Eadem lectionis varietas reperitur quoque ibid. XV, 16.

'ΑΝΑΡ*ΡΟΦΕ'Ω, *absorbeo.* שָׁאַף, idem. *Symm.* Iob. V, 5. *ἀναῤῥοφῆσαι διψῶν τὴν δύναμιν αὐτοῦ*, ut absorbeat, aut consumat, sitiens opes eius.

'ΑΝΑΡ*ΡΥ'Ω, *libero.* הִצִּיל Hiph. a נָצַל. *Aqu.* Ps. XXXIII, 5.

'ΑΝΑ'ΡΤΥΤΟΣ, *inconditus, insulsus, insipidus.* תָּפֵל, *insipidus.* *Symm.* Iob. VI, 6. *ἀνάρτυτον*, sc. *βρῶμα*, *cibus inconditus, adeoque insipidus.* Vide et *Symm.* Ez. XIII, 10. XXII, 28. Addenda est haec vox Lexicis.

*'ΑΝΑΣΑΛΕΥ'Ω, *concutio, quasso, agito.* – נָמַס, *liquefactus sum.* Mich. I, 4. *ἀνασαλευθήσεται* sec. cod. B. in marg., ubi reliqui libri *σαλευθήσεται* habent. Sensum expresserunt: nam montes quando terrae motu destruuntur, liquefieri videntur. Adde *Lucian.* de *Astrol.* p. 545. B. Verbum hoc sine omni auctoritate protulit *Stephanus*, quam *Schneiderus* addidit.

'ΑΝΑΣΕΙ'Ω, *commoveo, concito.* הֵסִית Hiph. a סוּת, *concito, incito.* *Aqu.* Iob. II, 3. *ἀνέσεισας*, *commovisti*, seu *instigasti.* Sensu malo h. l. adhibetur. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΝΑΣΚΑ'ΠΤΩ, *effodio.* חָפַר idem. Ps. VII, 16. *λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψε αὐτὴν*, foveam effodit et *excavavit.* – כָּסַח, *excido.* Ps. LXXIX, 17. *ἀνεσκαμμένη*, ubi, quia de vite sermo est, *ἀνασκάπτειν radicitus evellere, penitus destruere* notat.

*'ΑΝΑΣΚΟΛΟΠΙ'ΖΩ, *palo adfigo, in crucem ago, suspendo.* Esth. VI, 11. *καθότι ἐκείνη ἡμέρᾳ κεκρίκει ἀνασκολοπίσαι αὐτήν.* *Herodot.* III, 132. *Lucian. Prometh.* p. 56. C. *Diodor. Sic.* V, 32. *Sext. Empir. Pyrrhon. hypotypos.* lib. III. c. 24. *Phav.* *ἀνεσκολοπισμένος, ἀνεσταυρωμένος, σκόλοπες γὰρ τὰ ὀξέα ξύλα.* Idem: *ἀνεσκολοπισμένοι, ἐσταυρωμένοι* etc. Vide quoque *Suidam* s. *ἀνεσκολοπισμένον* ac *Hesychium* s. *ἀνασκολοπήσει.*

'ΑΝΑΣΟ'Ω, *servo.* Quae *Bielius Montf.* auctoritate inductus ex Ps. XXIX, 2. in *Thesaurum* suum s. h. v. contulit, ad *ἀνασώζω* referenda sunt, quod vide suo loco.

'ΑΝΑΣΠΑ'Ω, *sursum traho, extraho, retraho.* הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio, elevo.* *Inc.* Ps. CXXXV, 17. LXX Hab. I, 15. *ἐν ἀγκίστρῳ ἀνέσπασε*, hamo extraxit. – לָקַח, *capio.* Am. IX, 2. *ἐκεῖθεν ἡ χείρ μου ἀνασπάσει αὐτούς*, illinc quoque manus mea retrahet eos. Sermo ibi est de iis, qui ad inferos penetrarunt, et לָקַח habet h. l. notionem praegnantem, capiendi scilicet et auferendi. – *מָשַׁח, *ungo.* Ies. XXI,

5. ἀνασπάσατε θυρεοὺς, sec. *Ald.* et *Compl.*, ubi reliqui libri ἑτοιμάσατε habent. Si lectio sana est, non legerunt מְשְׁכוּ ab arab. مسك *prehendere*, ut nonnullis placuit, sed vel מָשַׁח et מָשַׁךְ invicem permutarunt, vel, quod mihi magis placet, sensum expresserunt. Erant enim scuta loris instructa apud veteres, quibus attrahi et retrahi poterant.

'ΑΝΆΣΤΑΣΙΣ, *resurrectio*, *statura*. *יְקוּם, *substantia, omne quod subsistit.* Gen. XVII, 4. πᾶσαν τὴν ἀνάστασιν, sec. *Coton.*, ubi reliqui libri ἀνάστημα et ἐξανάστασιν habent, adeoque ἀνάστασις notat *id quod exsurgit.* Eadem lectio reperitur quoque apud *Inc.* in *Hex.* - *מַעֲבִיר, *transire faciens.* Dan. XI, 20. εἰς ἀνάστασιν, sec. *Chis.* Legitne מַעֲמִד? *Romani Editt.* transtulerunt *ad eversionem*, et recte, ut videtur. - קוּם, *surgo.* Thren. III, 62. ubi ἀνάστασις *insurrectionem* s. *insectationem* notat. Soph. III, 8. ubi *surgere* simpliciter significat. קוֹמָה, *statura.* *Aqu.* Cant. VII, 8. 2 Macc. VII, 14. ἀνάστασις εἰς ζωὴν, coll. v. 36. Ibid. XII, 45.

'ΑΝΆΣΤΑΤΟΣ, *instabilis, huc et illuc titubans, vagus.* לְנִדָּה הָיְתָה, *in commotionem fuit.* *Symm.* et οἱ Γ Thren. I, 8. ἀνάστατον, ubi alii ἀνάστατος habent. - *נוֹד nomen proprium loci. *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. IV, 16. Deduxit a נָדַד *vagari.* - *נָע, *vagus.* *Symm.* Gen. IV, 12. sec. cod. *Mosqu.* quem *Matthaei* contulit in *Eichhorn. Repertor. bibl. et or. literat.* T. IV. p. 262. - נוֹדֵד idem. *Symm.* Ies. XVI, 4.

'ΑΝΑΣΤΑΤΌΩ, pro ἀνάστατον ποιέω, *instabilem reddo, extorrem facio, eiicio, subverto, transmigro, sedem muto.* *הִישׁ Chald. *trituro, contero.* Dan. VII, 23. sec. *Chis.* ἀναστατώσει αὐτήν. - נוּד, *vagor.* *Aqu.* Ps. XI, 1. ἀναστατοῦ εἰς τὰ ὄρη, *fuge* in montes, seu: *vagare* per montes. Legit נוּדִי cum LXX. - נָדַד, idem. *Symm.* Ies. XXII, 3. *Inc.* Ier. XLIX, 13. - הֵנַע, nomen proprium loci. *Symm.* 2 Reg. XVIII, 34. ἀνεστάτωσεν. Putavit esse Hiphil verbi נוּעַ. *Aqu.* *Symm.* Ies. XXXVII, 13. - הֲנִיעַ Hiph. a נוּעַ, *commoveo.* *Symm.* Ps. LVIII, 12. ἀναστάτωσον, *extorres fac*, *eiice.* - *רָגַן, *expavesco.* *Inc.* Hac. III, 16. Notio propria vocis hebr. est *commovendi.* V. *Dounaei praelectt.* in *Demosth.* de *pace* p. 108. ed. *Beck.* *Harpocr.* ἀναστατωθῆναι, ἀνασκευάσασθαι.

'ΑΝΑΣΤΈΛΛΩ, *contraho*, *retraho*. 'ΑΝΑΣΤΈΛΛΟΜΑΙ, *moveor*, *concutior*, *deturbor*, it. *reprimor*, *cohibeor.* נָשָׂא, *attollo.* Nah. I, 5. ἀνεστάλη ἡ γῆ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, *mota* vel *deturbata* est terra *loco suo* a facie eius. *Hesych.* ἀνεστάλη, ἐσείσθη, μετεκλονήθη. *Gloss. MS. in proph.* ἀνεστάλη, ἐσείσθη, ἐκινήθη, aut sec. *Suidam* μετεκινήθη. *Cappellus,* ἀνεστάλη *contraxit se* reddens, Graecos non ἀνε-

στάλη, sed *ἀνέστη* legisse coniicit, uti נָשָׂא ab ipsis redditur Num. XVI, 3. Sed eum graviter h. l. errasse iam observavit *L. Bos.* in *Prolegg.* ad *LXX* Intt. c. 3. 1 Macc. VII, 24. *ἀνεστάλησαν τοῦ πορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν*, *repressi sunt*, seu *cohibebantur* invadere regionem. *Syrus* habet: ܘܐܬܟܠܝܘ, ut adeo legisse videatur *ἀπεστάλησαν*. *Aelian. V. H.* XII, 64. *ἀνεστάλη τοῦ δρόμου*, *cohibebatur* impetu. *Hesych.* *ἀναστέλλω*, *κωλύω*, *ἀναφράττω*.

'ΑΝΑ'ΣΤΕΜΑ, *altitudo*. קוֹמָה idem. *Aqu.* 1 Reg. VI, 10. Pro *ἀνάστεμα* legendum esse *ἀνάστημα* (quod etiam v. 4. in eiusdem *Aquilae* et *Theodotionis* fragmentis occurrit), statuit *Kreyssigius* in *Symbol.* P. III. p. 7. Sed obstare mihi videtur locus *Sophon.* II, 14. ubi pro עֵרָה, *nudavit*, in Cod. *Alex.* *ἀνάστεμα* legitur, ac *Compl.* vitiose *ἀνάστεμμα* habet, *Vatic.* autem *ἀνάστημα*, unde apparere arbitror, de nominibus *ἀνάστεμα* et *ἀνάστημα* idem valere, quod de vocabulis *ἀνάθεμα* et *ἀνάθημα* supra sum suspicatus. Vide quoque infra *σύστεμα* et *σύστημα*.

*'ΑΝΑ'ΣΤΕΜΜΑ. V. vocem *'Ανάστεμα*.

'ΑΝΑΣΤΕΝΑ'ΖΩ, *ingemisco*. נֶאֱנַח Niph. idem. Thren. I, 5. Sir. XXV, 20. *ἀνεστέναξεν πικρά*. Susann. 21. 2 Macc. VI, 30. Adde *Aeschyl. Choeph.* 332. *Herod.* I, 86. p. 35.

'ΑΝΑ'ΣΤΗΜΑ, *erectio* vel *quod erigitur et assurgit*, *munimentum*, *altitudo*, *statura*. יְקוּם, *substantia*, *id quod subsistit*. Gen. VII, 4. 23. *πᾶν τὸ ἀνάστημα*, omne quod se erigit, h. e. omnia animantia, quorum erectio, cum surgunt aut motu attolluntur, est quaedam *ὕψωσις*. Accuratius scilicet Int. h. l. rem definivit, nimis enim generale est: omnes res creatae in terra existentes. *Chrysostomus* legit *ἐξανάστασιν*. – עֵרָה Pih. *denudo*. Soph. II, 14. sec. *Vat.* *διότι κέδρος* (pro *ὡς κέδρος*) *τὸ ἀνάστημα αὐτῆς*, quia sicut cedri *altitudo* eius: ubi nonnulli statuerunt, LXX putasse, עֵרָה esse ab עוּר *excitare*. Sed etiam עֵרָה notat *prominere*, *surgere*, ut docuit *Funckius* in *Symb.* ad *interpr. S. Cod.* p. 4 sequ. *Hesych.* et *Gloss. MS. in Proph.* *ἀνάστημα*, *ὕψωμα*. – צָבָא, *exercitus*. Zach. IX, 8. *ὑποστήσομαι τῷ οἴκῳ μου ἀνάστημα*, stare faciam domui meae munimentum. Legisse videntur מַצָּבָה a rad. יָצַב *στῆναι*, – קוֹמָה, *altitudo*. *Aqu.* *Theod.* 1 Reg. VI, 20. *Aqu.* *Symm.* Ez. XIV, 5. Iudith. IX, 11. *θραῦσον αὐτῶν τὸ ἀνάστημα*, frange eorum celsitudinem, h. e. *magnos elatosque eorum animos* comprime. *Vulg. ferociam*. Ibid. XII, 18. *εἰς ἀνάστημα*, ad *erigendos et extollendos* afflictos. Caeterum conf. *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

'ΑΝΑΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥ'Ω, *castra moveo*, *revertor cum exercitu*. 2 Macc. III, 55. *ἀνεστρατοπέδευσε πρὸς τὸν βασι-*

λέα, cum exercitu rediit ad regem. Adde *Polyb.* III, 110, 4. et XIV, 10, 8.

'ΑΝΑΣΤΡΕ'ΦΩ, *revertor*, *inverto*, *everto*, et in med. ἀναστρέφομαι, *versor*, *conversor*, *ambulo*, *gero me.* בּוֹא, *venio*, Gen. VIII, 11. sec. *Vat.* ubi in *Compl.* legitur ἀπέστρεψε. – הָלַךְ, הִתְהַלֵּךְ Kal et Hiph. *ambulo.* *Symm.* Gen. V, 24. sec. cod. *Mosqu.* Ios. V, 5. ἀνέστρεπται, *iter fecerunt*, *errarunt*, *vagati sunt.* In eadem versione verba καὶ δύο deleri debent, et verba τῇ Μαβδαρίτιδι sunt haud dubie aliena. 1 Sam. XII, 7. sec. *Compl.* et *Inc.* Prov. XX, 7. ἀναστρέφεται ἄμωμος, *integre vivit.* Ez. XIX, 6. – הָפַךְ, *converto me.* Iud. VII, 13. ἀνέστρεψεν αὐτὴν ἄνω, sec. *Vat.*, ubi reliqui libri κατέστρεψεν habent. Ibid. XX, 39. 41. – הִפְנָה Hiph. *respicio.* Ier. XLVI, 5. Scil. פָּנָה quoque notat *se retro vertere.* 2 Sam. I, 7. Iob. VIII, 20. – הֵשַׁם Hiph. a שָׁמֵם in part. מַשְׁמִים, *stupens.* Ez. III, 15. ἀναστρεφόμενος ἐν μέσῳ αὐτῶν, conversans in medio illorum. Videtur ante ἀναστρεφόμενος omissa esse vox *stuporem* aut *commotionem animi* significans. *Hesych.* ἀναστρεφόμενος, περιερχόμενος. Quid si legeretur ἀνατρεπόμενος, sc. τῇ ψυχῇ? coll. *Diod. Sic.* l. XX. c. 12. Sed *Symmachus* quoque et *Theodot.* ibi per *habitare* expresserunt. – *הִתְהַפֵּךְ. *Symm.* Iob. XXXVII, 12. ἀναστρέφεται, *in orbem vertitur* aut *volvit se.* *Vulg.* *quae lustrant per circuitum.* – יָלַךְ, *ambulo*, *eo.* 1 Sam. III, 6. 9. 1 Reg. VI, 12. – יָצָא, *exeo.* 2 Sam. III, 26. – מַהְלְכִים plur. *ambulacra.* Zach. III, 7. ubi cum *Vulg.* ac *Syro* ut participium verterunt, sed obscure et sensu fere nullo. – עָשָׂה, *facio*, *tracto.* Ez. XXII, 7. ἀνεστρέφοντο ἐν ἀδικίαις, admodum iniuste tractabant. – פָּנָה, *respicio*, etiam *converto me*, *revertor.* *Symm.* Deut. I, 40. – רְמִיָּה, *dolus.* *Symm.* Hos. VII, 16. τόξον ἀνεστραμμένον, arcus qui subito vertitur, et cuius sagittae a scopo abducuntur. – שׁוּב Kal saepissime, et raro הֵשִׁיב Hiph. *Aqu.* Ps. IX, 18. LXX Gen. VIII, 7. sec. *Vat.* ubi in *Ald.* ὑποστρέφειν legitur. Eadem varietas lectionis est quoque ib. v. 9. XIV, 17. ubi non solum cum ὑποστρέφειν, sed etiam cum ἀποστρέφειν in codd. permutatur, sicut ibid. XVIII, 14. cum ἐπαναστρέφειν, ac Iud. VIII, 13. cum ἐπιστρέφειν. Ios. XIX, 29. ἀναστρέψει τὰ ὅρια εἰς Ῥαμά, *convertunt se* fines ad Ramam. – שׁוּב et יָלַךְ iunctim. Ier. XLI, 14. – *שׁוּר, *murus.* Gen. XLIX, 22. עֲלֵי-שׁוּר, *super murum*, πρός με ἀνάστρεψον. Verba haec graeca, quae nonnulli ad antecedentia עֲלֵי-עָיִן, *super fontem*, referre maluerunt, ut legerint: עֲלַי עַיִן, h. e. *ad me respice*, pertinent, ut e collatione utriusque textus luculenter apparet, ad עֲלֵי-שׁוּר, ita tamen, ut non שׁוּר pro סוּר, *recedo*, ut *Trommius* volebat, aut אֵלַי שָׁב legerint, quod aliis placuit, sed potius respexerint notionem *intuendi*, *contemplandi*, quam שׁוּר habet, unde deinde, ut ar. سَارَ, *ire*, *pro-*

ficisci notat. *Eichhornius Introd.* T. I. p. 466. coniicit ἀνάβλεψον. – שָׁנָה, *itero.* Prov. XXVI, 11. ubi ἀναστρέφειν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν est i. q. in textu hebr. legitur *iterare stultitiam.* – שְׁכוֹל, *carentia liberorum, orbitas.* *Symm.* Ps. XXXIV, 12. ubi loco ἀνεστραμμένα (*Drusius* exhibet ἀντεστραμμένα) *Agellius* legere mavult συνεστραμμένα, alii ἀπεστραμμένα, quia שָׁכַל in universum notat *privare, orbare.* Ego vero receptam lectionem sollicitandam esse non arbitrarer. Sir. VIII, 9. ἐν ταῖς παροιμίαις αὐτοῦ ἀναστρέφου, in paroemiis eius *conversare,* sc. *mente, pertractando eas ac meditando,* coll. XXXIX, 3. et L, 30. Sic *versari in aliqua re* usurpatur apud Latinos. Ibid. XII, 14. μὴ ἀναστρέψας σε στῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου, ne *evertens te* occupet locum tuum. Ibid. XXIX, 19. ἀγαθὰ ἀναστρέφει, bona *invertit,* h. e. bonis mala reddit. Ita *Bielius.* Mallem *evertit,* cum nempe eum sua infidelitate cogit exsolvere suum debitum. Ibid. XXXIII, 13. ἀνέστρεψε αὐτοὺς ἀπὸ στάσεως αὐτῶν, *evertit* illos e statione sua. *Hesych.* Ἀναστρέφειν· ἀνατρέπειν. Iudith. I, 11. ἀνέστρεψαν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, *remiserunt* legatos eius, ubi ἀν. est hiphilice, *reverti facere.* Iudith. I, 13. ἀνέστρεψε πᾶσαν τὴν δύναμιν, omnem exercitum *in fugam coniecit.*

ʼΑΝΑΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΣ ʼΟΡΘΩ͂Σ, *conversans recte.* גֹּדֵר גָּדֵר, *sepiens sepem.* Ez. XXII, 30. Bene quoad sensum: nam pii h. l. eleganter comparantur cum iis, qui maceriem interponunt ad ruinam terrae impediendam.

ʼΑΝΑΣΤΡΟΦΗʼ, *conversatio, vita.* Tob. IV, 19. ἴσθι πεπαιδευμένος ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ σου, esto eruditus in omni *conversatione* tua. 2 Macc. V, 8. κακῆς ἀναστροφῆς, *vitae* male actae. *Hesych.* ἀναστροφῆς, ζωῆς. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 322. et *Lex. N. T.* s. h. v.

ʼΑΝΑΣΥ'ΡΩ, *sursum traho, detego, revelo.* חָשַׂף, *nudo, denudo.* *Aqu.* Ies. XXX, 14. LXX Ies. XLVII, 13. ἀνάσυρε τὰς πολιάς, *detege canos.* Nulla prorsus necessitate coacti nonnulli statuerunt, LXX loco חֶשְׂפִּי legisse סַחְפִּי a סָחַף seu סָחַב, quod *trahere* notat. *Hesych.* Ἀνασῦραι, ἀποκαλύψαι, ἢ περιποιῆσαι. Idem: Ἀνεσύρατο, ἄνω τὰ ἱμάτια ἔσυρεν, ubi v. *Intt.*

ʼΑΝΑΣΧΙ'ΖΩ, *discindo, disseco.* בָּקַע, *findo, diffindo, disrumpo.* Amos I, 13. ἀνθ' ὧν ἀνέσχιζον τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας, propterea quod gravidas dissecuerunt. Conf. v. 3. Adde *Herodot.* III, 35. p. 173. *Orph. Lap.* v. 8. p. 202.

ʼΑΝΑΣΩ'ΖΩ, *salvo, salvum facio, in vita conservo.* *דָּלָה, seu potius דִּלָּה Pih. *eveho.* *Aqu.* Ps. XXIX, 1. ἀνέσωσάς με. Lectionem hanc (quae tamen apud *Origenem* T. II. *Opp.* ed. *Paris.* p. 640. quoque reperitur) *Kreyssigius Symb.* P. III. p. 6. fragmento *Symmachi* ἀνεζώωσάς με (quod v. 4. in *Hex.* profertur) originem suam debere statuit. Mihi

autem versio alius interpretis ad sensum facta esse videtur. *Daniel Barbarus* habet *reservasti me*, qui usus vocis *reservare* notandus est. - הוֹשִׁיעַ Hiph. a יָשַׁע. *Theod. LXX* (etiam *Ed. VIa* sec. *Hieronymum*) Abd. 21. ἀναβήσονται ἀνασωζόμενοι ἐξ ὄρους σιών, ubi ἀνασώζεσθαι est i. q. simplex σώζεσθαι. *Hieronymus* transtulit *residui*. Confer *Hex.* - מָלַט, נִמְלַט Pih. et Niph. Ier. XLVI, 6. μὴ ἀνασωζέσθω, non *evadat*. Ib. LI, 6. Zach. II, 7. - פָּלַט, *evado*. Ez. VII, 16. - פָּלִיט, *evadens*, *evasor*. Gen. XIV, 13. τῶν ἀνασωθέντων τις, eorum aliquis, qui *evaserant*. Ier. L, 28. φωνὴ φευγόντων καὶ ἀνασωζομένων. Thren. II, 22. ἀνασωζόμενος καὶ καταλελειμμένος. Am. IX, 1. μὴ διασωθῇ ἐξ αὐτῶν ὁ ἀνασωζόμενος, *ne evadat ullus*. - פְּלֵיטָה, *evasio*. 2Reg. XIX, 31. Ier. L, 29. Ioel. II, 3. 32.

'ΑΝΑΣΩΣΜΟ'Σ, *salvatio*, *liberatio*. פְּלֵיטָה, *evasio*. *Aqu.* Gen. XLV, 7.

'ΑΝΑΤΑΡΑ'ΤΤΩ, *perturbo*. עָכַר, idem. *Symm.* Ps. XXXVIII, 3. - *קָשַׁר, *conspirationem facio*. *Symm.* sec. cod. *Barber.* Amos VII, 10. ἀναταράσσον, ex varia lectione aut editione altera. Coniectura *Montf.* ad h. l., qui putabat, ἀναταράσσον potuisse librarios ponere pro ἀντῆρεν, (quia nempe *Symmachus* voce ἄνταρσις pro קָשַׁר usus fuerit), per se non satis probabili, eo facilius supersedere possumus, quo certius est, ἀναταράσσειν aeque ac simplex ταράσσειν notare *seditionem movere*, quod est ipsum hebr. קָשַׁר. Caeterum pro ἀναταράσσον vel legendum est ἀναταράσσων, vel scribendum ἀνετάραξεν. Quid si legeretur ἀνέσεισεν ἄνταρσιν, *suscitavit coniurationem?* Adde *Sophocl. Trachin.* v. 222. *Hippocr. Coac. praenot.* p. 171. B.

'ΑΝΑΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, *compono*, *ordino*. יֵאֵשׁ Pih. *spe destituo*. Coh. II, 20. ἐπέστρεψα τοῦ ἀνατάξασθαι τῇ καρδίᾳ sec. *Ald.* ubi *Schol.* ἀνακαμπεῖν. Sed loco ἀνατάξασθαι rectius fortasse ibi legitur e *Vat.* ἀποτάξασθαι, *ut cor meum valediceret omni labori*, ut iam *Bielius* recte monuit.

*'ΑΝΑΤΕΙ'ΝΩ, *sursum extendo*, *sursum tollo*, *attollo*. 2Macc. XV, 21. ἀνατείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, sec. *Alex.* et *Compl.* Reliqui libri habent προτείνας. *Syrus* ܐܪܝܡ, *sustulit*. 4Macc. VI, 6. ὑψηλοὺς ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμούς. *Dio Cass.* p. 1023. ed. *Reim.* ἀνέτεινε τὴν χεῖρα.

'ΑΝΑΤΕ'ΛΛΩ, *orior*, *exorior*, *enascor*, *progermino*, *floreo*, *cresco*, item *enasci* ac *progerminare facio*, (*Eurip. Herc. Fur.* v. 1596.) *profero*. *בּוֹא, de sole, *occido*. Iud. XIV, 18. πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, sec. *Vatic.* ubi reliqui libri habent πρὶν δῦναι τὸν ἥλιον. *Incertus* ille interpres, qui ἀνατεῖλαι habet, male de *ortu solis* interpretatus est, quia

בוא quandoque etiam *prodire* notat. – דָּרַךְ, *gradior, procedo.* Num. XXIV, 17. ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ ἰακὼβ, *orietur stella ex Iacob.* – זֵרוּעַ, *satus,* part. Pah. Ps. XCVI, 12. φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, mutata nempe (ex sententia *Cappelli*) lectione זָרֻעַ in זָרַח, quod confirmatur loco parallelo Ps. CXII, 4. Sic quoque *Syrus. Buxtorfius* vero in *Anticrit.* p. 583. putat, eos vel sensum expressisse (nam *lux sata est iusto,* coll. Ps. CXXVI, 5., nihil aliud est, quam iusto lux, utut aliquamdiu abscondatur, tandem tamen orietur ac progerminabit, instar seminis aliquamdiu in terra latentis, sed suo tempore erumpentis copiose), vel dici posse, illos זָרֻעַ sumsisse pro זָרַח per commutationem literarum homogenearum. Sic Ioel. III, 16. עושו iuxta quosdam ponitur pro חושו, *festinate,* ut observatur a *R. Salomone* et aliis; et pro eo, quod 2 Reg. II, 13. legitur וַיִּשְׁמַע, Ies. XXXIX, 2. reperitur וַיִּשְׂמַח. – זָרַח, *emico, exorior,* speciatim de *sole.* Gen. XXXII, 31. ἀνέτειλε δὲ ὁ ἥλιος, coll. Ex. XXII, 3. Iud. IX, 33. 2 Par. XXVI, 19. ἡ λέπρα ἀνέτειλεν ἐν τῷ μετώπῳ, lepra in fronte eius *erupit.* Ies. LX, 1. ἡ δόξα κυρίου ἐπὶ σε ἀνατέταλκεν, gloria Domini super te *orta est. Hesych.* ἀνατέταλκεν, ἀνέτειλεν. Mal. IV, 2. – יָפֵחַ, verbale, *spirans.* Hab. II, 3. ἀνατελεῖ εἰς πέρας. Legisse videntur וְיָפַע, *et apparebit* seu *illucescet.* – יָצָא, *exeo.* Ies. XIII, 10. – *לָקַח, *accipio, occupo. Inc.* Iob. III, 6. ἀνατεῖλαι ἐπ᾽ αὐτὸν (σκότος), *oriantur* super eum tenebrae: ubi ἀνατέλλειν, quod alias de sole ac lumine adhibetur, de *tenebris* usurpatur. Confer 2 Sam. I, 9. κατέσχε με σκότος δεινὸν, ubi pro κατέσχε in textu hebr. legitur אָחַז. – עַפְעַפַּיִם dual. *palpebrae.* Iob. III, 9. μὴ ἴδοι ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα. Ita *Bielius.* Sed voci hebr. non solum ἀνατέλλοντα, sed etiam ἑωσφόρον respondet, nec male, cum de *aurora* dicatur, ut docuit *Simonis* in *Lex. Hebr.* p. 1165. Fortasse alterutrum horum verborum versionem alius interpretis continet, si nempe post ἀνατέλλοντα suppleatur ἥλιον. *Vulgatus* tamen habet: *ortum surgentis aurorae.* – פָּרַח, *floreo, germino.* Lev. XIV, 43. Ps. XCI, 7. ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, cum *floreant* peccatores tanquam gramen. *Hes.* ἀνατεῖλαι, ἀνθῆσαι. Ies. LXVI, 14. pro ἀνατελεῖ alii habent ἀνθήσει. – פָּתַח, *aperio.* Ies. XLV, 8. pro hebr. *aperiat se terra,* h. e. *producat,* LXX habent: ἀνατειλάτω ἡ γῆ, ubi ἀνατέλλειν in significatione Hiphilica accipiendum est, et cum βλαστάνειν permutatur. – צָמַח in Kal, Pih. et Hiph. *germino. Symm.* Ies. XLII, 9. LXX Gen. III, 18. τριβόλους ἀνατελεῖ, tribulos *proferet.* Lev. XIII, 37. θρὶξ μέλαινα ἀνατείλῃ ἐν αὐτῷ. De barba *crescente* usurpatur quoque apud Inc. Iud. XVI, 22. Confer quoque 2 Sam. X, 5. 1 Par. XIX, 5. Ies. XLII, 9. Vide supra s. ἀναγγέλλω ac ib. LXI, 11. ἀνατελεῖ δικαιοσύνην, felicitate *beabit.* Ez. XVII, 6. ἀνέτειλε,

progerminavit. Hesych. ἀνέτειλεν, ἀνεβλάστησεν. Ib. XXIX, 21. ἀνατελεῖ κέρας, *crescet* cornu. - צמח, *germen.* Ps. LXIV, 11. ubi pro צִמְחָהּ, *germen eius*, legerunt צִמְחָה. - קוּם, *surgo, metaph. exorior.* Iob. XI, 17.

ΠΡΩΐ 'ΑΝΑΤΕ'ΛΛΩΝ, *mane oriens.* בֶּן שַׁחַר, *filius aurorae.* Ies. XIV, 12.

ΤΑ' 'ΑΝΑΤΕ'ΛΛΟΝΤΑ, *ea quae oriuntur, nempe e terra.* סָחִישׁ, *sponte natum.* 2 Sam. XIX, 29. - צֶמַח, *germen.* Gen. XIX, 25.

'ΑΝΑΤΕ'ΜΝΩ, *disseco.* Tob. VI, 4. ἀνάτεμε τὸν ἰχθῦν.

'ΑΝΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *repono, suspendo, devoveo, consecro, distincte enarro, expono.* הֶחֱרִים, *consecro.* Lev. XXVII, 28. 29. Num. XVIII, 14. ubi cum ἀναθεματίζειν in codd. permutatur. Mich. IV, 13. - *נָתַן, *do.* 2 Reg. XXIII, 11. ἀνέθηκαν, *consecraverant*, (sec. *Compl.* reliqui libri habent ἔδωκαν) est merum glossema, quo librarius docere voluit, διδόναι h. l., ut נָתַן (Lev. XX, 2.), *consecrandi* notionem habere. - הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono.* 1 Sam. XXXI, 10. ἀνέθηκαν τὰ σκεύη αὐτοῦ εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον, *suspendebant* arma eius in Astarteo. - פִּתְחֵי פֶה, *ostia oris.* Mich. VII, 5. τοῦ ἀναθέσθαι τι αὐτῇ; ubi sensum secuti sunt. 2 Macc. III, 9. ἀνέθετο περὶ τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ, *exposuit* illi de facto indicio. Conf. *Lexic. N. T.* s. h. v.

*'ΑΝΑΤΙ'ΚΤΩ, *iterum pario.* 4 Macc. XVI, 13. ἀνατίκτουσα, *recreans.* Addenda est haec vox Lexicis.

'ΑΝΑΤΙΝΑΓΜΟ'Σ, *concussio, status mutatio, dimotio.* מְבוּקָה, *evacuatio.* Nah. II, 10. *Hesych.* ἀνατιναγμὸς, μετάστασις, (ut etiam exponitur in *Gloss. MS.* in *Prophet.*) μετακίνησις.

'ΑΝΑΤΜΗΤΙΚΟ'Σ, *dissecans.* פְּתִחוֹת, *stricti gladii. Symm.* Ps. LIV, 22. bene quoad sensum.

'ΑΝΑΤΟΛΗ', *ortus, oriens, splendor, lumen.* אֹרֶךְ, *longitudo.* Ez. XLII, 20. Libere verterunt. - *חֲמָת, *Chamath,* nomen proprium urbis. Ies. XI, 11. ἀπὸ ἡλίου ἀνατολῶν sec. *Vat.* Legerunt מֵחַמָּה *a sole,* scil. *oriente.* - *יוֹם Chald. *dies.* Dan. VIII, 4. sec. *Chis.* - *מִזְבֵּחַ, *altare.* Ez. VIII, 5. Legerunt מִזְרָח, quod ipsum et *Syrus* expressit. - מִזְרָח, *ortus.* Num. III, 38. XXI, 11. Deut. IV, 41. - נֹגַהּ, *splendor.* Ies. LX, 19. οὐδὲ ἀνατολὴ σελήνης φωτιεῖ σου τὴν νύκτα, neque splendor lunae collustrabit noctem tuam. - צֵאת inf. a יָצָא, *exire, exitus.* Iud. V, 31. ἀνατολὴ ἡλίου. - צֶמַח, *germen.* Ier. XXIII, 5. ἀνατολὴν δικαίαν, *sobolem* genuinam, ubi *Symm.* βλάστημα habet. Ez. XVI, 7. ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἀγροῦ, *herba in agro germinans*, coll. XVII, 10. Zach. III, 8. VI, 12. - צָפוֹן, *aquilo.* Ez. IX, 2. κατ' ἀνατολάς. Sed, cur ita verterint, ignoro. - קָדִים, *oriens.* Ez. XI, 1. XXV, 4. (ubi *Schol.* κατὰ δὲ τὴν τρίτην ἔκδοσιν ἀνατολῶν ἡρμήνευσαν.) et alibi saepius. -

רוּחַ קָדִים, *ventus oriens.* Ez. XLII, 16. - קֶדֶם, *oriens.* Gen. II, 8. Ios. VII, 2. Iud. VIII, 10. 11. etc. - קַדְמוֹנָה, *orientalis.* Ez. XLVII, 9. - קַדְמוֹנִי, idem. Ez. XLVII, 19. - שַׁחַר, *aurora. Inc.* Ies. XLVII, 11.

'ΑΦ' 'ΗΛΙ'ΟΥ 'ΑΝΑΤΟΛΩ͂Ν, *a solis ortu.* בְּנֵי קֶדֶם, *filii orientis.* Iob. I, 3. τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. Ies. XI, 14. - מִקֶּדֶם, *ab oriente.* Ies. IX, 12.

*'ΕΞ 'ΑΝΑΤΟΛΗ͂Σ, *ex oriente.* קִדְמַת, *ante. Aqu.* Gen. II, 14. sec. *Coisl.*

'ΑΝΑΤΟΛΙΚΟ'Σ, *orientalis.* בְּנֵי קֶדֶם, *filii orientis. Symm.* Iob. I, 3. Vide *Chrysostom.* in *Catena* p. 14. - קָדִים, *orientalis.* Ez. XL, 11. - *קַדְמוֹנִי, idem. *Symm.* Gen. XV, 19. sec. cod. *Mosqu.*

'ΑΝΑΤΡΕ'ΠΩ, *everto, subverto, prosterno, in fugam verto.* דָּחָה, *impello.* Ps. CXVII, 13. ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, *impulsus sum,* ut caderem. - הָדַף, *deturbo.* Prov. X, 3. ζωὴν ἀνατρέψει. - *הֵשִׁיב, *reduco.* *Symm.* 2 Sam. XIV, 13. ubi ἀνατρέπειν habet hanc notionem rariorem, ut sit: *reducere, redire iubere, revocare ex exilio,* i. q. ἐπιστρέφειν, qua voce h. l. *Theod.* ac LXX usi sunt. Sermo enim ibi est de Absolomo in exilio vivente. - כָּפָה, *supprimo.* Prov. XXI, 14. δόσις λάθριος ἀνατρέπει ὀργάς, munus occultum *supprimit* iras: ubi ἀνατρέπειν est *penitus cessare facere,* i. q. σβεννύειν apud *Symm.* Secundum *Cocceium* respexerunt ad notionem verbi, quam in *Talmud* habet: כְּלִי כָּפוּי est *vas inversum.* - מַכְלִים part. Hiph. *pudore suffundens. Aqu.* Iob. XI, 3. ubi tamen fortasse pro ἀνατρέπων scribendum erit ἐντρέπων, nisi quis statuere malit, ἀνατρέπειν, quod in universum est ἀναταράττειν, h. l. idem quod ἐντρέπειν significare, cum qua voce etiam haud raro in codd. permutatur. Conf. *Schweighaeuseri Lex. Polyb.* s. h. v. - נִרְתַּק, Niph. *concatenor.* Coh. XII, 6. ἀνατραπῇ τὸ σχοινίον. Secuti sunt lectionem Chethibh, יִרָחֵק, *recedet.* Iudith. XVI, 9. ἀνετράπησαν, *in fugam versi sunt,* coll. 1 Macc. VI, 6. 2 Macc. V, 18. ἀνετράπη τοῦ θράσους, ab audacia *aversus fuit.*

'ΑΝΑΤΡΕ'ΦΩ, *educo, nutrio.* Sap. VII, 4. ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην, in fasciis *enutritus sum.*

'ΑΝΑΤΡΕ'ΧΩ, *accurro, recurro, ascendo.* - שׁוּב, *revertor.* Lev. XXV, 41. εἰς τὴν κατάσχεσιν ἀναδραμεῖται, *redeat* ad patriam possessionem: ubi nullam prorsus *currendi* notionem adiunctam habet. Conf. *Polyb.* I, 50, 4. 2 Macc. IX, 25. ἀνατρέχων εἰς τὰς ἐπάνω σατραπείας, *expeditionem faciens* per superiores satrapias. Ib. XIV, 43. ἀναδραμὼν, *ascendens* fortiter in murum. *Xenoph. Hist. Gr.* IV, 4, 4. *Hes.* ἀναδραμεῖν, ἀναβῆναι.

'ΑΝΑΤΡΟΠΗ', *eversio, subversio.* מְסַפֵּחַ part. Pih. *adiungens.* LXX et ed. Vta Hab. II, 15. ὁ ποτίζων τὸν πλησίον

ἀνατροπὴν θολερὰν, quod *Arabs* bene transtulit *faecem turbidam*: θολερὸν enim, si de liquidis usurpatur, notat *immundum*, *turbidum*, et ἀνατροπὴ est *subversio*. Ergo *potio sursum ac deorsum mota adeoque faex*. Nonnulli volunt, eos legisse מֶסֶךְ טְמֵאָה, nam מֶסֶךְ est *potus mixtus ac subversus*. *Cappello* legisse videntur מַהְפֵּךְ, nam הָפַךְ est ἀνατρέπειν, *evertere*. Alii contra tribuunt illis lectionem מִכְפַּת חֵמָה. Scil. כָּפָה est *deprimere*, *subigere*, *subvertere*; et חֵמָה *perturbatio*, et cum de rebus fluidis usurpatur, quibus faeces sunt, *excitatio*. Tunc ἀνατροπὴ θολερὰ esset *subversio talis*, *qua faeces excitantur*: nam θολόω est pr. *turbo*, *coeno faeculento excitato*. Secundum *Grevium* per ἀνατροπὴν apud LXX significatur, *quod circumacto spatha liquore in scypho sursum vertitur*. Mihi vero videntur LXX sensum expressisse. סָפָה nempe pr. est ex usu l. arab. سفح *effundere*. *Effusio* autem est symbolum *interitus* in SS. Fortasse etiam loco ἀνατροπὴν legi posset ἀνατροφὴν, quod *omnis generis refectionem* significat. Praeterea legitur 3 Macc. IV, 5. ubi ἀνατροπῆς ὁρμῇ βιαίας a *Grotio* vertitur: *vi subitae necis*.

ἈΝΑΤΡΟΦΉ, *educatio*. 2 Macc. VI, 23. τῆς ἐκ παιδὸς καλλίστης ἀνατροφῆς, optima a pueritia educatione. Adde 4 Macc. XVI, 8.

ἈΝΑΤΥΠΌΩ, *effiguro*, *typo repraesento*. Sap. XIV, 17. τὴν πόῤῥωθεν ὄψιν ἀνατυπωσάμενοι sunt, interprete *Baduello*, *qui formam*, *vultum figuramque hominis absentis ac remoti sculptura retulerant et expresserant*. *Vulgat. e longinquo figura eorum allata* etc. Sap. XIX, 6. sec. *Compl.* ἀνετυποῦτο, *quasi de novo creabatur et reformabatur*.

ἈΝΑΎΞΗΤΟΣ, *non augendus*. צְרִירִי, *solitarius*, *sine liberis*. *Aqu.* sec. *ed. secundam* Ier. XXII, 30. Adde *Eustath.* in *Iliad.* α', p. 15, 13. et *Odyss.* α', p. 8, 7.

ἈΝΑΦΑΊΝΩ, *manifesto*, *ostendo*, *exhibeo*, *edo*, et Ἀναφαίνομαι, *appareo*. – *גָּלַשׁ, *depilo me*. Cant. VI, 4. αἳ ἀνεφάνησαν, sec. *Vat.* et *Schol. Vulg. quae apparuerunt*. Permutarunt sine dubio גלשׁ cum גָּלָה, nisi fortasse legendum est ἀνέβησαν, quod reliqui libri habent. = זָרַח, *orior*. *Aqu.* Deut. XXXIII, 3. sec. *Montf.* Sed *Scharfenb.* ad h. l. ἀνεφάνη potius ad הופיע referendum videtur. – *יָצָא, *exeo*, *prodeo*. *Inc.* Hab. III, 13. bene quoad sensum, nam sermo ibi est de Deo. 4 Macc. I, 4. κυριεύειν ἀναφαίνεται pro κυριεύει. De voce ἀναφαίνεσθαι vid. *H. A. Hamaker Lectt. Philostrateas* Fasc. I. p. 17 seq. – Vide alibi *Δίκαιος* et *Εἰρήνη*.

ἈΝΑΦΆΛΑΝΤΟΣ, *recalvaster* seu *ab anteriore parte tantum calvus*, et ita differt a φαλακρὸς, *qui calvus est perfecte*. גִּבֵּחַ, idem. Lev. XIII, 41. *Gloss. Philoxen. Reburrus*, ἀνάσιλος, ἀναφάλαντος. *Onom. Vet. Recalvus*, ἀναφαλαντίας.

Confer *Intt.* ad *Polluc.* II. c. 5. §. 26. et ad *Lucian.* *Tim.* p. 146.

᾽ΑΝΑΦΑΛΑΆΝΤΩΜΑ, *recalvatio*, *calvitium*, *locus recalvus.* גַּבַּחַת, idem. Lev. XIII, 42. 43. sec. *Alex.* et *Compl.* Reperitur quoque haec vox apud *Hesychium* (v. *Ge. d'Arnaud lectt. Gr.* p. 12.) ac *Aristot. hist. anim.* l. III. c. 2.

᾽ΑΝΑΦΕ'ΡΩ, *sursum fero*, *attollo*, *porto*, *affero*, *offero*, *profero*, *refero.* הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio. Inc.* Ps. XLIV, 15. LXX Ex. XVIII, 9. *ἀνοίσεις τοὺς λόγους αὐτῶν πρὸς τὸν θεὸν*, *deferes* eorum causas ad Deum, coll. 22 et 26. Ios. VII, 23. *ἀνήνεγκαν πρὸς ἰησοῦν*, ferebant ad Iosuam. 2 Par. XXIX, 31. *ἀναφέρετε θυσίας αἰνέσεως*, *offerte* sacrificia eucharistica. 2 Reg. XXIII, 8. ubi cum *ἀνάγειν* et *ἐξάγειν* in codd. permutatur. – הוֹבִיל Hiph. a יָבַל, *adduco. Aqu. Theod.* Iob. X, 19. ubi *deducere*, *transferre* notat, ac LXX *ἀπαλλάσσεσθαι* posuerunt. *Vulg. translatus.* LXX Ies. XVIII, 7. *ἀνενεχθήσεται δῶρα.* – הוֹרִיד Hiph. a יָרַד, *descendere facio.* 1 Sam. VI, 15. *οἱ λευῖται ἀνήνεγκαν τὴν κιβωτὸν*, Levitae portabant arcam. – הֵטִיב Hiph. a יָטַב, *bonum videtur*, *placet.* 1 Sam. XX, 13. ubi libere verterunt. – הֵנִיף Hiph. a נוּף, *agito*, etiam *offero* et *consecro*, si de sacrificiis sermo est. Lev. VIII, 27. et XXIII, 11. – הַנְסֵק Chald. Aphel a נְסַק, *ascendere facio.* Dan. VI, 23. *ἀνηνέχθη ἐκ τοῦ λάκκου*, *extractus est* e fovea. – הֶעֱבִיר Hiph. *transire facio. Theod.* ac *LXX* Ier. XXII, 35. Sensum expresserunt: nam vox hebraica h. l. *immolare* notat. *Vulg.* ut *initiarent.* – הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio*, et in Kal עָלָה, utut raro. Gen. VIII, 20. *ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν.* Ibid. XL, 10. vitis virens *ἀνενηνοχυῖα βλαστοὺς*, proferebat propagines. Iud. XVI, 3. *ἀνήνεγκεν αὐτὰ ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους*, portavit illa in verticem montis. 2 Sam. XXIV, 22. et alibi passim. – הִקְטִיר Hiph. *adoleo.* Ex. XXIX, 18. 25. Lev. II, 16. 2 Reg. XVI, 13. ubi cum *θυμιᾷν* in codd. permutatur. – הִקְרִיב, *appropinquare facio*, *offero*, Hiph. a קָרַב. Lev. III, 14. Deut. I, 17. – הֵרִים Hiph. a רוּם, *elevo*, etiam *offero Deo*, *sacrifico. Inc.* et LXX Lev. XXII, 15. ubi cum *προσφέρειν* et *ἀφορίζειν* in codd. permutatur. – *הִרְכִּב, *equitare facio.* 2 Reg. IX, 28. *ἀνήνεγκαν* sec. *Compl.* ubi reliqui libri *ἐπεβίβασαν* habent. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio.* Ex. XIX, 8. *ἀνήνεγκεν τοὺς λόγους*, *retulit* sermones. – חִטֵּא Pih. *expio*, *offero sacrificium expiationis.* Lev. VI, 26. – מִפְתָּח, *apertio.* Prov. VIII, 6. *ἀνοίσω ἀπὸ χειλέων ὀρθὰ*, *proferam* labiis recta. – נָשָׂא, *porto*, etiam ex adiuncto *aufero.* Num. XIV, 33. *ἀνοίσουσι τὴν πορνείαν*, defectionis *poenam luent.* Deut. XIV, 24. Iob. VII, 13. *ἀνοίσω δὲ πρὸς ἐμαυτὸν ἰδίᾳ λόγον*, ubi *ἀναφέρειν λόγον* est *loqui. Vulgatus: et revelabor loquens mecum in strato meo*, secundum parallelismum sententiarum, ubi loco *λόγον* legisse

videtur λέγων. Ies. LIII, 12. αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, ipse pro peccatis multorum *satisfecit*. - סָבַל, *baiulo*. Ies. LIII, 11. - עָשָׂה, *facio*, etiam *sacrifico*. 1 Reg. XII, 27. Ps. LXV, 14. 3 Esdr. IV, 6. 7. ἀναφέρουσι τοὺς φόρους, *afferunt* tributa, coll. *Xenoph. Cyrop.* IV, 5, 15. Sir. VIII, 24. μὴ ἀναφερέτω σοι χάριν, gratiam tibi non habeat. 1 Macc. II, 24. ἀνήνεγκε θυμὸν, *sustulit iram*, h. e., *Drusio* interprete, *vehementer excanduit*. 2 Macc. X, 4. ὕμνους ἀνέφερον, hymnos cantabant, q. d. quasi sacrificii loco offerebant. Ibid. VI, 10. δύο γὰρ γυναῖκες ἀνηνέχθησαν περιτετμηκυῖαι τὰ τέκνα αὐτῶν. *Vulg.* duae enim mulieres *delatae sunt* filios suos circumcidisse; ubi est i. q. v. 11. μηνυθέντες, nisi fortasse ibi legendum est cum *Syro* ἀνήχθησαν. Hinc ἀναφορὰ est *criminis delatio*.

'ΑΝΑΦΘΕΓΓΟΜΑΙ, *loquor*. דָּבַר. *Symm.* Iob. XXXIX, 35.

'ΑΝΑΦΘΗΣΙΣ, *exustio*. בָּעַר, *comburo*. *Aqu. Symm.* Ies. I, 31. ubi loco וּבָעֲרוּ, *et succendentur*, sine dubio legerunt וּבְעֵרָה *et incendium*.

'ΑΝΑΦΟΡΑ', *portatio*, it. *oblatio*, *vectigal*. הֲלָךְ Chald. *vectigal*. Esdr. VII, 23. - מַשָּׂא, *onus*. Num. IV, 20. κατὰ τὴν ἀναφορὰν αὐτοῦ, secundum *onus* ipsi ferendum. - עוֹלָה, *oblatio*, *sacrificium*. *Symm.* Gen. VIII, 20. Ps. XIX, 4. et Iob. XLII, 8. LXX Ps. L, 20.

'ΑΝΑΦΟΡΕΥ'Σ, *vectis*, *baiulus*. בַּד, idem. Ex. XXV, 13. 14. 15. et alibi. 2 Par. V, 7. 8. - מוֹט, *vectis et feretrum, quo aliquid loco movetur*. Num. IV, 10. 12. 1 Par. XV, 15. *Gloss. in Octat.* et *Hesych.* ἀναφορεῖς, οἱ ἀνέχοντες, οἱ ἀναβαστάζοντες. *Lex. Bibl. Coisl.* p. 494. ἀναφορεῖς, οἱ ἄνω ἔχοντες.

'ΑΝΑΦΡΑ'ΤΤΩ, *obstipo*, *obsepio*. סָתַם, idem. Neh. IV, 7. ἀναφράσσεσθαι, h. e. iterum *muniri* et hinc *obsepiri*. *Georg. Pachym.* II. *Hist.* c. 27. p. 80. B. *Chrysost.* T. I. Opp. p. 196. C.

'ΑΝΑΦΥΗ', *germen renascens*. צֶמַח, nomen propr. viri, quod pro appellativo *germen* habuit *Inc.* Zach. III, 8. ac *Aqu.* (e coniectura nempe *Montf.*) Zach. VI, 12.

'ΑΝΑΦΥΡΑ'Ω, *commisceo*. בָּלַל, idem. Lev. IX, 4. ubi cum simplici φυράω in codd. permutatur, sicut cum ἀναποιέω Num. XV, 6. quemadmodum ποιέω et φυράω permutantur invicem ib. v. 9.

alibi saepissime. – אִישׁ, *vir.* Gen. II, 24. ubi *filium* notat, coll. IV, 1. Ibid. IX, 20. ἄνθρωπος γεωργὸς, *agricola.* Lev. XXI, 9. ἀνθρώπου ἱερέως, *sacerdotis.* Similia exempla, ubi ἄνθρωπος redundat, vide in *Lex. N. T.* s. h. v. Ex. II, 11. ἄνθρωπον Αἰγύπτιον, Aegyptium *aliquem.* Lev. XVII, 3. ἄνθρωπος τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, *unusquisque* filiorum Israel. Vide et v. 8. 10. 13. XVIII, 6. et conf. Ex. XXXVI, 4. et Num. I, 4. ubi אִישׁ אִישׁ redditur ἕκαστος. Sic et Lev. XXI, 18. XXII, 3. 14. 21. et alibi ἄνθρωπος idem est ac Lev. XXI, 17. πᾶς ἄνθρωπος, *unusquisque.* Conf. Prov. XXIV, 12. ubi אָדָם vertitur ἕκαστος. Deut. XXIII, 1. ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, *minister Dei, interpres voluntatis divinae, a Deo missus.* Vide et Ios. XIV, 6. Iud. XIII, 6. 8. 2 Reg. I, 9. 10. 11. coll. 2 Par. XXIV, 6. ubi ἄνθρωπος respondet hebr. עֶבֶד *servus.* – אִישׁ אִישׁ, *vir vir.* Lev. XXII, 4. – *אִישׁ וְאִישׁ, *vir et vir.* Esth. I, 8. ubi ἀνθρώπων vertendum est *convivarum.* Certe *Iosephus* habet τῶν κατακειμένων. – אָנוּשׁ, *aegerrimus, mortiferus.* Ies. XVII, 11. *Aqu. Theod.* Ier. XVII, 9. 16. In omnibus his locis legerunt אֱנוֹשׁ. – אֱנוֹשׁ, *homo.* Deut. XXXII, 26. 2 Par. XIV, 11. Iob. V, 17. etc. – אִישׁ Chald. idem. Dan. II, 10. – אֲנָשִׁים plur. *homines, viri.* Gen. VI, 4. XIII, 8. 13. et alibi passim. – *אֲרָם. *Syrus* Ez. XXVII, 16. Legerunt אָדָם cum Daleth. – אֶרֶץ חַיִּים, *terra viventium.* Iob. XXVIII, 13. οὐδὲ μὴ εὑρεθῇ ἐν ἀνθρώποις. – בֵּן, *filius.* 1 Reg. IV, 30. Mal. IV, 6. – בֶּן אָדָם, *filius hominis.* Prov. XV, 12. Ies. LVI, 2. – בַּעַל, *dominus.* Ier. XXVII, 12. – בָּשָׂר, *caro.* Gen. VI, 13. ex idiotismo l. hebr. – בְּשַׂר אִישׁ, *caro viri.* Iob. XII, 4. – גֶּבֶר, *vir. Hebr.* et *Symm.* Iob. III, 3. LXX Num. XXIV, 3. 15. Iob. XIV, 14. Ps. XXXVI, 24. ac Dan. II, 30. 38. sec. *Chis.* – גּוֹי, *gens, populus.* Ierem. XXV, 3. Non male in hac orationis serie. – יָתֵד, *clavus, paxillus.* Ies. XXII, 25. ubi ἄνθρωπος sensu honesto *virum eximiae dignitatis* et *auctoritatis* notat, quemadmodum et vox hebraica metaphorice adhibetur. Vid. *Valckenar.* ad *Herodot.* VII, 210. p. 604. – *מְאָדָּם, *rubefactus est.* Nah. II, 4. ἐξ ἀνθρώπων. Legerunt מֵאָדָם. – מַיִם, *aqua.* Num. XXIV, 7. bui מַיִם de numerosa sobole explicandum est. – עֶבֶד, *servus.* 2 Par. XXIV, 6. Apud GG. quoque ἄ. *personam admodum vilem et contemptam* quandoque notat. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v. et *S. Petiti Miscell. Obss.* III. c. 15. – עֹבֵר, *transiens.* Ez. XXXV, 7. ubi τοῖς κτήνεσι opponitur adeoque recte per ἄνθρωπος reddi poterat. – עֵינֵי חַי, *oculi videntis.* Iob. XXVIII, 21. πάντα ἄνθρωπον; bene quoad sensum. – עֵינֵי רֹאִים, *oculi videntium.* Ies. XXXII, 3. – עַם, *populus.* Iob. XII, 2. Cohel. XII, 9. Es. XXXVI, 11. – פְּנֵי אִישׁ, *facies viri.* Iob. XXXII, 21. ἄνθρωπον οὐ μὴ αἰσχυνθῶ. – *פָּרִיץ, *effractor.*

Ps. XVII, 4. ubi non legerunt אָדָם, ut *Koehlerus* voluit, sed ἄνθρωπος sensu malo, ut nostrum *Mensch*, adhibuerunt. – שֵׁבֶט, pr. *sceptrum*. Num. XXIV, 17. *L. Bos* in *Prolegg.* in *LXX Intt.* c. 5. coniicit, LXX scripsisse ἄνθος: qua tamen coniectura non opus erit, modo teneatur, ἄνθρωπον quandoque esse vocabulum *honoris* et *laudis*, ut *virum insignem in suo genere*, *principem adeoque regem* significet. Confer supra s. יָחִיד. – Praeterea saepius haec vox reperitur, ubi nihil est in textu hebr., v. c. Lev. XX, 10. XXI, 40. Num. IX, 10. etc. Inprimis hanc in rem memorabilis est locus Iob. XV, 15. ubi verba πόσῳ μᾶλλον ἄνθρωπος in vers. *Symm.* sunt merum additamentum librarii, quod e margine in textum irrepsit. V. ad h. l. *Montf.* – 3 Esdr. II, 28. et VI, 12. ἄνθρωποι, *quidam*, Hebr. et Chald. גְּבַר. Esdr. IV, 21. V, 10. Sir. XV, 14. ἄνθρωπος, *homo sana ratione et libero arbitrio praeditus*. Conf. sequ. Sir. XXXIV, 16. ὡς ἄνθρωπος, h. e. *honeste, modeste, sobrie. Vulg.* quasi *homo frugis*. – Vide alibi 'Ανδρωθεὶς, 'Ομιλέω, Πνευματοφόρος, Πολεμιστής.

'ΑΝΘΡΩΠΟ'ΤΗΣ, *humana natura*, etiam *genus humanum*. בְּנֵי אָדָם, *filii hominis*. *Symm.* Ps. XLVIII, 3. *quivis homo*, coll. Ier. XLIX, 32.

'ΑΝΘΥΦΑΙΡΕ'Ω, *subduco, detraho*. גָּרַע, *diminuo, subtraho*. Lev. XXVII, 18. ἀνθυφαιρεθήσεται ἀπὸ τῆς συντιμήσεως αὐτοῦ, *subtrahetur* a pretio eius. *Dio Cass.* p. 551, 92. ed. *Reim.*

'ΑΝΘΥΦΑΙ'ΡΕΣΙΣ, *subtractio mutua*. תְּרָפִים, *Teraphim*. *Aqu.* 1 Sam. XV, 23. Ita *Bielius Montfauconium* secutus. Sed nullo modo ἀνθυφαίρεσις in *Aquilae* versione hebr. תְּרָפִים respondere potest, a quo toto coelo differt, et quod *Aqu.* sec. *Hex.* per θεραπείαν interpretatus est. Verba in *Hex.* mihi ita interpungenda esse videntur: καὶ ἀ ν θ υ φ α ί ρ ε σ ι ν ἡρμήνευσεν ἄλλος ἐπιτήρησιν, quae vel verti possunt: *Loco* ἀνθυφαίρεσιν *alius posuit* ἐπιτήρησιν, vel: *Pro voce* ἐπιτήρησις *incertus scripsit* ἀνθυφαίρεσις. Quidquid sumatur, tamen hoc certum esse mihi videtur, vocem ἀνθυφαίρεσις referendam esse ad antecedens אָוֶן, quod in genere *vacuitatem, defectum alicuius rei* significat, ut adeo *Aqu.*, qui proprias verborum significationes exprimere solet, iure suo voce ἀνθυφ. ad eam exprimendam uti potuerit. *Semlero* in *Apparatu critico* p. 303. vox ἀνθυφαίρεσις l. l. ad הַפְצַר *transgredi* referenda esse videtur. Caeterum vide de h. v. *Hesych.* s. v. ἀνθυποφορὰ, et *Suidam* T. I. p. 169. ult.

'ΑΝΙΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, *doleo, crucior*. אֲנוּשָׁה fut. ab אָנַשׁ, *anxius fui*. *Symm.* Ps. LXVIII, 21. ἠνιώμην, *cruciabar*. Secundum *Koehlerum* legit נוֹאָשׁ. *Hesych.* ἀνιωμένους, λυπουμένους, δακνομένους. *Phav.* ἀνιῶμαι, λυποῦμαι.

'ANI'ATOΣ, insanabilis, immedicabilis. אֵין מַרְפֵּא, *sine sanatione.* Prov. VI, 15. *συντριβὴ ἀνίατος, exitium sine remedio.* - אַכְזָר, *crudelis, saevus.* Deut. XXXII, 33. *θυμὸς ἀνίατος*, venenum *insanabile;* ac si (inquit *Bochartus Hieroz.* P. II. l. 3. c. 5.) pro אַכְזָר legerint אֵין זָר, *non est curatio:* nam זר est *curare vulnus*, Ies. I, 6. Ies. XIII, 9. *ἡμέρα κυρίου ἀνίατος*, dies poenae, *qui averti non potest.* Thren. IV, 3. *ἀνίατος, cuius animus curari*, h. e. *flecti ad misericordiam nequit.* - אָנוּשׁ, *aegerrimus, mortiferus.* Ier. XXX, 15. *ἀνίατος ὁ πόνος σου.* - בִּלְתִּי זָרָה, *sine dimotione.* Ies. XIV, 6. *πληγῇ ἀνιάτῳ.* Legisse videtur זָרָה. - *מַבְלִיגִיתִי, *confortatio mea.* Ier. VIII, 18. *ἀνίατα.* LXX sine dubio neglectis regulis grammaticis legerunt בִּבְלִי גֵהָה aut גוהה, aut substantivum aliquod a גָּהָה deductum, quod quale fuerit, l. hebr. usu destitutus definire non audeo. Caeterum lectionem hanc LXX Intt. secutus quoque est *Blayney* in *nott. critt.* ad h. l. qui גיחי pro infinitivo verbi גָּהָה cum suffixo Iod habet. - מְרִירִי, *amarus.* Deut. XXXII, 24. 2 Macc. IX, 5. *ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ.* *Phav. ἀνίατον, ἀθεράπευτον. Diod. Sic.* I. p. 50, 6.

'ANIEPO'Ω, consecro, devoveo, et ex adiuncto *aufero, tollo e medio.* 3 Esdr. IX, 4. *ἀνιερωθήσονται τὰ κτήνη αὐτῶν. Vulgatus: tollerentur facultates.* Respondet in textu Esdr. X, 8. hebr. חָרַם, *internecioni devovere.* 3 Macc. VII, 20. *ἀνιερώσαντες ἐν στήλῃ, quos dies, ut sacros, columnae inscripserunt.*

'ANI'HMI, dimitto, emitto, remitto, permitto, laxo, relaxo, desero, attollo. הֵקַל Hiph. a קָלַל, *levo.* 2 Par. X, 9. *ἄνες* (scil. *τι.* Similem ellipsin vide Gen. XLV, 28. Lev. VIII, 10. 11. 12.) *ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ.* Bene quoad sensum. - הֵשִׁית בָּתָה, *pono vastitatem.* Ies. V, 6. *ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, deseram* vitem meam. Vide supra s. v. *ἀμπελών.* - הִשְׁעָה Hiph. a שָׁעָה, *averto me, desisto.* Ps. XXXVIII, 14. *ἄνες μοι, desiste a me,* scil. malis inferendis. *Bielius* transtulit *permittas mihi, ut respirem. Hesych. ἀνίημι, συγχωρῶ.* - חָדַל, *desino, cesso.* 1 Sam. IX, 5. *ἀνεὶς τὰ περὶ τὰς ὄνους, relinquens* asinas. Ibid. XII, 23. *ἀνιέναι τοῦ προσεύχεσθαι, desinere* orare. Ibid. XXII, 14. *ἀνῆκε, omisit. Vulg. dissimulavit.* - *יָאתָה, *convenit. Theod.* Ier. X, 7. *ἀνῆκε.* - *יַנַּח, *sino, relinquo. Symm.* Cohel. VII, 19. *μὴ ἀνῇς*, ne *remittas*, seu *dimittas.* Hinc orta est vitiosa lectio LXX *μιάνῃς.* - כָּשַׁל, *impingo, offendo.* Ies. III, 7. *ἀνεῖται ἱερουσαλὴμ, soluta,* i. e. *eversa est* Hierosolyma. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Phavor. ἀνεῖσθαι, λελύσθαι.* - נוֹאשׁ Niph. a יָאַשׁ, *despero, spem abiicio.* 1 Sam. XXVII, 1. *ἀνῇ ἀπ' ἐμοῦ σαοὺλ τοῦ ζητεῖν με.* Bene quoad sensum. - נָטַשׁ, *mitto.* Ex. XXIII, 11. *Theod.* et LXX Ies. II, 6. *ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, deseruit* enim populum suum. -

נָשָׂא Gen. XVIII, 24. *οὐκ ἀνήσεις πάντα τὸν τόπον;* nonne *dimittes* sc. *impunitum* totum locum? Ios. XXIV, 19. *οὐκ ἀνήσει τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν*, non *remittet* peccata vestra. *Lex. Cyrilli MS. Brem. οὐκ ἀνήσει, οὐκ ἀφήσει.* Ies. I, 14. II, 9. *οὐ μὴ ἀνήσω αὐτοὺς*, non *dimittam* illos. *Hesych. ἀνήσω, ἀφήσω.* Ies. XLII, 2. *οὐδὲ ἀνήσει*, scil. *φωνὴν*, neque *attollet* vocem. Similis ellipsis Esdr. X, 5. *ὕψωσε* (sc. *φωνὴν*) *κλαίων*, extollebat vocem flens. – פָּרַשׂ, *expando*. Ies. XXV, 11. *ἀνήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Emittere manus* est *expandere eas*. – קָצַר, *curtus*, *contractus*. Ies. XXXVII, 27. *ἀνῆκα τὰς χεῖρας*, *retraxi* manus. – רָפָה in Kal, Pih. et Hiph. etiam Hithp. (ut Prov. XVIII, 9. מִתְרַפֶּה *remittens se*, *Theod. ἀνειμένος*, h. e. *qui remisse agit*, *deses*, *piger*). Deut. XXXI, 6. 8. *οὐκ ἀνήσει σε, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ*, *non vos relinquet*, *aut deseret auxilio suo*. Iud. VIII, 3. *τότε ἀνῆκε τὸ πνεῦμα αὐτῶν*, tunc *resedit* ira eorum. 1 Sam. XI, 3. *ἄνες ἡμῖν ἑπτὰ ἡμέρας*, *permitte* seu *concede* nobis septem dies. Ez. I, 25. *ἀνίεντο αἱ πτέρυγες*, remittebantur alae. *Theod.* ib. *ἀνιόντα*, quod *Montf.* transtulit *remittentia*, ubi vel legendum *ἀνίονται*, vel in sequ. *τὰς πτέρυγας* reponendum erit loco *αἱ πτέρυγες*. *Inc.* Cant. III, 4. – רָפֶה, *remissus*. Ies. XXXV, 3. *χεῖρες ἀνειμέναι*, *manus remissae*. – שָׁלַח, *mitto*, *emitto*. Gen. XLIX, 21. *στέλεχος ἀνειμένον*, *arbor* vel *truncus emissus*, *diffusus*, *germinans*, *propagines emittens*. *'Ανίημι* enim, cum de plantis sermo est, *germinationem* denotat (v. c. apud *Dioscor. de xiphio* l. IV. c. 2. *καυλὸν δ' ἀνίησι πηχύαιον, καρπὸν δὲ στρογγύλον, ῥίζας β.*), adeoque bene respondet *τῷ* שָׁלַח, quod etiam *emittere* ac *proferre* notat, v. c. Ps. LXXX, 12. et Ier. XVII, 8. – *שָׁעָה, *respicio*, etiam *recedo*. *Theod.* Iob. XIV, 6. *ἄνες*, *remitte*. Bene quoad sensum. – שָׁקַט, *quiesco*. Ies. LXII, 1. *διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω*, propter Hierosolymam non *cessabo*. Sap. XVI, 24. res creatae dicuntur *ἀνίεσθαι*, *relaxari* ad benefaciendum Dei cultoribus, ubi metaphora petita est ab *arcu*. Sir. V, 4. *οὐ μή σε ἀνῇ*, non *dimittet te impunem*, sed eo acrius puniet, quo tardius. Ibid. XXX, 8. *υἱὸς ἀνειμένος*, *filius, qui non castigatur*, *cui nulla severior disciplina adhibetur*. Sic apud GG. SS. *ἀνειμένη γῆ* et *ἀνειμένον χωρίον* de *inculta terra* dicuntur. Apud *Euripid. Heracl.* v. 3. *ἀνειμένος* dicitur *effusus*, *omnia sibi permittens*. Ibid. XXX, 25. *ἄνες χεῖρας αὐτῷ*, *relaxa* servo manus, h. e. *otiosum esse patere*, coll. v. 24. 26. 27. *Hesych. 'Ανίεσθαι, τὸ ἀπολύεσθαι, συγχωρεῖσθαι, κουφίζεσθαι.* Idem: *'Ανίησιν, ἐᾷ, ἀπολύει, ἀναπαύει, ἐνδιδοῖ.* Idem: *'Ανίησιν, ἐνδίδωσιν, ἀναβάλλει.*

'ANI'HMI 'EK ΔΕΣΜΩ͂Ν, *dimitto e vinculis*. מַרְבֵּק, *saginarium*. Mal. IV, 2. *μοσχάρια ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα*, vituli ex vinculis dimissi. *Bochartus* in *Hieroz.* P. I. l. II. c. 34. intellegit vincula, quibus in area devinciebantur, ut subsul-

tando grana triturarent, ac putat, ἀνειμένα (quod tamen agnoscit quoque versio *Arab.*) additum esse e glossemate, quia scribis imperitis, qui de tritura hic agi non cogitaverint, visum fuerit absurdum, ut *ex vinculis saltare* dicerentur. Vide tamen, quae contra illum observat *Horreus Miscell. Critt.* p. 330. Aliis contra legisse videntur מֵרַתֹּק, nam רַתּוּק *catenas, funes, vincula* significat. *Bahrdtius* ad h. l. suspicatur, h. l. lectum fuisse primum μοσχάρια σιτευτά, et ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα esse verba alius interpretis, qui respexerit arab. ربث, quod Coni. II. est *solvere vincula*.

ΟΥ̓ΚΕ'ΤΙ 'ΑΝΙ'ΗΜΙ, etiam Οὐκέτι ἀνίημι τὰς ἁμαρτίας, *non amplius remitto*, sc. *peccata*. – נִלְאֵיתִי הִנָּחֵם, *defessus sum poenitendo*. Ier. XV, 6. οὐκέτι ἀνήσω αὐτούς, non amplius dimittam eos, sc. impunitos. – נִלְאֵיתִי נְשׂוֹא, *defessus sum ferendo*. Ies. I, 14. οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, non amplius *remittam* peccata vestra.

'ΑΝΙ'ΚΗΤΟΣ, *invictus*, *invincibilis*. 2 Macc. XI, 13. 3 Macc. IV, 21. 4 Macc. IX, 18.

*"*ΑΝΙΚΜΟΣ*, *siccus*, *humore carens*. Vox haec legitur in nonnullis codd. a *Montf.* laudatis Iob. VIII, 16. apud *Aqu.* pro hebr. רָטֹב, *humidus*, *humectus*, ubi tamen ἔνικμος reponendum esse nemo facile inficias ibit. *Hesych.* ἄνικμος, ξηρά, ἰκμάδα, ὅ ἐστιν ὑγρασίαν, μὴ ἔχουσα.

'ΑΝΙ'ΠΤΑΜΑΙ, *avolo*. נָדַד, *vagor*. Ies. XVI, 2. πετεινοῦ ἀνιπταμένου.

'ΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, (etiam ἀνιστάω. Vide s. v. הִקִּיף.) *erigo, excito, resuscito, instauro, constituo, surgo, resurgo, invalesco*. אָנוּשׁ, *aegerrimus, mortiferus*. Ier. XXX, 10. ἀνέστησα σύντριμμα. Videntur legisse אֶנָּשֵׂא, a rad. נָשָׂא, *attollere*. – הִתְיַצֵּב הִצִּיב Hiph. et Hithp. a יָצַב, *constituo, sisto me*. Num. XXII, 22. 1 Sam. XV, 12. ἀνέστακεν αὐτῷ χεῖρα, *erexit* sibi tropaeum. – הִקִּיף Hiph. a נָקַף, *cingo*. 1 Reg. VII, 24. sec. *Ald.* et *Compl.* ἀνιστᾷν. Ita enim scribendum est loco ἀνίσταν, quod *Trommius* edi iussit. Sed locus ipse mihi est admodum suspectus. – הֵקִיץ, *evigilo*, Hiph. a קוּץ. Ps. XLIII, 25. – הִשְׁכִּים Hiph. *matutino*. Gen. XXI, 14. Iud. IX, 33. ubi cum ὀρθρίζειν in codd. permutatur. Iob. I, 5. – *הִתְאַמֵּץ, *roboro me*, sequ. עַל. 2 Par. XIII, 7. ubi cum πρὸς construitur, et notat *surgere adversus aliquem, insurgere*: unde *Inc.* ibi ἀνθίστημι posuit. – חָזַק, *validus sum*. Ies. XXXIX, 1. ἀνέστη, h. e. *convaluit ex morbo*. – חָיָה, *vivo, revivisco*. Ies. XXXVIII, 9. ἀνέστη ἐκ τῆς μαλακίας. – *חָרָה, *contendo*. *Syrus* Ier. XII, 5. ubi tamen suspicor eum loco ἀναστῆναι scripsisse ἀντιστῆναι. Sed etiam impressa lectio defendi potest. – *מָקוֹם, *locus*. *Aqu.* Nah. I, 8. ἀπὸ τῶν

ἀνισταμένων. Legit מְקוֹמִים, a קוּם, *insurgere*, aut מִמְּקוֹמִים, ut *Theod.* et *Ed. Vta.* – *נָשָׂא. Dan. XI, 14. sec. *Chis.* – נָתַן צְבִי, *do decus.* Ez. XXVI, 20. ἀνασταθῇς, *restitueris.* – * סוּר, *recedo.* *Aqu.* Gen. XLIX, 10. οὐκ ἀναστήσεται. Sed legendum videtur ἀποστήσεται, ut Ps. CXXXVIII, 19. vertit, et sensus postulare videtur, ac v. 14. Sic iudicarunt iam de h. l. *Iunius* et *Montf.* – עָזַר, *iuvo, auxilior.* 2 Par. XX, 23. – עָלָה, *ascendo.* 1 Sam. XXIV, 1. ubi pro ἀνέστη fortasse reponendum est ἀνέβη, quod *Compl.* habet. Idem valet quoque de loco 2 Par. XXIV, 23. 2 Par. XXIV, 13. ut lat. *surgere* de aedificio adhibetur. Ies. VII, 1. – עָמַד הֶעֱמִיד, Kal et Hiph. *sto, constituo.* *Aqu. Symm.* Ies. XI, 10. LXX 1 Par. XXI, 1. ubi cum ἵστημι permutatur in codd. 2 Par. XXIV, 13. ἀνέστησεν τὸν οἶκον, *instaurabat* domum. Ib. XXV, 5. ἀνέστησεν αὐτοὺς, *constituit* illos. Prov. XXIX, 4. ἀνίστησι χώραν, *firmat* regnum. Ies. XI, 10. ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, qui regnum in gentes *suscipit*. Similiter *Herodot.* III, 67. ἀνιστάμενος ἐς τὴν ἀρχήν. Dan. VIII, 22. βασιλεῖς ἀναστήσονται, reges *regnare incipient*, coll. XI, 2. 3. ac *Herodot.* III, 66. βασιλέα ἀνεστεῶτα. – קוּם et הֵקִים Kal et Hiph. *Aqu.* Ps. CVI, 29. ἀναστήσει λαίλαπα εἰς αὔραν, *statuet* seu *mutabit* turbinem in tranquillitatem, ubi ἀνίστημι est i. q. simplex ἵστημι, quo *Symm.* usus est. LXX Gen. IV, 8. ἀνέστη ἐπὶ Ἀβέλ, *insurgebat* adversus Abelem. Ex. X, 23. ubi cum ἐξανίστημι in codd. permutatur (coll. Num. VII, 1. Iud. V, 7. et 2 Sam. XXIII, 10.). Ibid. XXVI, 30. ἀναστήσεις τὴν σκηνὴν, *aedificabis* tabernaculum. Ib. XL, 2. cum ἵστημι permutatur in codd. (coll. Iud. VIII, 30.). Num. XV, 2. ἀνέστησαν, *insurrexerunt*, ubi *Oxon.* ἀνθέστησαν. Deut. VI, 4. Ios. VI, 26. ὃς ἀναστήσει sec. *Ald. Syr.* et *Theod.*, ubi *Vat.* οἰκοδομήσει habet. 1 Par. X, 12. cum ἐγείρειν permutatur. 2 Par. VI, 10. ἀνέστησε τὸν λόγον τοῦτον, *eventu confirmavit* hoc promissum. Ps. XL, 11. ἀνάστησόν με, *restitue me in pristinam dignitatem et felicitatem.* Ps. LXXXVIII. v. 11. ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, medici suscitabunt, scil. arte sua ad vitam restituent. Legerunt aliis punctis רוֹפְאִים יָקִימוּ. Dan. II, 44. ἀναστήσει βασιλείαν, *stabiliet* regnum. Ibid. XI, 14. sec. *Chis.* Amos VII, 2. ubi pro יָקוּם legerunt יָקִים. Praeterea legitur in notione *reaedificandi* Hagg. II, 9. et Ies. II, 10. ubi verba ὅταν ἀναστῇ θραῦσαι τὴν γῆν e v. 19 et 29. huc translata sunt. 3 Esdr. II, 24. in notione *exstruendi* Chald. שַׁכְלֵל, Esdr. IV, 16. Sir. XXV, 1. ἀνέστην ὡραία, *fui* speciosa. Ib. XLVII, 1. ἀνέστη, *exortus* est, coll. XLVIII, 1. et 1 Macc. XIV, 41. 2 Macc. VII, 9. εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἀναστήσει, ad aeternam vitae renovationem *suscitabit*. Ib. v. 14. πάλιν ἀναστήσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, se rursus *suscitatum iri* ab eo.

'ΑΝΙΣΧΥ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *infirmus sum.* כָּשׁוֹל נִכְשַׁל, *cadendo cado.* Ies. XL, 30. *ἐκλεκτοὶ ἀνίσχυες ἔσονται*, electi infirmi erunt. Causam posuerunt h. l. pro effectu.

'ΑΝΟΔΙ'Α, *invia, locus invius.* לֹא דֶרֶךְ, *non via. Symm.* Iob. XII, 24. *δι' ἀνοδίας. Vulg. per invium.*

'ΑΝΟΗΣΙ'Α, *insipientia, amentia.* אֵין תַּחְבֻּלוֹת, *non gubernatio*, aut *gubernandi peritia. Theod.* Prov. XI, 14. *ἐν ἀνοησίᾳ*, ubi tamen suspicor post haec verba excidisse *κυβερνητῶν*, aut simile vocabulum. – *כֶּסֶל, *stultitia. Aqu.* Ps. XLVIII, 14. ubi *Symm. ἄνοιαν* posuit. Vide *Suidam* s. v. *ἀβελτερία.*

'ΑΝΟ'ΗΤΟΣ, *insipiens, amens.* אֱוִיל, *stultus.* Prov. XVII, 29. – אִוֶּלֶת, *amentia.* Prov. XV, 22. – יוֹנָה, *opprimens. Theod.* Soph. III, 1. ratus nempe יוֹנָה h. l. *columbam* denotare. – כְּסִיל, *stultus.* Prov. XIX, 1. *Symm.* Ps. XLVIII, 11. – *לֹא חָכָם, *non sapiens. Inc.* Hos. XIII, 13. ac Prov. XIV, 26. *Theod.* Prov. XXVI, 3. – פְּלִילִי, *iudex.* Deut. XXXII, 31. Legerunt sine dubio אֱוִילִים. – שֶׁקֶר, *falsitas, mendacium. Symm.* 1 Sam. XXV, 21. לַשֶּׁקֶר, *in vanum, ἀνόητον.* Scribendum est vel *ἀνόητος*, vel *ἀνοήτως*. Alias enim nullum sensum haberet haec versio. Qui ingratis beneficia confert, est *ἀνόητος*. Potest tamen quoque ante *ἀνόητον* suppleri *εἰς*, ubi tamen ambiguum manet, an *ἀνόητον* sit h. l. masculinum (in commodum insipientis ac stolidi) aut neutrum. Sir. XXI, 21. XLII, 10. *Hesych. ἀνόητος, μωρὸς, ἠλίθιος, ἀσύνετος, ἄφρων.*

'ΑΝΟ'ΗΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *insipiens, stultus sum.* כָּסַל idem. Ierem. X, 8.

*'ΑΝΟΗΤΟ'ΤΕΡΟΣ, *stultior, insipientior.* 4 Macc. V, 9.

*'ΑΝΟΗ'ΤΩΣ, *stulte, insipienter, imprudenter.* בְּלִי דַעַת, *absque scientia. Symm.* Iob. XLII, 3. Ad haec enim verba *ἀνοήτως* in vers. *Symm.* referre mallem, quam cum *Kreyssigio Symb.* P. III. p. 11. ad לֹא אָבִין. *Vulg. insipienter locutus sum.* – פּוֹתָה, *stolida.* Hos. VIII, 1. sec. cod. *Barb.*, quod *Dathius Opusc.* p. 27. *Theodotionis* esse putat, ubi tamen a *Kreyssigio* l. l. in *ἀνόητος* convertitur.

"ΑΝΟΙΑ, *amentia, stultitia.* אִוֶּלֶת, idem. Prov. XXII, 15. – דּוּמִיָּה, *silentium.* Ps. XXI, 2. *οὐκ εἰς ἄνοιάν μου.* Interpretatio haec vix sensum patitur. *R. Simoni* in *Hist. Crit. V. T.* p. 58. probabile est, eos his verbis significare voluisse, ipsius preces non irritas fore, et dedecori pudorive cessuras. *Semlerus* coniicit, legendum esse *ἄνεσιν*, quam coniecturam secutus quoque est *Fischerus* in *Clavi* p. 33. qui docuit, reponi oportere aut *οὐκ εἰς ἄνεσιν*, aut *οὐκ ἔστιν ἄνεσις.* – *כֶּסֶל, *stultitia. Symm.* Psalm. XLVIII, 14. ubi tamen pro *ἀνοίας* alii in *Catena Corderii* legerunt *ἀγνοίας.* – שַׁחֲרוּת, *iuventa.* Coh. XI, 10. *Cappelle* in *notis critt.* ad h. l. p. 489.

LXX (quos h. l. secuti sunt *Syrus* et *Arabs*) ἄνοιαν accepisse videntur significatione *nigredinis*. *Desvoeux* autem in *Comment.* ad h. l. p. 270. reponere mavult ἄνθια, quod secundum dialectum ionioaeolicam positum sit pro ἄνθη, ac commode de *iuventute* dici possit; coll. Il. ν', 484. Sed quia vox ἄνθια apud nullum scriptorem graecum reperitur, sumere mallem, LXX in mente habuisse notionem *fascinationis*, quam habet שַׁחַר cum derivatis, et cum qua *stultitia iuventuti propria* bene comparari poterat, unde mihi quoque *voluptas* apud *Vulgatum* fluxisse videtur. *Hesych.* ἀνοίας, μωρίας. Sap. XV, 18. ἄνοια γὰρ συγκρινόμενα τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρονα, ubi auctor huius libri videtur accepisse adiective pro ἀνόητα, i. e. *amentia* vel *insensata*, ut *Vulg.* transtulit. V. ad h. l. *Corn. a Lapide* in *Comment.* 2 Macc. XIV, 5. ἄνοια est *impietas*, quae in eo erat, quod populares suos Demetrio prodebat. *Syrus* ܣܘܟܠܠܐ. In eadem significatione legitur ib. XV, 33. et 3 Macc. III, 11.

"ΑΝΟΙΓΜΑ, *apertura, ostium.* פֶּתַח, *ianua.* 1 Reg. XIV, 6. εἰσερχομένης αὐτῆς ἐν τῷ ἀνοίγματι, cum intraret illa per ostium. Vide et *Aqu.* Num. IV, 26. Ps. XXIII, 7. Ies. XIII, 2. – פִּתּוּחַ, *sculptura.* *Aqu.* Zach. III, 9. respiciens scilicet notionem *aperiendi*, quam habet פָּתַח.

'ΑΝΟΙΓΩ, *aperio.* בּוֹא פֶּתַח, *ingredior ianuam.* Ies. XIII, 2. secundum sensum: qui enim ingreditur, aperuit sibi ianuam. – בָּקַע, *findo, scindo.* Iud. XV, 19. – גָּלָה, *revelo, retego.* 1 Par. XVII, 25. ubi cum ἀποκαλύπτειν in codd. permutatur. Iob. XXXVIII, 17. – הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio.* Ier. VIII, 1. ἀνοίξουσι τὰ ὀστᾶ τῶν βασιλέων ἰούδα, aperient sepulcra, quibus recondita sunt ossa regum Iudae, ut nempe ea eiiciant. Est itaque ἀνοίγειν h. l. in notione praegnanti. – הִרְחִיב Hiph. *dilato.* Ies. LVII, 4. ἐπὶ τίνα ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν, contra quem tam libere locuti estis. Vide *Lexic. N. T.* s. h. v. – הֵשִׂיחַ Hiph. a שִׂיחַ, *eloquor.* Iob. VII, 11. ubi post ἀνοίξω omissa sunt aut exciderunt verba τὸ στόμα μου, *libere ac palam declarabo.* – *נִצֵּץ, *emico, effloresco.* *Aqu.* Cant. VII, 12. ubi post ἀνοίγειν omissum esse videtur τὸ ἄνθος, h. e. *aperire florem.* – פֶּטֶר, *apertio.* Ex. XIII, 2. – פָּעַר, *distendo, distendendo aperio.* Ps. CXVIII, 130. – פָּצָה, *frango, rumpo.* Num. XVI, 30. Deut. XI, 6. Iud. XI, 35 et 36. ubi ἀνοίγειν τὸ στόμα πρὸς θεὸν de *votis*, *quibus aliquid Deo promittitur*, adhibetur. Iob. XXXV, 16. ματαίως ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ, temere *dicta protulit.* Ies. X, 14. – פָּקַח, *aperio.* *Symm.* Ies. XLII, 20. ἀνεῳγμένα τὰ ὦτα αὐτοῦ, ubi pro αὐτοῦ reponendum est σοῦ. Caeterum legit פָּקַח. LXX Gen. XXI, 19. 2 Reg. IV, 35. VI, 20. – פָּרַשׂ, *expando, extendo.* Ies. XXXVIII, 14. Vide supra s. v. ἀναπτύσσω. –

*פֶּתַח, *ianua*. *Theod.* Hos. II, 7. Legit לְפֶתַח. LXX Ies. XIII, 2. ἀνοίξατε. Legerunt פִּתְחוּ. - פָּתַח, *aperio*. Gen. VII, 11. VIII, 6. ἠνέῳξε sec. *Vat.* ubi *Compl.* ἀνέῳξε. Ib. XXIX, 30. ἤνοιξε τὴν μήτραν, *effecit*, *ut foecunda esset*, coll. XXX, 22. Ps. LXXVII, 2. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. Prov. XXXI, 8. *Lucian. Philopseud.* T. III. p. 597. ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. - פְּתַח *Chald.* et in part. Pih. פְּתִיחַ. Dan. VI, 10. VII, 10. - פִּתְחוֹן, *apertio*. Ez. XVI, 62. et XXIX, 21. - קָרַע, *lacero*. Ies. LXIV, 1. ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανόν. Sir. XV, 5. ἀνοίξει στόμα αὐτοῦ, efficiet, ut sapienter, docte atque prudenter loquatur, aut *disertos reddet*. Vide *Vorstium* de *hebr. N. T.* p. 703. ed. *Fischeri*. Ibid. XX, 14. XXII, 26. *Vulg. si aperueris os triste*, h. e. *iratum*, ut iracunda, morosa, acerba ac minacia verba protulerit. Confer *Lucil.* apud *Nonn.* IV, 455.

ʼΑΝΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, *reaedifico*, *restauro*. *בָּכָה, *fleo*. Mich. I, 10. ubi loco תִּבְכּוּ legerunt תִּבְנוּ. - *בֵּן, *filius*. Dan. XI, 14. sec. *Chis.* ubi pro וּבְנֵי legisse videntur יִבְנֶה. - בָּנָה, *aedifico*, *exstruo*. *Symm.* Iob. XX, 19. Recte: nam בָּנָה ibi *reaedificandi* notionem habet. LXX Deut. XIII, 16. Neh. II, 5. Prov. XXIV, 27. - בְּנָא Chald. idem. Esdr. IV, 13. - גָּדַר, *sepio*, *sepem obduco*, *maceriam struo*. Thren. III, 7. 9. In utroque loco ἀνοικοδομεῖν *obstruere* notat, et est i. q. ἀποικοδομεῖν et ἐνοικοδομεῖν, unde ἀνοικοδομεῖν ὁδοὺς et ἐμφράσσειν τρίβους in posteriore loco iunguntur. *Schol. Arist. ad Pac.* v. 99. ἀνοικοδομεῖν per ἀποφράξαι interpretatur. Adde *Diod. Sic.* XI, 22. et *Abreschii Lectt. Thucyd.* p. 355. Vnde apparet, errare partim *Drusium*, qui LXX Hos. II, 6. בָּנִיתִי legisse existimat, partim eos, qui eodem in loco ἀνοικοδομεῖν in ἀποικοδομεῖν aut ἐνοικοδομεῖν mutandum esse praecipiunt. Vide *Fischeri Proluss.* de *verss. graec.* p. 27. *Kreyssigium Symb.* P. III. p. 11. ac *Opuscula* mea *Crit.* p. 413.

*ʼΑΝΟΙΚΤΟΣ, *immisericors*, *crudelis*. 3 Macc. IV, 13. μετὰ πικρᾶς καὶ ἀνοίκτου ψυχῆς, duro et *crudeli* animo. *Schol. Aristoph.* ad *Thesmoph.* v. 1031. ἄνοικτος, σκληρὸς, ἀνηλεήμων, ἀνέλεος, ἀταλαιπώρητος. *Hesych.* ἀνοίκτως, ἀνηλεῶς, ἀταλαιπωρήτως.

*ʼΑΝΟΙΟΣ, *amens*, *insensatus*. Sap. XV, 18. ἄνοια γὰρ συγκρινόμενα τῶν ἄλλων ἐστὶ χείρονα. Sc. auctor huius libri, qui subinde verba graeca novat, novequè accipit, ἄνοια videtur accepisse adiectivè in plurali, et in genere neutro. *Vulg. insensata*.

ʼΑΝΟΜΒΡΕ'Ω, *effundo tanquam imbrem*, metaph. *copiose profero*. נָבַע, *scaturio*. *Theod.* Prov. XVIII, 4. ἀνομβρῶν. Sir. XVIII, 29. ἀνώμβρησαν παροιμίας ἀκριβεῖς, *tanquam imbrem effundebant* sententias accuratas. Ib. XXXIX,

8. ἀνομβρήσει ῥήματα σοφίας. Ibid. L, 29. *Hesych.* ἀνομβρεῖ, ἀναβάλλει. Hinc ἀνομβρία apud *Ioseph. A. I.* VIII, 13, 2. p. 438. et ἄνομβρος apud *Herodot.* II, 22. p. 96.

'ANOME'Ω, *inique ago, etiam tanquam impium tracto:* בָּגַד, *praevaricor.* Ps. XXIV, 3. - הִרְשִׁיעַ Hiph. *condemno.* 2 Sam. XX, 21. 1 Reg. VIII, 32: τοῦ ἀνομηθῆναι ἄνομον, *ad condemnandum* aut *puniendum* impium, coll. 2 Par. VI, 23: τοῦ ἀποδοῦναι τῷ ἀνόμῳ. 2 Par. XX, 36. Dan. XI, 32. - הִתְעִיב Hiph. a תָּעַב, *abominabile facio.* Ez. XVI, 51. - חָנֵף, *contaminor.* Ies. XXIV, 5. ἡ γῆ ἠνόμησε, terra *foede contaminata est peccatis:* ubi ἀνομεῖν sensu passivo adhibetur. - מָעַל, *praevaricatus sum.* 1 Par. X, 13. - עָוָה et הֶעֱוָה Pih. et Hiph. *perversus sum, inique ago.* Ps. CV, 6. ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν. - עָוֹן, *perversitas.* Iob. XXXIII, 9. - עָשָׂה תוֹעֵבָה, *abominationem facio.* Ez. XXII, 11. ἀνομεῖν γυναῖκα, *vitiare* uxorem, *ea foedissime abuti ad rem veneream.* - פָּשַׁע, *praevaricor.* Ies. XLIII, 27. - פֶּשַׁע, *praevaricatio.* Iob. XXXIV, 6. - שָׁדַד, *devasto.* Ies. XXI, 2. ubi ἀνομεῖν *inique, iniuste agere* notat. - הִשְׁחִית שִׁחֵת, *corrumpo, devasto.* Ex. XXXII, 7. Num. XXXII, 15. Deut. IV, 16. - שָׁקַד, *maturo, evigilo.* Ies. XXIX, 20. οἱ ἀνομοῦντες ἐπὶ κακίᾳ. Legerunt fortasse cum Resch, (שִׁקְרֵי) ubi notat *mentiri, fallaciter* h. e. *impie agere,* aut etiam sensum expresserunt, quia *vigilare* notat metaphorice *omni cum studio aliquid facere.* Nonnulli statuunt, eos legisse שִׁחֵת. Si coniecturae locus esset, scribere mallem ἀγρυπνοῦντες. Ita enim שָׁקַד vulgo vertitur. 3 Esdr. IX, 7. hebr. מָעַל, coll. Esdr. X, 10.

'ANO'MHMA, *iniquitas, flagitium.* בְּלִיַּעַל, *Belial, nequam.* Deut. XV, 9. - זִמָּה, *scelus.* Lev. XX, 14. ubi cum ἀνομία in codd. permutatur. - חַטָּאת, *peccatum.* Ios. XXIV, 19. - נְבָלָה, *stultitia,* etiam *flagitium, scelus.* Ios. VII, 15. Ita quoque *Chald.* דלא כשר, h. e. *improbum.* Non opus itaque erit statuere, LXX scripsisse ἀνόημα. - עָוֹן, *perversitas: Aqu.* Gen. IV, 13. sec. cod. *Mosqu.* LXX Lev. XVII, 16. Thren. V, 7. Ez. XVI, 49. - פֶּשַׁע, *praevaricatio.* 1 Sam. XXV, 28. Ps. L, 2. - תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Ez. XVI, 49. - תִּפְלָה, *insulsitas,* etiam *improbitas.* Ier. XXIII, 13. *Soph. Oed. Tyr.* v. 480. *Schol. Diod. Sic.* I. p. 48. ult.

'ANOMI'A, *iniquitas, peccatum, flagitium,* proprie *aberratio a lege, transgressio legis.* אָוֶן, *vanitas, molestia, peccatum.* Iob. XXXI, 3. Ps. V, 6. VI, 8. - אָשָׁם, *reatus, oblatio pro reatu.* Ez. XLVI, 21. τὰ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας, sc. θύματα. - בַּלָּהָה, *conturbatio, terror.* Ps. LXXII, 19. Scilicet בַּלָּהָה h. l. interpretati sunt de peccatis et flagitiis, quae stuporem faciunt; non male ac seriei orationis convenienter. Arab. بله *stultitiam, simplicitatem* notat. - בְּלִיַּעַל, *Belial,*

nequam. 2 Sam. XXII, 5. Ps. XVII, 5. - בֶּצַע, *quaestus, lucrum*, etiam *peccata*, *quae ex lucri cupiditate oriuntur*, spec. *iniquitas*, *iniustitia*. Ies. XXXIII, 15. - דֶּרֶךְ, *via*, *vivendi ratio*, in utramque partem. Ez. XX, 30. ubi in malam partem sumitur. - הֶבֶל, *vanitas*. Prov. XIII, 11. ubi sensum expresserunt, aut potius, quae *Iaegeri* est opinio, sententiam a calumniis defendere magisque explicare voluerunt. - הַוָּה, *aerumna*, *pravitas*. Ps. LVI, 2. XCIII, 20. - *הֱיוֹת, *essendo*, s. *futurum esse*. Ps. XLIX, 21. ὑπέλαβες ἀνομίαν. Legerunt sine dubio הַוֹּת. Caeterum pro ἀνομίαν vel est legendum ἄνομε, (ut secundum *Hex. Inc.* habet, ac non solum legit *Clemens Alex. Strom.* l. IV. p. 556. b. sed quoque transtulit vetus interpres, et *Arabs*), vel ἀνομίαν positum est pro κατ' ἀνομίαν, ut verba sint ita interpungenda: ὑπέλαβες, ἀνομίαν ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Vide *Colomesii Obss. SS.* p. 83. - הַשְׁחֵת infin. *corrumpendo*. Deut. XXXI, 29. - זִמָּה, *scelus*. Lev. XIX, 29. ubi *Isychius* auctor est LXX Intt. pro ἀνομίας legisse πορνείας, quae vox merum glossema esse videtur, quia in antecedentibus πορνεύειν et ἐκπορνεύειν legitur. Lev. XX, 14. Ps. XXV, 10. CXVIII, 149. - חֵטְא, in plur. חֲטָאִים, *peccatum*. Ps. CII, 10. - חַטָּאת contr. ex חַטָּאָה, idem. Ex. XXXIV, 9. Ps. XXXI, 5. Ies. LVIII, 1. - חָמָס, *vis*, *violentia*. Ps. LIV, 10. Ies. LIII, 9. Ez. VII, 23. - חֶסֶד, *benignitas*, *pietas*. Ps. LI, 3. Ex *Dathii* et aliorum sententia acceperunt חֶסֶד in notione syriaca vocis ܚܣܕܐ, quae *ignominiam*, *opprobrium* notat. *Koehlerus* autem existimat, eos legisse חָמָס. - *יוֹם, *dies*. Mal. III, 6. ubi pro לְמִימֵי legerunt לְמוּמֵי, a מוּם *labes*, *macula*, *vitium*. - כְּלִמָּה, *ignominia*, etiam *id quod ignominiam affert*. Ez. XVI, 51. - מְהוּמָה, *turbatio*. Ez. XXII, 5. - מוֹשָׁב, *habitatio*. Ez. XXXVII, 23. Legerunt מְשׁוּבֹתֵיהֶם, *defectiones eorum*. - מַעַל, *praevaricatio*. 1 Par. X, 13. - מַעֲלָלִים, *actiones*. Ies. III, 8. Acceperunt vocem hebr. h. l. sensu malo, et quidem recte, non autem reddiderunt ita, quasi esset ab עַוְלָה *iniquitas*, quae fuit nonnullorum sententia. - מַעֲנִית, *sulcus*. Ps. CXXVIII, 3. Sine dubio derivarunt ab עָנָה, *affligere*, *opprimere*, et legerunt מַעֲנִים. Conf. Ies. LI, 23. 'Ανομία h. l. est *iniuria*, *violentia*. - מִשְׂפָּח, (שׂ pro ס) *suppuratio*, *vulnus*. Ies. V, 7. ubi ἀνομία est *inquitas*, *iniuria omnis generis*. Genus posuerunt pro specie. Ita quoque *Chaldaeus*, qui habet *oppressionem*. - נְבָלָה, *stultitia*, etiam *impietas*. Ier. XXIX, 23. - סָרָה, *aversio*, speciatim a Deo. Ies. I, 5. - עָוֶל, *improbitas*. Ps. LII, 2. Ez. XXXIII, 13. 18. - עַוְלָה, idem. Ps. XXXVI, 1. LXXXVIII, 22. - עוֹלָה, idem. Ps. LVII, 2. LXIII, 6. - עַוְלָתָה, idem cum intensione. Ps. CXXIV, 13. - עָוֹן, *perversitas*. *Symm.* Ps. LXIV, 4. ubi tamen pro ἀνομιῶν

legendum videtur *ἀνόμων*, ut habet *Theodoretus* T. I. p. 1029. LXX Gen. XIX, 15. Ex. XXXIV, 7. Lev. XVI, 21. 22. et alibi saepius. – *עִנְיָן, *occupatio molesta.* *Symm.* Cohel. V, 2. Legit עָוֹן, extrito Nun. *Semlero* legendum videtur *ἀσχολίας*, aut simile quid. – עֹצֶב, *dolor*, *molestia*, etiam *id quod molestiam et dolorem facit et creat.* Ps. CXXXVIII, 23. – עָקֹק, *durum*, *perversum.* Ps. XXX, 23. – פַּלָּצוּת, *tremor*, *terror.* Ies. XXI, 4. Fortasse loco impressi *ἀνομία* scripserant *ἀνία* aut *σκοτία*. Certe eandem vocem Ps. LIV, 5. per *σκότος* transtulerunt. – פֶּשַׁע, *defectio*, *praevaricatio.* Iob. VII, 20. VIII, 4. Ps. XXXI, 1. 5. – פֹּשֵׁעַ part. *defector*, *praevaricator.* Ies. LIII, 12. – רֶשַׁע, *improbitas.* Ps. V, 4. XLIV, 9. Ez. III, 19. – רִשְׁעָה, idem. Ies. IX, 18. Ez. XVIII, 20. 27. Mal. I, 4. – שֶׁקֶר, *falsitas*, *mendacium.* Ps. VII, 15. Ies. LIX, 3. – תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Ier. XVI, 17. Ez. VIII, 6. XXII, 2.

'ΑΝΟΜΟΙΟΓΕΝΕ'Σ. *quod est diversi generis.* כִּלְאַיִם, *mixturae.* *Aqu.* vel sec. *Coisl.* *Symm.* Deut. XXII, 9. *ἀνομοιογενὲς*, *semen diversi generis*, ubi vid. *Scharfenb.* Adv. *ἀνομοιογενῶς* legitur apud *Schol. Soph. Antig.* v. 74.

*'ΑΝΟΜΟΙΟ'ΦΥΛΟΣ, *qui est ex diversa classe* s. *genere.* כִּלְאַיִם, *diversae species.* *Symm.* sec. cod. 108. *Holm.* *ἀνομοιοφύλῳ*. Desideratur haec vox in Lexx. Graec. Similis huic est vox *ἀνομοιογενὴς*, *diversi generis*, reddenda *Clementi Alex. Strom.* II. p. 401. loco *ἀνομογενὴς*.

"ΑΝΟΜΟΣ, *iniquus*, *transgressor legis.* *אָדָם, *homo.* Soph. I, 3. Olim suspicatus sum, loco *ἀνόμους* reponendum esse *ἀνθρώπους*, ex auctoritate vers. *Arab.* ut lectio *ἀνόμους* ex compendio scripturae (*ανους*) orta fuerit: sed nunc, re diligentius cogitata, mihi non sollicitanda videtur lectio recepta, cum אָדָם h. l. tantum *impios* significet, unde quoque cum רְשָׁעִים permutatur. – אָוֶן pr. *iniquitas.* Iob. XI, 14. XXXIV, 8. 22. Ies. LV, 7. – בְּדִיל pr. *stannum.* Ies. I, 25. bene quoad sensum. Vide ad h. l. Intt. Arab. بذل est *profanavit.* Exod. XX, 25. Lev. XX, 3. – בֶּצַע, *quaestus*, *avaritia*, *turpe lucrum.* Prov. I, 19. ubi *ἄνομα* sunt *iniuste facta.* Ier. VI, 13. – הוֹלֵל part. *insaniens.* Ps. LXX, 3. Flagitiositas in SS. haud raro *insania* dicitur. – זֵד, *arrogans*, *superbus.* Ies. XIII, 11. – חַטָּאִים plur. *peccatores.* Ies. XXXIII, 14. – חָנֵף, *hypocrita*, *profanus.* Ies. IX, 17. X, 6. – חֹנֶף, idem. Ies. XXXII, 6. – *חֹק, *statutum.* Lev. XVIII, 30. sec. cod. *Alex.* Bene quoad sensum. Sermo enim est de legibus et statutis, quae in terra Canaan ante Israelitas inter gentiles valuerant, quae partim *νόμιμα* (sic enim reliqui libri habent), partim *ἄνομα* dici poterant, quatenus *legibus Mosaicis contraria* erant. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – כָּפָן, pr. *fames.* Iob. V, 22. Pro abstracto posuerunt concretum, quasi

בְּפַן notaret h. l. *eos, qui alios famelicos reddunt.* – לָצוֹן, pr. *derisio.* Prov. XXIX, 8. sec. *Ald.* – מִרְשַׁעַת, foem. *improba.* 2 Par. XXIV, 7. – מַשְׁחִית part. Hiph. *corruptor.* Ies. I, 4. – *מִשְׁפָּט, *iudicium.* Iob. XXXIV, 17. ubi aut legerunt מִשְׁעָה, aut bis legerunt illud שׂוֹנֵא, ut שׂוֹנֵא מִשְׁפָּט transtulerint per τὰ ἄνομα, quod pro τοὺς ἀνόμους positum sit, quemadmodum et in sequ. τοὺς πονηροὺς legitur. – נִשְׁבַּע Niph. *iuro.* Lev. V, 4. ubi pro ἡ ἄνομος vel legendum est ἢ ἀνομόσῃ, ut alii libri habent, vel scribendum ἀνόμως, omisso sequ. ἢ, ut נִשְׁבַּע in notione *temere iurandi* acceperint. – סָרָה, *aversio, recessio,* spec. *a Deo.* Ies. XXXI, 6. – עוֹלָה, *iniquitas.* Iob. XXVII, 4. – *עוֹלָם, *saeculum.* Ps. XXXVI, 28. ubi legisse videntur עֲוָלִים. – עָוֹן, *perversitas.* Iob. XIX, 29. Ps. LXIV, 5. ubi *Grabius* ἀνόμων mutavit in ἀνομιῶν, qua tamen coniectura commode supersedere possumus. Solent enim LXX pro abstractis ponere concreta, ac receptam lectionem tuentur *Vulg.* et *Arabs.* – עֹנְנָה, *praestigiatrix.* Ies. LVII, 3. Legerunt עַוְלָה cum *Chaldaeo,* quae lectio quoque magis convenit seriei orationis. – עָרִיץ, *tyrannus.* Ies. XXIX, 20. – פֹּשֵׁעַ part. *praevaricator.* Ps. L, 14. Ies. I, 28. LIII, 12. – צַדִּיק, *iustus.* Ez. XXI, 3. ubi tamen pro ἄνομον forte legendum ἄμωμον, qua voce et Prov. XX, 7. hebr. צדיק reddunt. – רָשָׁע, *improbus.* 1 Sam. XXIV, 14. 1 Reg. VIII, 32. Ps. CIII, 36. – בֵּית רָשָׁע, *domus improbi.* Hab. III, 12. – רֶשַׁע, *improbitas.* Prov. X, 2. XII, 5. ubi ἀνόμου est generis neutrius, ac *improbitatem* notat. Ez. VII, 11. – רִשְׁעָה, idem. Ez. V, 5. Mal. III, 15. IV, 1. – שׁוֹדֵד, *vastator.* Iob. XII, 5. – שָׁוְא, *vanitas, falsitas.* Iob. XI, 11. – שֶׁקֶר, *falsitas, mendacium.* Ies. IX, 15. תָּמִים, *integer, perfectus.* Prov. XXVIII, 6. ubi iterum pro ἄνομοι legendum erit ἄμωμοι. Vide *Grabii Prolegg.* in LXX T. IV. c. 4. §. 3. 1 Macc. II, 44. ubi ἄνομος est *gentilis, non Iudaeus,* coll. Sap. XVII, 2. et *Fragm. Esther.* c. 4. *Hesych.* ἄνομον, τὸ μὴ ὑποκείμενον νόμῳ. Vide *Lex. N. T. s. h. v.*

ἌΝΟΜΑ (sc. ἔργα) *ΠΟΙΕ'Ω, iniqua facio.* שׂוֹנֵא מִשְׁפָּט, *odi ius.* Iob. XXXIV, 17.

ἈΝΟ'ΜΩΣ, inique. 2 Macc. VIII, 16.

**ἈΝΟΜΩ'ΤΕΡΟΝ, iniquius, magis contra leges.* Sir. X, 9. φιλαργύρου μὲν γὰρ οὐδὲν ἀνομώτερον, (sec. *Compl.*) *avaro nihil est iniquius,* seu: *magis contra leges,* sc. *humanitatis.*

ἈΝΟ'ΜΟΙΟΣ, dissimilis. Sap. II, 15. ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος, dissimilis est aliis eius vivendi ratio.

ἈΝΟ'ΝΗΤΟΣ, inutilis. Sap. III, 11. κόποι ἀνόνητοι. 4 Macc. XVI, 7 et 9. ubi ἀνόνητοι positum est pro ἀνονήτως. *Hesych.* ἀνόνητον, ἀνωφελῆ, ἄκερδον s. ἀκερδῆ. Vide quoque supra s. v. ἀνόητος.

'ΑΝΟΡΘΟ'Ω, *erigo, stabilio.* *הֵקִים, idem. 1 Par. XVII, 24. sec. *Vat.* et *Ald.* – הִרְבָּה Hiph. *adaugeo.* Ps. XVII, 39. ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με: ubi ἀνορθοῦν est *felicem, potentem reddere. Symm.* ibi usus est voce αὐξάνειν. – הִתְעוֹדֵד Hithp. *consisto, quasi statuminatus.* Ps. XIX, 9. – זָקַף, *erigo.* Ps. CXLIV, 15. CXLV, 7. – כּוּן in Niph. Pih. Hiph. et Hithp. 2 Sam. VII, 13. ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ, stabiliam thronum eius, coll. v. 16. et 26. 1 Par. XVII, 12. 14. 24. ubi ἀνορθοῦσθαι cum ἑτοιμάζεσθαι in codd. permutatur. Ierem. X, 11. ὁ ἀνορθώσας, qui *creavit.* Ez. XVI, 7. οἱ μαστοί σου ἀνωρθώθησαν, mammae *sororiarunt.* Sir. XI, 13. ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ, *erexit* eum ab humilitate eius.

'ΑΝΟΡΥ'ΣΣΩ, *effodio.* חָפַר, idem. Iob. III, 21. ἀνορύσσοντες ὥσπερ θησαυρούς, qui quaererent cupidius quam thesauros. Ibid. XXXIX, 21. ἀνορύσσων ἐν ποδὶ, ungula fodiens terram.

'ΑΝΟ'ΣΙΟΣ, *non sanctus*, i. e. *profanus, impius, impurus, sceleratus, iniquus.* זִמָּה, *scelus.* Ez. XXII, 9. ἀνόσια ἐποίουν. *Hesych.* ἀνόσια, βέβηλα, ἄδικα, ἄνομα. Sap. XII, 4. τελετὰς ἀνοσίους. *Vulg. sacrificia iniusta.* 2 Macc. VII, 34. ὦ ἀνόσιε, o sceleste. De *profano* et *idololatria inquinato* legitur 3 Macc. II, 2. V, 8.

'ΑΝΟΣΙ'ΩΣ, *impie.* 3 Macc. I, 21. Fragm. Esther. VIII, 6.

'ΑΝΟΣΙΩ'ΤΑΤΟΣ, *impiissimus, impurissimus.* 2 Macc. VIII, 32. Adde *Aelian. V. H.* XIII, 2. init.

"ΑΝΟΥΣ, *amens, demens, simplex.* בַּעַר pr. *brutus, bardus.* Ps. XLVIII, 9. ἄφρων καὶ ἄνους. – לָסוּר, *ad recedendum.* Prov. XIII, 15. ubi LXX לָסוּר visum est participium סוּר *aversus*, ל redundans in subiecto enuntiationis. Vide ad h. l. *Iaegerum. Doederleinius* in Bibl. Theol. T. I. p. 21. existimat, eos אָסוּר, *vinctum*, h. e. *mente captum*, legisse. – פֹּתֶה, *fatuus, simplex.* Hos. VII, 11. ὡς περιστερὰ ἄνους, tanquam columba simplex. Confer *Symm.* Soph. III, 1. ubi יוֹנָה vertitur per ἀνόητος.

'ΑΝΟΧΗ', *tolerantia*, it. *morae tempus, spatium temporis concessum patientia et tolerantia alterius.* 1 Macc. XII, 25. οὐ γὰρ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀνοχὴν ἐμβατεῦσαι κ. τ. λ., non enim eis dedit spatium, ut ingrederentur regionem ipsius. *Iosephus* σχολὴν habet. *Syrus* ܢܝܚܐ.

*'ΑΝΤΑΓΩΝΙΣΤΗ'Σ, *adversarius in pugna.* 4 Macc. III, 5. *Hesych.* ἀνταγωνιστής, ἀντίπαλος.

*'ΑΝΤΑΙ'ΡΩ, *contra attollo, levo.* נָשָׂא, *levo.* 2 Sam. XVIII, 28. τοὺς ἀνταίραντας τὴν χεῖρα sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri voce ἐπαίρω usi sunt.

'ANTAKOY'Ω, *contra* vel *vicissim audio*. לֹא־עָנָה, *non respondeo*. Iob. XI, 2. ὁ τὰ πολλὰ λαλῶν καὶ ἀντακούσεται, qui multa loquitur, ille etiam vicissim audiet seu audire debet. Libere transtulerunt. *Soph. Ai.* 1163. *Eur. Hecub.* 321.

'ANTA'ΛΛΑΓΜΑ, *id quod cum alio commutatur et alius loco datur*, *pretium*, *id quod emitur vel redimitur*, item *commutatio*, *retributio*, etiam *res aequiparanda alteri*, *quod alteri simile est*. חֲלִיפָה, *vicissitudo*. Inc. et LXX Ps. LIV, 22. οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, *non mores suos mutant*, vel, *meliores evadunt*. Est ibi ἀντάλλαγμα i. q. ἀλλαγὴ, *emendatio*, *mutatio in melius*. V. supra s. v. ἀλλάσσω, ac *Schultensii Opera minora* p. 188. – מְחִיר, *pretium*. 1 Reg. XXI, 2. ἀργύριον ἀντάλλαγμα τοῦ ἀμπελῶνος, argentum *pretium* vineae tuae. *Aqu. Symm.* Prov. XVII, 16. *Theod.* et LXX Iob XXVIII, 15. οὐ σταθήσεται ἀργύριον ἀντάλλαγμα αὐτῆς, non appendi potest argentum, ut eius pretium, h. e. summa est sapientiae praestantia. Ier. XV, 13. thesauros tuos in direptionem dabo ἀντάλλαγμα διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας σου, *loco poenae* omnium peccatorum tuorum. – עָקֵב, *calcaneus*. Ps. LXXXVIII, 50. οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ χριστοῦ σου. *Bielius* transtulit *typum* uncti tui. *Suidas* ad h. l. respiciens paulo generalius exponit τοὺς κατὰ σάρκα προγόνους τοῦ χριστοῦ. Eodem modo *Theodoretus*, quem *Suidas* procul dubio secutus est. Verba eius *Küsterus* ad *Suidam* in Τὸ ἀντάλλαγμα produxit. Sed hae nugae sunt. Τὸ ἀντάλλαγμα positum est pro εἰς ἀντάλλαγμα, *poenae loco*, et loco עֵקֶב legisse videntur עָקֵב, quod ex usu l. ar. *retributionem*, *compensationem* in universum notat. Vide infra s. v. ἀνταλλάττω. – תְּמוּרָה, *commutatio*, *permutatio*. Ruth. IV, 7. ubi ἀντάλλαγμα est *cessio iuris redimendi*. Sir. VI, 16. οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, *nihil ei comparari potest*, *tanquam aequivalens*, *nullum par est pretium*. *Vulg. amico fideli nulla est comparatio*. Similis sententia reperitur apud *Eurip. Orest.* v. 1158. Sir. XXVI, 16. οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, nulla re aestimari potest, *nihil est simile*. *Hesych.* ἀντάλλαγμα, ἀνθόμοιον. Ibid. XLIV, 16. de Noacho: ἐν καιρῷ ὀργῆς ἐγένετο ἀντάλλαγμα, tempore diluvii *liberatus* s. *ereptus est mortis periculo*. Nam ἀντάλλαγμα, quod speciatim *pretium* notat, *quo aliquis liberatur e servitute*, deinde quoque ad *ipsam liberationem*, seu *eum qui liberatus est* transfertur. Conf. h. l. *Syrum*. Fortasse haec vox quoque reddenda est LXX Intt. 2 Sam. XXIV, 24. ubi pro מְחִיר in *Vat.* legitur ἐν ἀναλλάγματι, ubi vel ἐν ἀνταλλάγματι legendum est, vel ἐν ἀλλάγματι, ita ut ἀν ex praecedente ἐν ortum sit.

'ANTAΛΛA'TTΩ, *commuto*. נָשָׂא, *accipio*. Prov. VI, 35. οὐκ ἀνταλλάξεται οὐδενὸς λύτρου τὴν ἔχθραν, *nullo pretio dato placabitur*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀνταλλάξασθαι, ἀν-

τιδοῦναι. - עָקַב Pih. *differo*, *retardo*. Iob. XXXVII, 4. ubi mihi permutasse videntur עָקַב et עָרַב, quod *permutare* notat. Sed versio ipsa ibi obscura est. Caeterum vide supra s. v. ἀντάλλαγμα.

'ANTA'MEIΨIΣ, *retributio*, *commutatio*. *Δι' ἀντάμειψιν*, *propter retributionem*. עֵקֶב, *ad finem usque*, *finaliter*. Ps. CXVIII, 111. δι' ἀντάμειψιν. Vide supra s. v. ἀντάλλαγμα. *Hesych*. ἀντάμειψιν, ἀνταπόδοσιν.

'ANTANAIPEΩ, *vicissim sumo*, *aufero*, *cessare facio*. אָסַף, *colligo*, *recipio*. Ps. CIII, 30. ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, *auferes* spiritum eorum. - בְּלִי, *consumtio*. Psalm. LXXI, 7. ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, usque dum *evanescat* luna. *Hesych*. ἀνταναιρεθῇ, ἀφανισθῇ, ad h. l. forte respiciens. Ita et Lex. *Cyrilli* MS. - הִשְׁבִּית Hiph. *cessare facio*. Ps. XLV, 8. ἀνταναιρῶν πολέμους, qui bella *cessare facit*. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. ἀνταναιρῶν, ἐξαφανίζων. - לָקַח, *accipio*, et sequ. מִן *aufero*. Ps. L, 12. - מָרוֹם, *altitudo*, *excelsum*. Ps. IX, 27. ἀνταναιρεῖται (alii ἤρται) τὰ κρίματά σου. Sensum expresserunt, ante מָרוֹם supplendo בְּ, *in altitudine*, h. e. longe remotae sunt. Inde forte apud *Hesychium* pro ἀναντaίρεται, quod ἀφαιρεῖται exponitur, iudice *Bielio* legendum est ἀνταναιρεῖται. - נֶהֱלַךְ, *abire cogor*. Ps. CVIII, 22. *Theod. et LXX* Ps. LVII, 9. - עָרָה Pih. *denudo*. Ps. CXL, 9. μὴ ἀντανέλῃς τὴν ψυχήν μου. Sc. anima hominis, quando moritur, *denudatur*, h. e. *exuitur corpore*. Legitur praeterea haec vox Prov. VIII, 10. sec. cod. *Alex*. ἀνταναιρεῖσθε ἔσθησιν κ. τ. λ., quae verba *Grabius* uncis conclusa edidit, sed ibi sine dubio legendum est ἀνθαιρεῖσθε, ut legitur apud *Clement. Alex*. p. 299. A. et reponendum quoque est in *Ald*. ac *Compl*.

'ANTANAKΛA'Ω, *refringo*, *reflecto*, *repercutio*. Sap. XVII, 19. ἀντανακλωμένη ἐκ κοιλοτάτων ὀρέων ἠχώ, echo ex montibus cavissimis *repercussione translata*. *Hesych*. 'Ἀντανακλωμένη, κατ' ἀνάκλασιν (sic enim iudice *Bielio* legendum est ex *Phavorino* pro ἀνάκλησιν) διά τινος μεταγομένη. γίνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ φωνῆς, ἣν καλοῦσιν ἠχώ, καὶ ἐπὶ φωτός. ἡ ἀντιπίπτουσα. Idem fere legitur in *Gloss. MS*. in *Sap. Sal*. ac *Lex. Cyrilli MS. Brem*.

**'ANTANI'ΣTHMI*, *e regione excito* (*Dio Cass*. p. 333, 14. *Reim*.), i. q. simplex ἀνίστημι ἀντί. Bar. III, 19. ἄλλοι ἀντανέστησαν ἀντ' αὐτῶν, alii *eorum loco surrexerunt*, seu *exorti sunt*. Sic *Alex*. et *Compl*. ubi *Vatic*. habet ἀνέστησαν ἀντ' αὐτῶν.

'ANTAΠOΔI'ΔΩMI, *reddo*, *retribuo*, in utramque partem. בּוֹא, *venio*. Ies. XXXV, 4. κρίσιν ἀνταποδίδωσι: ubi aut sensum magis secuti sunt quam verba, aut בּוֹא

h. l. in notione hiphilica acceperunt. Quidquid sumatur, tamen erravit *Bielius*, qui, *Trommium* secutus, vocem ἀνταποδίδωμι ad גמול quoque retulit. - גָּמַל, *retribuo*. Deut. XXXII, 6. 1 Sam. XXIV, 18. ἀνταπέδωκάς μοι ἀγαθὰ, ἐγὼ δὲ σοὶ ἀνταπέδωκα κακά. Psalm. VII, 4. et alibi saepius. - גָּמַר, *perficio*. Ps. CXXXVIII, 9. ubi non legerunt גָּמַל pro גָּמַר, ut nonnulli voluerunt, sed גָּמַר habet quoque significationem *retribuendi*, v. c. Ps. LVII, 3. ubi *perficere benignitatem suam* nihil aliud est, quam *retribuere*. Sic *Chaldaeis* שְׁלֵם notat *perficere* et *retribuere*. Confer etiam Ps. LIII, 5. - הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Ies. LXVI, 4. Veniunt sc. peccata super aliquem, quando propter ea punitur. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio* Gen. L, 15. ἀνταπόδομα ἀνταποδῷ, coll. Thren. III, 63. Joel. III, 4. 7. Deut. XXXII, 41 et 44. ἀνταποδώσω δίκην. - *וְשִׂים. 1 Sam. II, 20. ἀνταποδῷ sec. *Compl.* ubi reliqui libri ἀποτίσαι habent. Sc. וְשִׂים h. l. *dare, concedere* notat. - פָּקַד, *visito*, it. *punio*. Lev. XVIII, 25. - *שׁוּב, *revertor*. *Symm.* Ps. LIV, 7. ubi secuti sunt cum *Syro* lectionem marginalem יָשִׁיב. - *שׂוּם, *pono*, etiam *do* et, seq. תחת, *reddo*. *Inc.* 1 Sam. II, 20. - שִׁלֵּם Pih. *retribuo*. Gen. XLIV, 4. Deut. XXXII, 41. Iud. I, 7. etc. - שִׁלֵּם, *retributio*. Deut. XXXII. 35. - תַּגְמוּל, *beneficium, meritum*. Ps. CXV, 3. In libris apocryphis dicitur in utramque partem de *praemiis*, Sir. III, 31. XXX, 6. de *poenis*, Iudith. VII, 15. Sir. XVII, 19. XXVI, 22. *retribuet meritam pravitatis suae poenam. Vulg. resistet illi.* Legit ἀντιποδώσει, *pedibus obviam ibit.* 1 Macc. XI, 53. ἃς ἀνταπέδωκεν αὐτῷ. *Syrus* bene: quae *promiserat* ei: nam ἀνταποδιδόναι, ut hebr. נָתַן, notat h. l. *promittere daturum esse.*

'ΑΝΤΑΠΟ'ΔΟΜΑ, *retributio, remuneratio*, in utramque partem. גְּמוּל, idem. *Symm.* ac *Theod.* Prov. XIX, 17. LXX Iud. IX, 16. 2 Par. XXXII, 25. Ps. XXVII, 6. - הָשֵׁב inf. Hiph. a שׁוּב. Gen. L, 15. - שִׁלֻּמִים plur. *retributiones*. Ies. I, 23. - תֹּאֲנָה, pr. *occasio*. Iud. XIV, 4. ubi *occasionem* seu *praetextum se ulciscendi* notat, ac in codd. cum ἐκδίκησις permutatur. Sir. XI, 2. εὑρήσεις ἀνταπόδομα, *gratias tibi referet*. Malo sensu de *poena* ib. XIV, 6. coll. Tob. XIV, 12. 1 Macc. II, 68.

'ΑΝΤΑΠΟ'ΔΟΣΙΣ, idem. גְּמוּל, idem. Ps. XCIII, 2. CII, 3. Ies. LIX, 18. - גְּמוּלָה, idem. 2 Sam. XIX, 36. Ier. XXXI, 56. - נָקָם, *vindicta*, *ultio*. Ies. LXI, 2. LXIII, 4. - עֵקֶב, *merces, praemium*. Ps. XVIII, 12. - צְדָקָה, *iustitia*. Ps. CII, 17. Intellegitur h. l. iustitia Dei, quae se exserit in distribuendis praemiis. - שִׁלּוּם, *remuneratio*. Ies. XXXIV, 8. Hos. IX, 8. - *שְׁלוֹמִים, *paces*. Ps. LXIX, 22. ubi pro לִשְׁלוֹמִים legerunt לְשִׁלֻּמִים, aut לְשַׁלְמוֹנִים.

'ΑΝΤΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ, *propter aliquid morior.* שַׁלֵּם שִׁלֵּם, *retribuendo retribuo.* Ex. XXII, 3. ἀνταποθανεῖται, *vicissim interficietur, Kircherus* reddidit *simul morietur.*

'ΑΝΤΑΠΟΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ, *contra respondeo, obloquor.* הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב *redire facio*, seq. אָמַר, *verbum.* Iud. V, 29. 2 Sam. III, 11. sec. *Compl.* - עָנָה, *respondeo.* Iob. XVI, 8. *Theod.* et LXX Iob. XXXII, 12.

'ΑΝΤΑΠΟ'ΚΡΙΣΙΝ ΔΙ'ΔΩΜΙ, *responsum do.* הֵשִׁיב Hiph. *reddo,* etiam *respondeo.* Iob. XIII, 22. - תְּשׁוּבָה, *regressio, responsio.* Iob. XXXIV, 36.

'ΑΝΤΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, *remitto, rursus ablego.* שָׁלַח, *mitto.* 1 Reg. XX, 10. *Aelian. V. H.* X, 20. *Dio Cass.* XXXIV. p. 2. B.

'ΑΝΤΑΠΟΤΙ'Ω, *rependo, retribuo,* et quidem in utramque partem. שִׁלֵּם Pih. idem. 1 Sam. XXIV, 20. ἀνταποτίσει αὐτῷ ἀγαθά.

"ΑΝΤΑΡΣΙΣ, *elevatio manus contra aliquem, insurrectio.* קֶשֶׁר, *coniuratio. Inc.,* sine dubio *Symm.,* 2 Reg. XI, 14. *Symm.* Ies. VIII, 12. et Ier. XI, 9. Dicitur alias ἀνταρσία. *Lex. Vet.* 'Ανταρσία, *rebellatio.* Idem: ἀντάρτης, *rebellio, perduellio.*

'ΑΝΤΕ'ΠΩ, *contradico, obloquor.* דִּבֵּר Pih. *dico, loquor.* Gen. XXIV, 50. οὐ δυνησόμεθά σοι ἀντειπεῖν κακὸν καλῷ, non poterimus tibi malum *regerere* pro bono. Ios. XVII, 14. - הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio*, etiam *respondeo.* Esth. VIII, 9. Iob. XX, 2. XXIII, 13. - כָּנָף pr. *ala.* Ies. X, 14. Ita *Bielius,* sed male: nam ἀντέπω ibi non respondet hebr. כָּנָף, sed formulae פָּצָה פֶּה, *aperire* aut *disrumpere os.* - *מְרִיבָה, *lis, iurgium.* Num. XXVII, 14. sec. *Oxon.* et *Inc.* apud *Montf.* Reliqui libri pro ἀντειπεῖν habent ἀντιπίπτειν, quod vide infra. - עָנָה, *respondeo.* Iob. XXXII, 1 *Tetrapl.* Iob. IX, 3. - *צִפְצֵף, *pipio.* Ies. X, 14. nam et huic voci ibi ἀντέπω respondere potest. Vide supra s. v. כָּנָף.

'ΑΝΤΕΡΕΙ'ΔΟΜΑΙ, *renitor, concerto.* Sap. XV, 9. ἀντερείδεται μὲν χρυσουργοῖς, *ambitiose* quidem *concertat* cum aurifabris.

'ΑΝΤΕΡΕ'Ω, *contra dico, obloquor.* *הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב *redire facio,* it. *respondeo.* Iob. XXIII, 13. sec. cod. *Alex.* Iudith. XII, 13. τίς εἰμὶ ἐγὼ ἀντεροῦσα τῷ κυρίῳ μου. *Thucyd.* III, 42.

'ΑΝΤΕ'ΧΟΜΑΙ, *adhaereo alicui velut unguibus affixus, adhaeresco, meum esse contendo, vindico, retineo, sum tenax, do operam, studiosus sum, succurro.* אָחַז, *capio.* Deut. XXXII, 41. ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου, *tenax erit* iudicii manus mea, s. *parabo* iudicium. *Gloss. MS. in Cant. Script.* ἀνθέξεται, ἀντιλήψεται, (ita quoque *Suidas,* adducto hoc loco.) ἀντιποιηθήσεται. Coh. VII, 9. ἀγαθόν σε ἀντέχεσθαι ἐν τούτῳ, bonum est, te huic *adhaerere.* *Theod.* Iob. XVII, 9. - דָּרַשׁ, *quaero,*

"ΑΞΙΟΣ, *dignus, conveniens, par, aequalis.* בֵּן *filius.* *Aqu.* 2 Sam. XII, 5. ἄξιος θανάτου. Bene quidem quoad sensum, sed non accommodate rationi, quam *Aquila* in versione sua secutus est. Repono υἱός. Vox ἄξιος sine dubio e reliquis verss. irrepsit. *Symm.* 1 Sam. XXVI, 16. Scilicet בֵּן aliis substantivis adiunctum haud raro eum notat, *qui aliqua re dignus est.* Itaque quoque υἱός et τέκνον, de quibus verbis expositum est a me in *Lexico N. T.* – מָלֵא, *plenus.* Gen. XXIII, 9. 1 Par. XXI, 22. 24. ἀργύριον ἄξιον, *iustum* pretium ac sufficiens. Respondet vernaculo: *einen reichlich oder gut bezahlen.* – שֹׁוֶה part. *aequalis, par, conveniens.* Esth. VII, 4. οὐ γὰρ ἄξιος ὁ διάβολος τῆς αὐλῆς τοῦ βασιλέως, hostis nullo modo compensare potest damnum regi illatum. Praeterea legitur apud LXX Mal. II, 13. ubi sine dubio de suo addiderunt, certe nihil illi respondet in textu hebraico. Sap. I, 16. ἄξιοί εἰσιν τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι, pro τοῦ τῆς ἐκείνου κ. τ. λ., digni sunt, qui sint ex parte eius. Similis constructio infra XVIII, 1. et Luc. XV, 19. Sap. III, 5. εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, invenit illos sibi *convenientes;* coll. VI, 16. ac Matth. X, 38. Sap. XII, 7. ἀξίαν ἀποικίαν, coloniam filiis Dei dignam. Sap. XII, 26. ἀξίαν θεοῦ κρίσιν πειράσουσιν, poenas peccatis suis *convenientes* dabunt Deo. Non enim ἀξίαν ibi cum θεοῦ construendum videtur. Sap. XIX, 4. ἀξία ἀνάγκη, digna necessitas, h. e. *commerita* sors, *iusta* poena. Sir. XXVI, 17. οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς, omne pondus non aequat animam continentem, h. e. *nihil pretiosius et praestantius* est anima continente. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* "Αξιοι, ἴσοι.

"ΑΞΙΟΝ 'ΑΠΟΒΑΙ'ΝΕΙ, *dignum evenit.* הִשָּׁה Hiph. a נָשָׁה, *obliviscor.* Iob. XI, 6. ἄξιά σοι ἀπέβη ἀπὸ κυρίου, ὧν (pro τούτων, ὧν) ἡμάρτηκας, quod digna peccatis tuis tibi a Deo eveniant. Similis constructio Iob. XXXIII, 27. et Luc. XXIII, 41. Caeterum נָשָׁה acceperunt in notione *mutuo dandi*, et in malam partem *debitum durius exigendi.* Fortasse etiam vocem hanc cum שָׁוָה permutarunt.

"ΑΞΙΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *dignus sum.* שָׁוָה, *aequiparor, aequalis sum.* Prov. III, 15. et VIII, 11. πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι, omne pretiosum autem non est aequiparandum illi.

"ΑΞΙΑ 'ΕΤΑ'ΖΩ, *digna scrutor.* שָׁוָה, *aequalis, par sum,* et ex usu l. arab. سوى *complano, aequo.* Iob. XXXIII, 27. καὶ οὐκ ἄξια ἤτασέ με ὧν ἥμαρτον, sed non *ex merito mecum egit* secundum peccata mea.

"ΑΞΙΟΝ 'ΗΓΟΥ͂ΜΑΙ, *dignum aestimo.* הֵשִׁית Hiph. a שִׁית, *pono.* Iob. XXX, 1. οὓς οὐχ ἡγησάμην ἀξίους κυνῶν τῶν ἐμῶν νομάδων, quos non eodem loco cum canibus meis pecuariis habuissem.

'ΑΞΙΟΠΡΕΠΕ'Σ, (τὸ) *dignitas.* הָדָר, *decor. Symm.* Ps. LXXXIX, 15.

'ΑΞΙΟ'Ω, *dignum censeo,* it. *precor, peto, postulo.* — בְּעָא: בָּעָה Chald. *peto, oro.* Dan. II, 16. ἠξίωσε τὸν βασιλέα, rogabat regem. Vide *Suidam* in v. ἀξιουμένου, ubi ἀξιοῦσι ἀντὶ τοῦ παρακαλοῦσι usurpari docet. Dan. II, 23. ἃ ἠξιώσαμεν παρά σου, quae *petivimus* a te. Conf. Act. XXVIII, 22. et ad h. l. *Iac. Hasaeum* in *Bibl. Brem.* Cl. IV. p. 358. Dan. VI, 11. ἀξιοῦντα καὶ δεόμενον, orantem et obsecrantem. — בִּקֵּשׁ Pih. idem. *Inc.* 2 Reg. XII, 16. ubi etiam *Compl.* ἠξίου habet. LXX Esther. IV, 7. Dan. I, 8. — בַּקָּשָׁה, *petitio.* Esth. IX, 12. τί οὖν ἀξιοῖς ἔτι, καὶ ἔσται σοι. — בַּקָּשָׁה et שְׁאֵלָה iunctim. Esth. V, 6. — הִתְחַנֵּן Hithp. *deprecor.* Esth. VIII, 3. — *נָא, *quaeso, obsecro.* Ier. XXXVII, 20. sec. *Hex.* ἀξιῶ ἄκουσον, seu potius ἄκουσον ἀξιῶ. Non est varia lectio, sed diversa interpretatio alterius interpretis, probabiliter *Symmachi* (cf. *Symm.* 1 Sam. XV, 25.), qui sectatus est elegantiam sermonis Graeci. Adhibetur nempe elegantioribus Graecis v. ἀξιῶ in istum sensum, ut sit i. q. δή. — נָטַשׁ, *permitto.* Gen. XXXI, 28. Libere verterunt. Permutatur etiam ibi ἀξιοῦσθαι cum καταξιοῦσθαι in codd. — נָשָׂא, *attollo.* Ier. VII, 16. et XI, 14. In utroque loco נָשָׂא construitur cum substantivis רִנָּה ac תְּפִלָּה. — שָׁוָה Pih. *aequiparo. Symm.* Ps. CXXX, 3. ἠξίωσα, pro quo tamen alii ἐξίσωσα. Conf. v. ἐξισόω.

'ΑΞΙ'ΩΜΑ, *dignitas, auctoritas, maiestas, petitio, postulatio.* הָדָר, *decor, maiestas. Al.* Ps. XLIV, 5. CX, 3. *Aqu.* Ps. VIII, 6. *Symm.* Ies. V, 3. et LIV, 2. Conf. 2 Macc. IV, 31. Sic *Aeliano V. H.* VIII, 12. ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου est *maiestas* synedrii. *Hesych.* ἀξίωμα, δόξα. — בַּקָּשָׁה. Esth. V, 7. τὸ αἴτημά μου καὶ τὸ ἀξίωμά μου, petitio mea et postulatio mea. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Τὸ ἀξίωμα, τὸ αἴτημα. — פְּלִילִי, pr. *iudex.* Ex. XXI, 22. μετὰ ἀξιώματος, h. e. *ita ut antea res ab arbitris constitutis recte aestimetur.* Fortasse legerunt פְּלִילָה, quod *rei aestimationem* notat. — רִנָּה, *clamor,* etiam *preces supplices.* Ps. CXVIII, 169. Ad hunc locum respiciens *Suidas* ita: ἀξίωμα, ἡ ἱκετεία. — *תְּחִנָּה, *deprecatio.* Ps. CXIX, 171. ubi non opus est, ut pro ἀξίωμα legatur αἴτημα. — 3 Esdr. VIII, 4. εὑρόντι χάριν ἐνώπιον αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἀξιώματα αὐτοῦ, invenienti gratiam coram illo in omnibus, *quae petebat.*

'ΑΞΙ'ΩΣ, *digne, merito, iuste, convenienter.* Sap. VII, 16. ἐνθυμηθῆναι ἀξίως τῶν δεδομένων, cogitare digne de datis, h. e. *pro donis acceptis rite gratias agere.* Ib. XVI, 1. ἐκολάσθησαν ἀξίως, *iuste* puniti sunt. Sir. XIV, 11. προσφορὰς κυρίου ἀξίως πρόσαγε, offer Deo munera *convenienter facultatibus tuis.*

ἌΞΩΝ, *axis*, it. *orbita*, *semita*, metaph. *vitae ratio*. אֹפָן, *rota*. Ex. XIV, 26. συνέδησε τοὺς ἄξονας τῶν ἁρμάτων, colligavit axes curruum. Vide et Sir. XXXIII, 5. ὡς ἄξων στρεφόμενος. *Hesych.* ἄξονα, ξύλον, τὸ τοὺς τροχοὺς φέρον. Idem: Ἄξων, τὸ διὰ τῶν τροχῶν διῆκον ξύλον, περὶ ὃ στρέφονται. Conf. *Schefferum* de *re vehic.* l. I. c. 5. p. 35. – מַעְגָּל, *orbita*. Prov. II, 9. πάντας ἄξονας ἀγαθοὺς, *omnem recte vivendi rationem*. Ibid. v. 18. ἄξονες, *vivendi ratio*. – נְתִיבָה, *semita*. *Inc.* Prov. III, 17. Adde 4 Macc. IX, 20.

**ἈΟΊΔΙΜΟΣ*, *celeber*, *decantatus*. 4 Macc. X, 1. *Hesych.* ἀοίδιμος, ἀείμνηστος, διαβόητος, ἀεὶ ᾀδόμενος, εὐκλεὴς, ὀνομαστός.

ἈΟΊΚΗΤΟΣ, *inhabitabilis*, *incultus*. חוּצָה, propr. *platea*, *rus*. Prov. VIII, 26. κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους, Deus fecit terram cultam et loca deserta s. inculta. Vocem hebr. de pascuis Nomadum adhiberi docuit *Michaelis Commentatt. synt.* I. p. 223. – *יְשִׁימוֹן nomen proprium, quod secundum Etymol. *devastationem*, *solitudinem magnam* notat. *Symm.* 1 Sam. XXIII, 24. et Ps. LXVII, 8. – יְלֵל, *eiulatus*. *Aqu.* Deut. XXXII, 10. Sed suspicor, ἀοικήτῳ ibi potius ad sequ. יְשִׁמֹן pertinere, ita ut huius vocis duplex sit h. l. versio, e duabus sc. *Aquilae* editionibus. – לֹא יָשַׁב, *non habito*. Iob. XV, 28. – מְשׁוֹאָה, *devastatio*, et *locus devastatus ac desertus*. Iob. XXXVIII, 27. ἄβατον καὶ ἀοίκητον, sc. γῆν, terram inviam et inhabitabilem. – נְשַׁמָּה, *desolata*. *Symm.* Ps. LXVIII, 26. – עֲרָבָה, *desertum*. *Symm.* Ios. III, 16. IV, 13. XV, 6. ubi vid. *Scharfenb.* Idem Iob. XXXIX, 6. et Ps. LXVII, 5. Conf. quoque *Holmesium* ad Deut. IV, 48. *Append.* – *שִׁחוֹר, *nigrum*. Ios. XIII, 3. *Grotio* legisse videntur שְׁאוֹן. Sed haec nimis differunt. Suspicor potius, eos *Resch* et *Daleth* permutasse. Certe *Syr.* ܣܘܕܐ de *solitario* et *solitudine* adhibetur. – שְׁמָמָה, *desolatio*. Ios. VIII, 28. – תֵּל, *tumulus*. Deut. XIII, 16. ubi ante ἀοίκητον supplendum videtur χῶμα, quod additur Deut. VIII, 28. Arab. تل, *tumulus arenosus*. Adde Deut. XI, 15. – חֲלָאוּבָה, *siccitas*. Hos. XIII, 5. – תַּנִּים, *dracones*. *Aqu.* Ps. XLIII, 21. ubi מְקוֹם תַּנִּים, *locus*, *ubi dracones habitant*, h. e. *locus desertus* ex usu SS., redditur τόπος ἀοίκητος. Sensum expressit, ideoque hanc versionem *Aquilae* esse negaverim. Si vere sunt *Aquilae* haec verba, ut testatur *Eusebius*, ante תַּנִּים *Aquila* in suo codice לֹא legit, ut nempe respexerit notionem vocis arab. ثوى *substitit*, unde ثواة *habitatio*. Sap. XI, 2. ἔρημον ἀοίκητον. 1 Macc. III, 46. ἀοίκητος ὡς ἔρημος. Adde *Herodot.* III, 34. p. 101. et V, 10. p. 289.

'ΑΟΙ'ΚΗΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *inhabitabilis sum.* קוּט, *fastidio.* Iob. VIII, 14. ἀοίκητος γάρ αὐτοῦ ἐστιν ὁ οἶκος. Num respexerunt notionem *abscindendi*, quam habet vox arab. قط. Fortasse autem verba haec continent merum scholion, pertinens illud ad verba sequentia: ἀράχνη δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ σκηνή.

'ΑΟΡΑΣΙ'Α, *coecitas.* - סַנְוֵר, *excoecatio.* Gen. XIX, 11. 2 Reg. VI, 18. - עִוָּרוֹן, *excoecatio totalis.* Deut. XXVIII, 28. Sap. XIX, 16. ἐπλήγησαν ἀορασίᾳ. 2 Macc. X, 30.

'ΑΟ'ΡΑΤΟΣ, *invisibilis, invisus, qui fugit aciem oculorum.* מִסְתָּר, *absconsio, absconditum.* Ies. XLV, 3. ἀοράτους ἀνοίξω σοι θησαυρούς, absconditos tibi aperiam thesauros. - תֹּהוּ, *inane.* Gen. I, 2. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, quae verba vel ita verti possunt: *terra erat invisa*, sc. ἐπικειμένου τοῦ ὕδατος, interprete *Theodoreto Quaest.* in *Genes.* p. 9. ed. *Hal.* aut βαθεῖ μὲν κρυπτομένης σκότει, quod addit *Ioseph. A. I.* I, 1, 1. (*Zonaras Lex.* c. 252. 'Αόρατος, ὥσπερ τὸ καλύπτεσθαι τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς τὸ, ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος. φύσει γὰρ ἦν ὁρατή· διὰ δὲ τὴν ἐπιπρόσθησιν τοῦ ἐπικειμένου αὐτῇ ὕδατος ἦν ἀόρατος.), vel: *horribilis ac tetrica aspectu erat*, οὐκ ἀξία τοῦ ὁρᾶσθαι, ut explicat *Severus Cat. Niceph.* p. 12. *Patricius Iunius* coniecit legendum ἄμορος, quae vox quandoque ἄμορφον notat. Confer tamen *Grabii Epistolam* ad *Millium* p. 58 sequ. Caeterum *Weplerus* in *fragm. critt.* T. IV. p. 39. non male existimat, LXX תֹּהוּ deduxisse a חָוָה (sic quoque *Schultensius*), ac hoc permutasse cum טָוָה, arab. طوي, *tegere.* 2 Macc. IX, 5. ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ. *Hesych.* ἀόρατον, μὴ θεωρούμενον. Cf. *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. p. 101.

'ΑΟΡΙ'Α, *tenebrae.* אֲפֵלָה, *caligo.* Ies. LIX, 9. ἐν ἀορίᾳ περιεπάτησαν. *Complut.* habet σκότει. Vtrumque metaphorice h. l. de *infelicitate* ac *miseria* explicandum est.

'ΑΟ'ΧΛΗΤΟΣ, *immunis a molestia, imperturbatus, quietus.* שַׁאֲנַן Pih. *tranquille ago. Symm.* Iob. III, 18. *Vulg. sine molestia.* Legitur quoque apud *Lucian.* de *parasito* p. 767. D. et *Dion. Hal.* I, 7, 26. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* III, 55. p. 169.

'ΑΠΑΓΓΕΛΙ'Α, *nuncium.* הֻגַּד inf. Hoph. ab הִגִּיד. Ios. IX, 24. ἀπαγγελίᾳ ἀπηγγέλη, coll. Ruth. II, 11. - שֵׁמַע, *auditio*, etiam *id quod auditur*, *nuncium.* Nah. III, 19.

*'ΑΠΑ'ΓΓΕΛΜΑ, *nuncium*, etiam *praedicatio, laus, praeconium.* מְלָאכוֹת, *opera*, et quidem *insignia*, *celebratione digna.* Ps. LXXII, 28. ex emendatione *Grabii*, cui lectio αἰνέσεις, quam reliqui libri habent, merum glossema esse videbatur.

'ΑΠΑΓΓΕ'ΛΛΩ, *annuncio, renuncio, declaro, significo, resolvo, explico, interpretor.* - אָמַר, *dico, loquor.* Ios. II, 2. - הִגִּיד Hiph. a נָגַד, *annuncio.* Gen. IX, 22. sec. *Compl.* ubi reliqui libri habent ἀνήγγειλε, cum qua voce quoque permutatur ib. XXIV, 28. et XXXVII, 14. Iud. XIV, 12. ubi de aenigmatibus sermo est, adeoque ἀπ. notat *solvere, explicare, interpretari,* coll. 13. 14. 15. Ps. CXLIV, 4. τὴν δύναμιν σου ἀπαγγελοῦσιν, potentiam tuam *laudibus celebrabunt.* Ies. XLII, 12. et LVII, 12. Amos IV, 13. ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν, *annuncians* hominibus unctum ipsius. Similiter Luc. VIII, 34. ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν. Adde *Symm.* Iob. XXXVI, 33. et Ps. XXXIX, 6. - *הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *attingere, pertingere facio.* 1 Sam. XIV, 9. ubi pro הִגִּיעֵנוּ non legerunt הִגַּדְנוּ, ut *Fischero* placuit in libro *de verss. GG. V. T.* p. 153., sed libere verterunt: usque dum nos redeuntes ad vos nuncium afferamus vobis. - הוֹדִיעַ Hiph. a יָדַע, *notum facio.* Ps. LXXXVIII, 2. CIV, 1. - הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio.* Ies. XLVIII, 20. Scilicet *exire* ex usu SS. quandoque *innotescere* notat. - הָמָה pr. *strepo.* Ps. LIV, 19. ubi vox hebraica a plerisque interpretibus per *ingemiscere, preces facere* explicatur. - הַחֲוֵי חַוִּי, Chald. Pah. et Aph. *annuncio.* Dan. II, 6. 7. 11. et 16. - נוֹעַץ Niph. a יָעַץ, *consilium ineo.* 1 Reg. XII, 6. ἀπήγγειλεν, h. e. retulit ad seniores, nempe eo consilio, ut eorum sententiam audiret. - סִפֵּר, Pih. *narro.* Ps. LXXVII, 5 et 8. - פָּתַר, *interpretor.* Gen. XLI, 8. ubi de somnio sermo est. V. supra s. הִגִּיד. - קָרָא, *clamo.* Ies. XXX, 7. - שָׁלַח, *mitto.* 2 Sam. XI, 22. ἀπήγγειλε, sc. per legatos. - שָׁמַע, *audio,* in Niph. et Hiph. Neh. VI, 7. Nah. I, 15. Praeterea legitur 2 Sam. XII, 1. ubi verbis ἀπάγγειλον δὲ μὴ τὴν κρίσιν ταύτην sec. *Compl.*, h. e. *sententiam dicas* seu *feras iudicium,* nihil respondet in textu hebraico. *Hesych.* ἀπαγγέλλω, φανερὸν ποιῶ.

*'ΑΠΑΓΟΡΕΥ'Ω, *interdico.* 4 Macc. I, 34. τῶν ἀπηγορευμένων ἡμῖν κατὰ τὸν νόμον. *Hesychius* ἀπαγορεύει inter alia per κωλύει exponit, ac ἀπηγορευμένα per ἄνομα.

'ΑΠΑ'ΓΧΩ, *strangulo, suffoco.* - נֶחְנַק Niph. *strangulo me.* 2 Sam. XVII, 23. ἀπήγξατο, *strangulabat se. Aelian. V. H.* V, 8. *Plutarch. Thes.* p. 8. de Ariadne. Tob. III, 11. ὥστε ἀπάγξασθαι, ad suspendium usque, vel: *ita ut de suspendio etiam cogitaret.* Vide *Lex. N. T.* sub h. v. *Esth.* XII, 3. ἀπήγχθησαν, *strangulati sunt.*

'ΑΠΑ'ΓΩ, *abduco, vel vi vel sponte sequentem.* *אָבֵל, *lugens,* plur. אֲבֵלִים *lugentes, moerentes. Symm.* Iob. XXIX, 25. ἀπάγει αὐτούς. Deduxit sine dubio a יָבַל, quod in Hiph. *adducere* et *abducere* notat, quasi in textu esset אֹבִילֵם. - אָסִיר, pr. *vinctus.* Gen. XXXIX, 22. πάντας τοὺς ἀπηγμένους, sc. εἰς τὸ δεσμωτήριον, omnes qui abducti erant in carcerem.

Sic Esther I, 1. *ἀπάγεσθαι* notat *ad supplicium duci* seu *rapi*. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. – אָסַר, *vincio*, *ligo*. Gen. XL, 3. *εἰς τὸν τόπον, οὗ Ἰωσὴφ ἀπῆκτο ἐκεῖ*, in illum ipsum carcerem, in quem Ioseph abductus erat. Ibid. XLII, 16. *ἀπάχθητε*, sc. *εἰς δεσμωτήριον*, vel *φυλακὴν*, coll. v. 17. – הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. 1 Sam. XX, 8. 2 Reg. XI, 4. – הִגְלָה Hiph. *deporto*. 2 Reg. XVII, 28. – הוֹבִיל Hiph. a יָבַל. Ps. LIX, 10. CVII, 11. et Al. Ies. XXIII, 7. *ἀπάξουσιν εἰς ἀποικίαν*, abducent in captivitatem. – הוֹלִיךְ Hiph. a יָלַךְ, *abire facio*. *Aqu.* Iob. XII, 17. LXX Deut. XXVIII, 36. Thren. III, 2. Ez. XLVII, 7. – הוֹרִיד Hiph. a יָרַד, *descendere facio*. Iud. XVI, 22. – *הֶעֱבִיר Hiph. ab עָבַר, *transire facio*. 2 Sam. XII, 31. sec. cod. *Alex.* – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *redire facio*. 1 Sam. VI, 7. – *הִשְׁלִיךְ Hiph. a שָׁלַח, *proiicere facio*. *Aqu.* Amos IV, 3. – יָשִׁישׁ pr. *decrepitus*. 2 Par. XXXVI, 17. ubi libere verterunt. – *מָשַׁךְ, *traho*. Iud. IV, 7. sec. cod. *Alex.* – נָהַג, *duco*. Gen. XXXI, 18. 26. Deut. XXVIII, 7. 1 Sam. XXIII, 5. ubi cum *ἀπελαύνω* in Codd. permutatur, quemadmodum cum *ἄγειν* 1 Par. XX, 1. – הוֹלְלִים plur. *contumulatores*, h. e. *qui in tumulum omnia redigunt*. Psalm. CXXXVI, 4. quae versio, ut recte monuit ad h. l. *Dathius*, duplici modo ex l. arab. illustrari potest, vel ut הול conferatur cum טול *longus, remotus fuit*, et in Coni. II. et IV. *elongare, proiicere*, vel ut conferatur تل (*Golius* p. 388.) *humi prostravit*, et in IVta *vinxit, manu duxit*. Idem tamen aliter de hac versione iudicavit in notis ad *Psalterium Syriacum* p. 501. ubi monet, LXX pariter ac *Vulgatum* ex sensu tantum vertisse, aut ex praecedente שובנו divinantes. Ego ita statuo. חול positum est pro שול, quae literae saepe mutuo ponuntur, ut חחף et חשף. חול vero ex *Arab.* est *longus fuit*, Pi. *in longinquum proiecit*. Iudith. VIII, 30. *ἀπήγαγεν ὅρκον ἐφ' ἡμᾶς*. Sed *Bretschneidero* rectius legere videtur Cod. *Alex.* *ἐπήγαγεν*, cum *ἀπάγειν* hoc modo dici posse vix videatur. Ep. Ier. 15. *ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἀπηγμένῳ*. *Moschopulus*: *Ἀπάγεται κυρίως ἐπὶ αἰχμαλωσίας, ἢ ἐπὶ καταδίκων, οἷον, ἀπάγεται τὴν ἐπὶ θάνατον*. Sic *Philoni* in *Flacc.* p. 671. *ἀπαγόμενοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ*. Saepe et absolute *ἀπάγεσθαι* dicitur pro *ἀπάγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ*, vel *εἰς θάνατον*. Inde *Hesych.* *ἀπάγεσθαι, εἰς θάνατον ἕλκεσθαι*, et *Gloss. Brem.* *Ἀπαχθῆναι, ἀπενεχθῆναι τὴν ἐπὶ θάνατον*. Similiter *Aelian. V. H.* XIII, 34. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. Sir. XLVII, 21. *ἀπαγαγεῖν ὀργήν*. *Vulg.* *inducere* iracundiam. Videtur legisse *ἐπαγαγεῖν*, ac rectius. 1 Macc. II, 9. III, 51. ubi *expellere* notat.

'ΑΠΑΓΩΓΗ', *abductio, adductio in carcerem vel captivitatem, captivitas*, etiam *locus, in quem quis captivus abducitur*. אָסִיר et אַסִּיר, *vinctus*. Ies. X, 4. *τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς*

ἀπαγωγὴν, ne incidat in *captivitatem.* Ibid. XIV, 17. τοὺς ἐν ἀπαγωγῇ (ὄντας) οὐκ ἔλυσε, *captivos* non dimisit. 3 Esdr. VIII, 27. ubi *abductionem in carcerem* notat, et chald. אֱסוּרִין, *vincula*, Esdr. VII, 26. respondet. Vide *Polyb.* V, 27, 5. ex emendatione *Schweighaeuseri.* Sir. XXXVIII, 21. ubi de *abductione mortui* dicitur. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ʼΑπαγωγῆς, αἰχμαλωσίας. *Herodot.* I, 6. p. 3. *Eustath.* ad Il. α', p. 58, 23.

ʼΑΠΑΔΙΚΕʹΩ, *iniuste retineo.* עָשַׁק, *opprimo vi vel fraude.* Deut. XXIV, 14. οὐκ ἀπαδικήσεις μισθὸν πένητος, non *iniuste retinebis* mercedem pauperis. Ita sec. *Vat.* In reliquis libris ἀποστερήσεις legitur, quod est fortasse alius interpretis.

ʼΑΠΑΙΔΕΥΣΙʹΑ, *defectus disciplinae et institutionis, imperitia, inscitia, procacitas.* אֵין מוּסָר, *sine disciplina. Symm.* Prov. V, 23. - זַעַם, *indignatio, ira.* Hos. VII, 15. δι' ἀπαιδευσίαν γλώσσης. Effectum posuerunt pro causa, qui enim valde irascitur, is est ἀπαίδευτος, h. e. nullam admittit παιδείαν, seu correctionem. Vide sequ. - *לֵץ, *derisor. Inc.* Prov. XX, 1. pro לֵץ הַיַּיִן (*vinum derisorem efficit*) habet: οἶνος ἀπαιδευσία, h. e. *vinum indisciplinatum reddit.* Confer supra s. v. ἀκόλαστος. Sir. IV, 28. περὶ τῆς ἀπαιδευσίας ἐντράπηθι, pudeat te procacitatis tuae, aut *falsitatis.* Ed. *Compl.* habet ψεῦσμα ἀπαιδευσίας, h. e. mendacium inscite, imperite, ac imprudenter prolatum. Ib. XXI, 26. ἀπαιδευσία ἀνθρώπου ἀκροᾶσθαι παρὰ θύραν, hominis male instituti vel morati est auscultare ad ostium. Ib. XXIII, 14. ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ μὴ συνεθίζῃς τὸ στόμα. *Vulg. indisciplinatae loquelae* (h. e. *rusticitati* et *irreverentiae loquendi*) *non assuescas os tuum;* ubi *assuescere* cum accusativo transitive pro *assuefacere* ponitur.

ʼΑΠΑΙʹΔΕΥΤΟΣ, *indisciplinatus, non institutus, ineruditus, indoctus, insulsus, stolidus.* אֵין מוּסָר, *sine castigatione.* Prov. V, 23. μετ' ἀπαιδεύτων. Auctor huius versionis, ut recte monuit *Iaegerus* ad h. l., in מוּסָר videbat participium Hophal, ut c. XIII, 1. et in בּ non causae particulam, sed societatis, *cum, inter.* - בְּלִיַּעַל, *nequam. Theod.* 1 Sam. I, 16. ubi vid. *Montf. Symm.* Iud. XIX, 22. - בַּעַל מְזִמּוֹת, *dominus* seu *magister sceleratarum cogitationum.* Prov. XXIV, 8. - כְּסִיל, *insipiens, stultus.* Prov. VIII, 5. et XV, 15. - לֹא נִכְסָף, *non affectus desiderio.* Soph. II, 1. Videntur legisse לֹא נֶחְכָּם. *Hieron. non amabilis:* nam כָּסַף est pr. *concupiscere.* - לֵץ, *derisor.* Prov. XV, 13. - נָבָל, *stultus.* Prov. XVII, 22. - *נַעֲוַת, *perversa,* sc. mater. *Symm.* 1 Sam. XX, 30. ubi confer reliquos interpretes et Comment. - סִיר, *spina, vepres. Symm.* Cohel. VII, 6. s. 7. Legit בְּקוֹל חֲסֵרִים, a חָסֵר, *destitutus, carens.* Vide ad h. l. *Montf.* Negari tamen

nequit, *spinas* in SS. haud raro esse symbolum *impietatis*. Conf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 1108. ed. *Dathii.* In libris apocryphis non tam *rudem literarum*, quam *impium*, *nullius eruditum virtutis* notat. Sir. VIII, 5. μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ, ubi *Vulg.* male per *indoctum* transtulit. *Suidas:* ἀπαίδευτοι, ἀνόητοι, ἄτακτοι. Hinc proverbium ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως, qui, ut idem *Suidas* excerpsit e *Schol. Aristoph.* in *Plut.* p. 34., erat ἀμαθὴς καὶ ὑώδης. *Eurip. Ion.* v. 247. τὸ μὲν σὸν οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχει, tua agendi ratio hominem bene moratum prodit. Sic ἀπαιδευσία apud *Xenoph.* de *rep. Athen.* I, 5. est i. q. ἀταξία, et *inconditam vitae rationem, nulla educatione et disciplina gubernatam*, notat. Sir. VI, 20. ἀπαίδευτος, qui non rationem, sed mere concupiscentiam sequitur, ἀκάρδιος, ut in sequ. vocatur. Ib. X, 3. *insipiens*, uti *Vulgatus* transtulit, coll. v. 1. ubi opponitur σοφός. Ib. XXII, 3. LI, 31. *Hesych.* ἀπαίδευτον, ἀμαθῆ. *Lex. Vet.* ἀπαίδευτος, *indoctus*, *ineruditus*, *rudis*.

'ΑΠΑΙ'ΡΩ, *discedo*, *revertor*, *proficiscor*, *tollo*, *aufero*, *exire facio.* הֶעְתִּיק Hiph. *transfero.* Gen. XXVI, 22. ac *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XII, 8. — חָנָה, *castra metor.* Num. IX, 18. ubi tamen suspicor permutationem factam esse ab ipsis interpretibus, ac ἀπαροῦσι sede sua motum ad יִסָּעוּ potius referendum esse. Confirmat hanc suspicionem utraque versio *Arabica.* — יָלַךְ, *eo.* 1 Reg. XX, 9. ἀπῆραν οἱ ἄνδρες, *revertebantur* viri. *Phav.* 'Απῆραν, ἀντὶ τοῦ ἀπὸ ἀλλοτρίου τόπου εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐπανεστράφησαν, ubi verba *Aristidis* subiungit, quibus vox eo sensu occurrit. — *מָשַׁךְ, *traho.* Iud. IV, 7. ubi tamen pro ἄπαρον, quod *Oxon.* exhibet, legendum ἀπαρῶ, *proficisci faciam*, *ducam ad te*, et ἀπαίρειν cum ἀπάγειν ac ἐπάγειν in codd. permutatur. — נָסַע, *proficiscor*, et in Hiph. הִסִּיעַ, *proficisci facio. Symm.* sec. *Coislin.* Gen. XI, 2. pro הסיע ἀπᾶραι. *Vulg. cum proficiscerentur.* Eandem lectionem exhibet quoque Cod. *Mosqu. Samar.* Ex. XIV, 15. coll. Ps. LXXVII, 30. et 57. LXX Gen. XXXV, 16. Num. XX, 22. ἀπῆραν. *Vulg. movebant castra.* Ios. III, 1. ubi pro ἀπῆρεν sec. *Vat.* legendum ἀπῆραν, quod est in *Ald. Compl. Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Απῆραν, ὥδευσαν. — נָפוֹשׁ Niph. a פּוּשׁ, *diffundo me.* Nah. III, 18. ἀπῆρεν ὁ λαός σου ἐπὶ τὰ ὄρη. Non opus est, ut statuatur, eos legisse נִפְצוּ, a פּוּץ, *dissilire*, *dissipari.* Sensus enim manet idem. — עָבַר, *transeo*, etiam *abeo.* Deut. II, 13. — *צָעַד, *incedo.* Iud. V, 4. sec. *Vatic.* reliqui libri ἐπαίρω habent. — רוּם, *effero me.* Ez. X, 4. 15. *Hesych.* ἀπαίρει, ὁδεύει, ἀποδημεῖ, ἀναχωρεῖ.

'ΑΠΑΙΤΕ'Ω, *repeto*, *requiro*, *postulo*, *exigo.* *הִפְגִּיעַ, *occurrere facio*, a פָּגַע. Οἱ ἄλλοι Iob. XXXVI, 32. ubi pro ἀπαιτῆσαι legendum est ἀπαντῆσαι, ut habet *Symm.* — מַשָּׁא,

debitum. Neh. V, 7. ubi מַשָּׁא pro verbo habuerunt, quod notat *debitum exigere.* – נָגַשׂ, *exigo, exigendo arcto.* Deut. XV, 2. τὸν ἀδελφόν σου οὐκ ἀπαιτήσεις, nec debitum a fratre tuo exiges. Ib. v. 3. Sic *Andocides* (p. 126. ult. *Reisk.*): ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ. Locum hunc observavit *Boisius* in *Collat.* ad Luc. VI, 30. Ies. IX, 4. ἀπαιτούντων, *exactorum.* – נָשִׁים plur. *foeminae.* Ies. III, 11. *Aqu.* et LXX ἀπαιτοῦντες. Legerunt hic cum *Theod. Arab.* et *Chaldaeo* participium a נָשָׁא aut נָשָׁה, non autem, quod alii voluerunt, נָשִׁים cum נָשִׁים confuderunt. – נָשָׁה, *debitum exigo. Symm.* Ies. XXIV, 2. Praeterea legitur apud LXX Ies. XXX, 33. ubi verba כִּי עָרוּךְ מֵאֶתְמוֹל תָּפְתֶּה, *nam paratum iam dudum est Topheth*, ita transtulerunt: σὺ δὲ πρὸ ἡμερῶν ἀπαιτηθήσῃ. *L. Bos* in *Prolegg.* ad h. l.: Vera haud dubio est lectio *Compl.* quae habet ἀπατηθήσῃ. Ita etiam reddiderunt Ier. XX, 10. εἰ ἀπατηθήσεται. Sed non cogitavit, ἀπαιτεῖσθαι quandoque etiam dici de eo, *a quo vita repetitur*, seu *qui naturae debitum reddere cogitur*, quam in rem insignes sunt loci Sap. XV, 8. Luc. XII, 20. Quae notio quam bene huic loco Iesaiae conveniat, quilibet videt. Iudith. XII, 15. ubi *poscere ad consuetudinem* notat, et pro ἀπατᾶν in nonnullis codd. legitur. Sir. XXXI, 2. μέριμνα ἀγρυπνίας ἀπαιτήσει νυσταγμὸν, solicitudo vigil *interpellabit* s. *prohibet* soporem. *Grabius* in *Prolegom.* T. IV. c. 4. §. 6. legendum esse coniicit ἀποθήσει, illudque veteri interpretationi *avertit* congruum esse censet. Quid si hic quoque ἀπατήσει legatur?

ΑΠΑΙ'ΤΗΣΙΣ. *repetitio, exactio.* בֹּשֶׁת, *pudor.* Soph. III, 6. οὐκ ἔγνω ἀδικίαν ἐν ἀπαιτήσει, nescivit iniustitiam in repetitione. *Hier. in exactione*, sc. *pecuniae mutuo datae. Cappellus* in *Crit. S.* p. 758. legendum statuit ἐν ἐπιθέσει, *in impostura*, ut legerint בְּשֵׁת, pro בֹּשֶׁת, et acceperint, quasi esset a שִׁית, τιθέναι, *ponere:* ubi vid. *Scharfenb. Bielio* autem legisse videntur בשאת inf. Kal. cum praef. ב, a נשא, *aufero.* Quid si legeretur ἐν ἀπαισχύνῃ, aut, quod propius ad impressam lectionem accederet, παραιτήσει, *deprecatione?* aut num fortasse voci ἀπαίτησις notionem παραιτήσεως tribuerunt? – מַשָּׁא, *debitum, mutuum.* Neh. V, 10. X, 31. Sir. XXXIV, 31. ἐν ἀπαιτήσει, h. e. vel: ita ut exigas repetasque debitum, quod tibi debet, vel: ut cogas eum repetere evacuationem cyathi. 2 Macc. IV, 27. ποιουμένου τὴν ἀπαίτησιν Σωστράτου, Sostrato debitum exigente. – Adde *Ioseph. B. I.* VII, 5, 4. p. 408. *Herodot.* V. c. 85.

'ΑΠΑΛΕΙ'ΦΩ, *deungo*, item *deleo, abstergo.* *הַטּוּחַ, *linior.* Lev. XIV, 43. μετὰ τὸ ἀπαλειφθῆναι sec. *Compl.* Reliqui libri habent ἐξαλειφθῆναι. Ib. v. 48. Oblinendo et obducendo abstergitur. – מָחָה, *deleo, abstergo.* Gen. VI, 7.

ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον, delebo homines. 2 Reg. XXI, 13. *ἀπαλείψω τὴν Ἱερουσαλὴμ, destruam, vastabo* Hierosolymam: ubi etiam cum *ἐξαλείφω* in codd. permutatur. Ies. XLIV, 22. *ἀπήλειψα, ὡς νεφέλην, τὰς ἀνομίας, auferam*, ut nubem, peccata. Adde Dan. IX, 24. sec. *Chis.* - *נָטַשׁ, *derelinquo.* 2 Reg. XXI, 14. ubi tamen lectio *ἀπαλείψω*, quam sola *Compl.* habet, ex commate antecedente huc venisse videtur.

'*ΑΠΑΛΛΑ'ΤΤΩ, libero, liberum dimitto, dimoveo, separo.* בָּחַר pr. *eligo.* Iob. VII, 15. *ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου τὴν ψυχήν μου*, ubi liberius transtulerunt. Quae enim eliguntur, separantur a reliquis. - הוּבַל Hiph. a יָבַל, *deduco.* Iob. X, 19. *οὐκ ἀπηλλάγην*, liber (sc. a molestiis huius vitae) dimissus essem. Non male quoad sensum. - *הָלַךְ, *eo, abeo.* 1 Sam. XXII, 1. *ἀπηλλάγη* sec. cod. *Alex.* reliqui libri *ἀπῆλθε. Symm.* Iob. VII, 9. - *הֵמִיר, *muto, permuto.* Lev. XXVII, 33. Sed lectio *Ald.* *ἀπαλλάξῃς* est sine dubio vitiosa. Scribendum *ἀλλάξῃς* - הֵסִיר Hiph. a סוּר, *recedere facio.* Iob. IX, 34. *ἀπαλλαξάτω ἀπ' ἐμοῦ τὴν ῥάβδον, liberet* me virga. Ib. XXVII, 5. *οὐ γάρ ἀπαλλάξω μου τὴν ἀκακίαν*, non *recedam* ab innocentia mea. Ibid. XXXIV, 5. *ἀπήλλαξέ μου τὸ κρίμα, dimovit* a me iudicium, h. e. me non absolvit in iudicio. Ier. XXXII, 31. *ἀπαλλάξαι αὐτὴν*, ut *dimoveam* illam. - הִסְתִּיר Hiph. *abscondo.* Iob. III, 10. - הִשְׁמִיד Hiph. a שָׁמַד, *perdo.* Ies. X, 7. *ἀπαλλάξει ὁ νοῦς αὐτοῦ, in animo habet dimovere.* Ob sequens *ἐξολοθρεῦσαι* sine dubio legendum est *ἀπαλλάξαι*, ut iam coniecit *Bielius.* - חָתַף, *rapio.* Iob. IX, 12. *ἐὰν ἀπαλλάξῃ*, si *removerit:* ubi non legerunt חָלַף. - *יָסַף et in Hiph. הוֹסִיף, *addo. Theod.* Prov. XXIII, 28. *ἀπαλλάξῃ.* Sc. יָסַף notionem *perdendi* cum אָסַף, סוּף et כָּפָה communem habet, et *ἀπαλλάσσειν* h. l. *interficere, perdere* notat. - עָכַר, *conturbo.* 1 Sam. XIV, 29. *ἀπήλλαχεν τὴν γῆν, negligit* (et sic abalienat) pater meus terram hanc. Sic quoque Prov. XI, 17. עָכַר in Vers. Graeca *Venet.* *παρίησι* redditur. Fortasse tamen legendum est *ἐτάραξεν?* - פָּרַץ, *erumpo.* Exod. XIX, 22. ubi *Bielius* existimat post *ἀπαλλάξῃ* omissum esse *ψυχήν.* Quidni *ἑαυτόν?* ut avertat se ab illis. Non male quoad sensum. Sap. XII, 2. *ἀπαλλαγέντες τῆς κακίας, liberati* malitia, coll. v. 20. *Phav.* 'Απαλλάττειν, λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ῥύεσθαι καὶ λυτροῦν, συνταςσόμενον γενικῇ, οἷον· ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν.

'*ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΟ'Ω, abalieno.* הִשְׁבִּית Hiph. *cessare facio.* Ios. XXII, 25. Vox hebraica h. l. *avertere* notat. - סוּר, נָזַר, הוּזַר Kal. Niph. Hoph. *abalieno me, alienus fio.* Ps. LVII, 3. *ἀπηλλοτριώθησαν*, sc. a Deo, h. e. *impie egerunt.* Ibid. LXVIII, 11. *ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, peregrinus factus sum* fratribus meis. *Lex. Cyrilli*

MS. Brem. ἀπηλλοτριωμένος, ξένος. *Aqu. Theod.* et LXX Ies. I, 4. ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω, *retro cesserunt.* Ez. XIV, 5. - נָזַר, *separo.* Ez. XIV, 7. Hos. IX, 12. - נִכֵּר Pih. *alieno*, it. *agnosco. Theod.* Iob. XXI, 29. οὐκ ἀπαλλοτριώσετε, non *ignorabitis.* Nostrum: *es wird euch nicht fremd seyn.* Vocem hebraicam *ignorandi* notionem habere docuit *Simonis* p. 1023. Ier. XIX, 4. - *שָׁבַת, Hiph. הִשְׁבִּית, *cessare facio, abalieno.* Ios. XXII, 25. sec. *Vat.* - עֲרִירִי, *solitarius, sine liberis. Theod.* Ier. XXII, 29. Sir. XI, 35. ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου, *privabit* te bonis tuis.

ἈΠΑΛΛΟΤΡΙΏΣΙΣ, *abalienatio.* זִמָּה, *scelus.* Ier. XIII, 27. ἀπαλλοτρίωσις τῆς πορνείας, vaga libido, qua te a Deo abalienasti. - נֵכֶר, *alienum quid*, h. e. *insolitum exitium.* Iob. XXXI, 3. ἀπαλλοτρίωσις τοῖς ποιοῦσιν ἀνομίαν, pernicies parata est male agentibus, seu *poena insolita.* Notionem *insoliti* adiectivum ἀλλότριος habere notatum est a *Schneidero* quoque.

ἉΠΑΛΌΣ, *mollis, tener, parvus, delicatus.* אָבִיב, *spica matura prima*, etiam ex usu l. ar. أبّ, *quidquid viroris terra producit.* Lev. II, 14. sec. cod. *Alex.* ἁπαλόν. Sine dubio scribendum est ἁπαλὰ, ut legitur apud *Aquilam.* - רַךְ, *mollis, tener. Aqu. Theod.* Iob. XL, 22. *Symm.* Prov. XV, 1. ubi sumenda est haec vox, ut apud Latinos *mollis oratio, verba mollia*, pro *blanda.* Confer *Simonis Lex. hebr.* p. 1525. LXX Gen. XVIII, 7. ἁπαλὸν μοσχάριον, *tenerum* vitulum. Ib. XXXIII, 13. παιδία ἁπαλώτερα, pueri *teneri, nondum adulti.* coll. 1 Par. XXII, 5. XXIX, 1. Deut. XXVIII, 54. 56. *mollis et delicatus*, coll. Ies. XLVII, 1. Sap. XV, 7. ἁπαλὴν γῆν, *mollem* terram argillaceam. *Aelian. V. H.* III, 42. παῖδα ἔτι ἁπαλὸν ὄντα καὶ νεαρόν. *Hesych.* ἁπαλὸς, μικρὸς, τρυφερός.

ἉΠΑΛΌΤΗΣ, *mollities, teneritudo.* יְנִיקוֹת plur. *teneri rami.* Ez. XVII, 4. τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκνισε, extremitates *tenerorum ramorum* decerpsit. Marc. XIII, 28. κλάδοι ἁπαλοὶ dicuntur. - נָתַק, *evello.* Ez. XVII, 9. αἱ ῥίζαι τῆς ἁπαλότητος, ubi pro יְנַתֵּק legerunt יֹנְקוֹת per literarum metathesin: nam יוֹנֵק est *tenellus surculus.* - רֹךְ, *teneritudo. Aqu.* et LXX Deut. XXVIII, 56. Hinc apparet, *incertum* illum *Int.* qui Lev. XXVII, 36. מֹרֶךְ, *mollitiem, animi timiditatem*, ἁπαλότητα transtulit, haud dubie esse *Aquilam*, qui sectatus est originem vocis hebr. a רָכַךְ *mollis fuit.*

ἉΠΑΛΌΩ, *mollio, mollem reddo.* רָכַךְ, *mollesco.* Ier. LI, 46. μήποτε ἁπαλωθῇ ἡ καρδία ὑμῶν, ne *timore percellamini.* Ita enim vertenda sunt haec verba ex usu loquendi Hebraeorum.

'ΑΠΑΛΥ'ΝΩ, *mollio, mollem reddo.* רִטְפַּשׁ Pyh. compositum ex רָטַב, *succulentus fuit*, et טָפַשׁ, *pinguis fuit.* Iob. XXXIII, 25. ἁπαλυνεῖ δὲ αὐτοῦ τὰς σάρκας, molles faciet carnes eius instar pueruli. – רָכַךְ, *mollesco. Symm.* Ies. I, 6. ἁπαλυνομένη ἐλαίῳ, oleo *emollita.* LXX 2 Reg. XXII, 19. ἡπαλύνθη ἡ καρδία σου, ubi *animus mollis* tribuitur *dolenti de peccatis, ac se poenis divinis submittenti.* Ps. LIV, 24. ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι. Vide supra s. v. ἁπαλός.

'ΑΠΑΝΑΙ'ΝΟΜΑΙ, *renuo, recuso, aegre fero, repudio, repello.* מֵאֵן Pih. idem. Ps. LXXVI, 3. ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου, renuebat admittere solatium anima mea. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἀπηνήνατο, ἀπηρνήσατο, παρῃτήσατο, οὐκ ἠθέλησεν. – מָאַס idem. Iob. V, 17. Sir. IV, 4. ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου, supplicantem afflictum non *repudia.* Ibid. VI, 25. μὴ ἀπαναίνου τὴν συμβουλίαν μου, consilia mea ne *spernas. Lex. Cyrilli MS. Brem.* μὴ ἀπαναίνου, μὴ παραιτοῦ, μὴ ἀποστρέφου. Sir. XLI, 7. τί ἀπαναίνῃ; quid est, quod *avertat?* sc. κρίμα θανάτου, h. e. tempus mortis fatale. *Hesych.* ἀπαναίνεται, ἀπαρνεῖται, ἀπαρέσκεται.

'ΑΠΑΝΑΙΣΧΥΝΤΕ'Ω, *valde inverecunde et impudenter ago, impudentiae indulgeo.* מֵאֵן הִכָּלֵם, *renuo erubescere.* Ier. III, 3. ἀπηνησχύντησας πρὸς πάντας, *valde impudenter egisti* adversus omnes, i. q. ὄψις πόρνης ἐγένετό σου in antecedentibus. *Heliod.* lib. VIII. p. 370. λανθάνειν μὲν οἰόμενοι καὶ ἐρυθριῶσιν, ἁλισκόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσι. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* lib. I. Ep. 33. p. 136.

'ΑΠΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, *surgere iubeo, excito alicunde.* Ἀπανίσταμαι, *surgo, discedo, migro*, etiam *absisto.* Sap. I, 5. ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, *procul absistet* a cogitationibus stultis.

'ΑΠΑΝΤΆΩ, *occurro, obviam venio, resisto, irruo, invehor, obvenio, evenio.* בּוֹא, *venio. Aqu.* Ier. XXXVI, 20. ἀπήντησαν τῷ βασιλεῖ. *Drusio* haec lectio, nescio, quam ob causam, suspecta fuit. – פָּגַע, et semel in Hiph. הִפְגִּיעַ, *occurro.* Gen. XXVIII, 11. ἀπήντησε τόπῳ, *venit* in locum quendam, coll. Ios. XIX, 11. Iud. XV, 12. iurate mihi, μήποτε ἀπαντήσετε ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς, vos me non *esse occisuros.* 1 Sam. XXII, 18. ἀπάντα εἰς τοὺς ἱερεῖς, *irrue* in sacerdotes. In eadem significatione legitur Ruth. II, 12. sec. *Vat.* et 2 Sam. I, 15. ubi *Symm.* ἔπελθε habet. Adde *Symm.* Iob. XXXVI, 32. – פָּגַשׁ, idem. Gen. XXXIII, 8. ubi cum ὑπαντάω in codd. permutatur. 1 Sam. XXV, 20. Hos. XIII, 8. ἀπαντήσομαι αὐτοῖς ὡς ἄρκτος. – קָרָא, *voco.* Gen. XLIX, 1. τί ἀπαντήσει ὑμῖν, quod *eventurum* sit vobis. Ier. XIII, 22. *Inc.* 2 Sam. XX, 1. נִקְרָא, *evenit, casu erat. Symm.* Ps. XLI, 8. ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπαντᾷ. Non male ad sensum, pro: mala

malis succedunt, calamitas calamitatem excipit. In omnibus his locis laudati interpretes non legerunt קָרָה, ut *Starcke* in *Carm. Dav.* p. 115. volebat, sed קָרָא acceperunt in significatione *occurrendi*, *accidendi* et *eveniendi*, quam a vicina rad. קָרָה vere interdum habet. – קָרָה, *occurro*, *accido*, *evenio*. 1 Sam. XXVIII, 10. Dan. X, 14. ὅσα ἀπαντήσει, quae sunt *eventura*. – לִקְרַאת, *in occursum*. *Symm.* 1 Sam. XVI, 4. – שׂוּם, *pono*. 1 Sam. XV, 6. ubi autem ἀπαντᾷν non tam simplici שׂוּם respondet, sed formulae שׂוּם בַּדֶּרֶךְ sequ. ל, quae, ut vernacula: *in den Weg legen*, notat *offendere*, *adoriri aliquem*, *insidias struere*. Iudith. III, 5. ἀπάντησον αὐταῖς, ὡς ἐστιν ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου, *age* cum iis, vel severe, vel leniter, prouti tibi placet. 2 Macc. VII, 39. χειρίστως ἀπήντησε, *severe tractavit*. *Vulg. in hunc crudelius desaeviit.* 3 Macc. III, 20. τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι φιλανθρώπως ἀπαντήσαντες. *Polyb.* XVIII, 17, 3. ἀγερωχότερον αὐτοῖς ἀπήντα. Sir. IX, 3. μὴ ἀπάντα γυναικὶ ἑταιριζομένῃ, noli *familiaritatem contrahere*, seu *rem habere*, cum muliere meretrice. *Vulgatus: ne respicias mulierem multivolam. Syrus:* ܠܐ ܬܬܚܠܛ, unde ܚܘܠܛܢܐ *familiaritatem*, *consuetudinem* notat. Sir. XXXIII, 1. οὐκ ἀπαντήσει κακόν. Ibid. XLIII, 27. δρόσος ἀπαντῶσα ἀπὸ καύσωνος, ros *obveniens* post ardorem. – *Excerpta e Gramm. Georg. Lecapeni* in *Matthaei Lectt. Mosqu.* Vol. I. p. 56. ἀπαντᾷν καὶ ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦσθαι καὶ μάχεσθαι.

* ΑΠΑΝΤΗ', i. q. ἀπάντησις, *occursus*, *congressus*. Substantivum hoc, quod in omnibus Lexicis desideratur, legitur 1 Reg. II, 8. 2 Reg. IX, 18. sec. *Vat.* pro לִקְרַאת εἰς ἀπαντήν. Ib. v. 21. X, 15. et sic fere semper in *Vatic.* pro ἀπάντησις. Legitur tamen haec vox etiam Iud. IV, 22. in cod. *Alex.* Caeterum hac voce augenda esse Lexica eo minus dubito, quo certius est, etiam apud alios Scriptores tales formas rariores et insolentiores reperiri, v. c. ἄσκη, αὔξη, βλάστη, βόσκη pro ἄσκησις etc. Adde ἐκδίκη pro ἐκδίκησις, quod excitavit *Schaefer.* ad *Apoll. Rhod.* T. II. p. 259.

'ΑΠΑ'ΝΤΗΜΑ, *occursus.* פֶּגַע, idem. 1 Reg. V, 4. ἀπάντημα πονηρόν, *malum*, *casus adversus.* Ita quoque *Inc.* fortasse *Aquila* Cohel. IX, 11. ἀπάντημα, *fortuna.* – קֶטֶב, *exitium*, *succisio.* *Symm.* Hos. XIII, 14. ubi ἀπάντημα *impetum hostilem*, seu *perniciem* notat. Vide supra s. v. ἀπαντάω in fine.

'ΑΠΑ'ΝΤΗΣΙΣ, *occursus*, etiam *ratio*, *qua cum aliquo agitur*, *modus gerendi*, nostrum: *Begegnung.* Quandoque etiam *sensu venereo* adhibetur. Sir. XIX, 25. ἀπὸ ἀπαντήσεως προσώπου ἐπιγνωσθήσεται νοήμων, ab *aspectu*, vel *habitu oris* cognoscetur intellegens: ubi ἀπ. πρ. est i. q. ὅρασις,

vultus, qui in oculos incurrit. 2 Macc. XII, 30. ἥμερον ἀπάντησιν ἐποιοῦντο. *Vulg. quod modeste* (h. e. *leniter. Modestum* pro *modico* et *moderato* quandoque poni docuit *Laurenberg.* in *Antiquario* s. h. v.) *secum egerint.* Ib. XIV, 30. ἀπάντησιν ἀγριωτέραν ἐσχηκότα. Addit. Esther. VIII, 7. *Polyb.* V, 63, 7. coll. XX, 11, 9. 3 Macc. I, 16. τοὺς πρὸς ἀπάντησιν διατεταγμένους παστοὺς, uti recte in *Rom.* legitur. Lectiones enim codicis *Alex.* πρὸς ἅπαν νῦν, et *Compl.* πρὸς ἅπαντα, νῦν vitiosas esse, quilibet videt.

ΕἸ'Σ 'ΑΠΆΝΤΗΣΙΝ, in occursum, obviam. אֶל פְּנֵי, *ad faciem.* 2 Par. XIX, 2. - לִפְנֵי, idem. 1 Par. XII, 17. 2 Par. XV, 2. XX, 18. - לִקְרַאת, idem. Iud. IV, 18. ubi aeque ac v. 22. cum συνάντησις in codd. permutatur. 1 Reg. IV, 1. IX, 14. et alibi saepius. - לִרְאוֹת, *ad videndum.* 1 Sam. VI, 13. εὐφράνθησαν εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ, ubi non legerunt לִקְרַאת, sed sensum expresserunt. - מִפְּנֵי. *Aqu. Symm. Theod.* Iob. XXXIX, 22. - אֶל תָּא *in excubitorium.* 2 Par. XII, 11. ubi תָּא sine dubio ab אַחַת deduxerunt. - Legitur praeterea apud *Inc.* 2 Sam. XIX, 7. ubi verba εἰς ἀπάντησιν λαοῦ sunt ex antecedentibus addita, maioris perspicuitatis causa.

'ΑΠΆΝΩΘΕΝ, a supra, desuper, etiam i. q. ἀπὸ, pro ἀπὸ ἄνωθεν. Adverbium hoc graecis scriptoribus ignotum legitur aliquoties in Verss. GG. V. T. pro מֵעַל *desuper*, v. c. apud *Symmachum* (Prov. XXIV, 18.) LXX 2 Sam. XI, 20. ἀπάνωθεν τοῦ τείχους sec. *Vat.* qui v. 21. ἀπὸ ἄνωθεν habet, cum in *Alex.* ἀπάνωθεν legatur. 2 Reg. X, 31. οὐκ ἀπέστη ἀπάνωθεν ἁμαρτιῶν, ubi *Compl.* ἀπὸ habet. Vnde apparet, quid statuendum sit de coniectura *Kreyssigii*, qui (*Symb.* P. III. p. 14.) Prov. XX, 18. in *Symmacho* pro ἀπάνωθεν reponendum iudicat ἀπάνευθεν, quod est teste *Schol.* ad *Odyss.* I, 190. ἄποθεν, μακράν. Nam ἀπάνωθεν est h. l. i. q. ἀπὸ, ut legitur 2 Sam. XX, 21. ἀπελεύσομαι ἀπάνωθεν τῆς πόλεως sec. *Vat.* ubi iterum *Compl.* habet ἀπό. Adverbium ἀπάνωθεν reddendum quoque esse videtur LXX Intt. Iud. IV, 15. pro ἐπάνωθεν. Verba enim sunt: κατέβη ἐπάνωθεν τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, ubi *Alex. Oxon.* et *Compl.* e glossemate, vel ex alio interprete interpolati exhibent: ἀπὸ τοῦ ἅρματος.

"ΑΠΑΞ, semel. אַחַת *foem. unum.* Ex. XXX, 10. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, semel in anno, coll. Lev. XVI, 34. Ps. LXI, 11. Locum hunc respiciens *Suidas* ita: ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ θεὸς, ἀντὶ τοῦ ἀποφαντικῶς ἢ παντελῶς. τὸ ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ θεὸς, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παντὸς ἐσομένου. Eodem sensu *Thucydidem* vocem ἅπαξ usurpasse, ex *Scholiis* eius docuit *Wollius* de *vera fictaque partic. emphasi* p. 308. Conf. quoque *Lexic. N. T.* s. h. v. Ps. LXXXVIII, 35. ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου. Ad h. l. Graecus auctor quidam, quem laudat

Agellius, ἅπαξ καλεῖ τὸ τῆς ἀποφάσεως βέβαιον, ὡς οὐ δεχομένης ἀποτροπήν. – פַּעַם, *vice*. Neh. XIII, 20. ἅπαξ καὶ δὶς, semel atque iterum. – פַּעַם אַחַת et אַחַת פַּעַם, *una vice*. Ios. VI, 3. 1 Sam. XXVI, 8. – הַפַּעַם, *hac vice*. *Symm*. Gen. II, 23. LXX Iud. XV, 3. XVI, 19. – אַךְ הַפַּעַם, *tantum hac vice*. Iud. XVI, 29. – *בַּפַּעַם, *in hac vice*. 2 Sam. XVII, 7. Praeterea reperitur 1 Par. XI, 11. sec. *Vat*. ubi inepto loco positum est, et nihil habet in textu hebr. cui respondeat. Verbis enim אַחַת בְּפַעַם respondent ibi ἐν καιρῷ ἑνί.

*"ΑΠΑΞ ΚΑΙ' ΔΙ'Σ, *semel atque iterum*. *Inc*. et *LXX* 1 Sam. XVII, 39. ubi nihil in textu hebraico legitur. 1 Macc. III, 30. ubi *Syrus* habet *secunda vice*, recte quoad sensum.

"ΕΤΙ "ΑΠΑΞ, *adhuc semel*. עוֹד אַחַת מְעַט, *adhuc unum parum*. Hagg. II, 6. ubi pro מְעַט legisse *Cappello* videntur פַּעַם, lapsu non difficili. Sed mihi potius מְעַט prorsus omisisse videntur in sua versione. – אַךְ הַפַּעַם, *tantummodo hac vice*. Gen. XVIII, 32. Iud. VI, 39. – רַק הַפַּעַם, idem. Iud. VI, 39.

'ΩΣ "ΑΠΑΞ ΚΑΙ' "ΑΠΑΞ, *sicut semel et semel*. כְּפַעַם בְּפַעַם, *sicut vice in vicem*, h. e. *hac vice sicut antea*, h. e. *aliquoties*, seu *semper hucusque*. Iud. XVI, 21. In nonnullis libris legitur h. l. ἀεί. Ibid. XX, 30. 1 Sam. III, 10. XX, 24.

ΚΑΘΩ'Σ "ΑΠΑΞ ΚΑΙ' "ΑΠΑΞ, *sicut semel et semel*. כְּפַעַם בְּפַעַם, idem. Iud. XX, 31.

ΤΟ' "ΑΠΑΞ ΤΟΥ"ΤΟ, *hac vice*. בַּפַּעַם הַזֹּאת, idem. 2 Sam. XVII, 6.

'ΑΠΑΡΑΙ'ΤΗΤΟΣ, *inevitabilis*, q. d. *indeprecabilis*, aut *inexorabilis*. Sap. XVI, 4. ἀπαραίτητον ἔνδειαν, *inevitabilem* inopiam. Ib. v. 16. sec. *Vat*. Sir. XX, 31. ὑπομονὴ ἀπαραίτητος sec. *Compl*., patientia *inevitabilis*, vel *necessaria*, h. e. *tolerantia malorum*, *quae sunt necessaria*. *Hesych*. 'Απαραίτητον, ἄφευκτον, ὃ οὐ δύναταί τις παραιτήσασθαι. Vide etiam seq. ἀπαραιτήτως. Confer *Schweighaeuseri Lex. Polyb*. s. h. v.

'ΑΠΑΡΑΙΤΗ'ΤΩΣ, *inevitabiliter*. Sap. XVI, 16. ὄμβροις διωκόμενοι ἀπαραιτήτως, sec. *Compl*. Sed praestare mihi videtur lectio reliquorum librorum ἀπαραιτήτοις. *Polyb*. III, 115, 4. VI, 38, 3.

*'ΑΠΑΡΑ'ΛΛΑΚΤΟΣ, si de homine dicitur, notat *eum*, *qui semper sibi constat*, *immutabilem*, si de rebus, *constantem*, *firmum*, *perennem*. *Addit. Esther*. XIII, 3. ἐν τῇ εὐνοίᾳ ἀπαραλλάκτῳ καὶ βεβαίᾳ πίστει ἀποδεδειγμένος, qui semper nobis *constantem* benevolentiam et idoneam fidelitatem probaverat. *Hesych*. ἀπαράλλακτον, ἀναλλοίωτον. – Idem: ἀπαραλλάκτῳ, ὁμοίῳ, κατὰ μηδὲν παραλλάσσοντι. *Ioseph*. *A. I*. X, 11, 7. de Daniele: τὸ τῆς προφητείας ἀκριβὲς αὐτοῦ καὶ ἀπα-

ράλλακτον ἐποίησε δῆλον. Vide quoque *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 414.

*'ΑΠΑΡΑΛΛΑ'ΚΤΩΣ, *constanter.* Esdr. VI, 9. pro chald. דִּי־לָא שָׁלוּ, *ut non sit cessatio seu error*, h. e. *sine haesitatione*, sec. *Compl.* ἀπαραλλάκτως, h. e. ἀναμφισβητήτως, ut legitur 3 Esdr. VI, 30. Adde *Heliodor. Aethiop.* V. cap. 22. pag. 305. ed. *Schmid.* et *Athenaei Deipn.* lib. I. pag. 25. ult.

*'ΑΠΑΡΑΠΟ'ΔΙΣΤΟΣ, i. q. ἀπαρεμπόδιστος, h. e. interprete *Hesychio* ἀνεμπόδιστος. Proprie notat *eum, cuius pedes non sunt impliciti*, deinde autem *eum, qui liber est ab impedimentis, non impeditum, expeditum*, denique ad res incorporeas translatum: *non interruptum, stabile, perenne.* 3 Macc. VI, 28. ἀπαραπόδιστον εὐστάθειαν, *non interruptum* felicem statum. *Athen. Deipnos.* lib. XV. p. 689. C. τὴν διάνοιαν ἀπαραπόδιστον φυλάσσει. *Chrysost. Homil.* LX. T. V. ed. *Paris.* p. 795. σελήνης δρόμοι ἀπαραπόδιστοι, lunae cursus non interrupti. *Suidas:* ἀπαραπόδιστα, ἀπλανῆ. Vid. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 419. ac *Intt.* ad *Hesych.* s. v. ἀπαρεμποδίστως.

'ΑΠΑΡΑΣΗ'ΜΑΝΤΟΣ, *nulla nota insignitus, incelebris.* 2 Macc. XV, 36. μηδαμῶς ἐᾶσαι ἀπαρασήμαντον τήνδε τὴν ἡμέραν, nullo modo diem istum *absque celebritate* missum facere. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀπαρασήμαντα, ἀφύλακτα.

'ΑΠΑΡΕ'ΣΚΩ, *displiceo.* Sirac. XXI, 17. ἀπήρεσεν αὐτῷ. *Vulg. displicebit illi*, h. e. *improbabit. Syrus: de eo ridet.*

*'ΑΠΑΡΙΘΜΕ'Ω, *pernumero, enumero, recenseo.* הֵשִׂים Hiph. *pono.* Ex. XXI, 1. ἀπαριθμήσεις sec. *Cat. Nic.* et codd. *Holmes.* Locum quidem habere potest haec lectio, suspicor tamen, eam ex altera ἃ παραθήσεις ortam esse. הֵשִׂים tamen l. l. *proponere* notat. Confer *Phavor.* 277, 48. et 672, 41. *Basil.*

'ΑΠΑΡΝΕ'ΟΜΑΙ, *abnego.* מָאַס, *sperno.* Ies. XXXI, 7. ἀπαρνηθήσονται οἱ ἄνθρωποι τὰ χειροποιητὰ, *renunciabunt* homines idololatriae.

*'ΑΠΑΡΣΙΣ, *profectio, discessus, iter.* מוֹצָא, *processus, exitus.* Num. XXXIII, 2. τὰς ἀπάρσεις, *stationes* s. *loca, in quibus ad tempus aliquod castra metati sunt.* — *מַסַּע, *iter. Aqu. Theod.* Deut. X, 11.

*'ΑΠΑΡΤΑ'Ω, *disiungo, semoveo.* שָׁמֵר, *destruo, dissipo.* Lev. XXVI, 30. ἀπαρτήσω, quod ad ἐρημώσω apud LXX notatur in Cod. *Lips.* margine. Est merum scholion, quo indicatur, in omni loco de *remotione idolorum cultus* sermonem adeoque verba hebraica non proprie intellegenda esse. *Hesych.* ἀπαρτῆσαι, χωρίσαι, διαστῆσαι.

'ΑΠΑΡΤΙ'Α, *perfectio, supellex, sarcina, qua se instruunt* οἱ ἀπαίροντες, *proficiscentes, impedimenta*, it.

minor familia, infantes, liberi. - טִירָה, *habitaculum septo, muro munitum,* etiam speciatim *aedificium splendidius, quod parietes, ordines columnarum et alia ornamenta habet.* Ez. XXV, 4. ἐν τῇ ἀπαρτίᾳ, cum *supellectili.* Num vocem hebr. ita interpretati fuerint, aut loco טִירָה legerint טֹרַח *onus*, aliis diiudicandum relinquo. - טַף, *parvulus.* Num. XXXI, 17. 18. *Eugubinus* putat, LXX existimasse, טַף significasse *supellectilem*, quod absurdum est dicere, *supellectilem interfici. Bielius* ἀπαρτίαν de *minori familia, infantibus, liberis* interpretatus est, quo sensu LXX vocem ἀποσκευὴ pro eadem hebr. usurpant. Vide infra s. v. ἀποσκευή. *Bonfrerio* autem in *Commentar.* ad h. l. ἀπαρτία potius notat *perfectionem, complementum.* Ergo v. 17. ἐν πάσῃ τῇ ἀπαρτίᾳ notat *in omni perfectione* seu *perfecte, absolute, complete, omnino ita ut nullus supersit. Hesych.* ἀπαρτίᾳ, ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς. Has autem voces ad *numeri perfectionem* saepe transferri tradunt *Suidas* et *Phavor.* s. v. ἀπαρτολογία. Sic quoque v. 18. πᾶσαν τὴν ἀπαρτίαν τῶν γυναικῶν est *omnes omnino mulieres*, seu, ut latinus reddidit: *omnem summam*, vel: *omnes numero.* - מַסָּע, *motio, translatio*, et metonym. *id quod transfertur.* Ex. XL, 33. Num. X, 12. ἐξῆραν σὺν ἀπαρτίαις αὐτῶν. - שָׁלָל, *praeda, spolium.* Deut. XX, 14. Iudith. II, 13. et III, 10. *Hesych.* 'Απαρτίας (seu, ut nonnulli legere malunt, ἀπαρτίαν,) μετάβασιν, ἀποσκευὴν, τέλος, ἀπαρτισμόν. *Gloss. in Octateuch.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Απαρτίαν, τέλος, ἀπαρτισμόν.

'ΑΠΑΡΤΙ'ΖΩ, *perficio, perfectum reddo, consumo.* גָּמַר, *perficio, consummo. Symm.* Ps. VII, 10. ἀπαρτισθήτω κάκωσις τῶν ἀσεβῶν. *Hieron. consummetur* (quae vox quoque *Vulgato* loco impressi *consumetur* reddenda erit.), h. e. *ad summum gradum perducetur.* - כּוֹנֵן Pih. a כּוּן, *apto. Symm.* Ps. CXVIII, 73. ἀπήρτισάν με, me *fecerunt*, seu: *pararunt.* - כָּלָה, *consumor, perficior. Symm.* 1 Sam. XX, 7. - שָׁלֵם, *integer, perfectus. Aqu.* Gen. XXXIV, 21. et sec. ed. primam Amos I, 6. ἀπηρτισμένη. *Hesychius:* 'Απαρτίζει, τελειοῖ. *Suidas:* ἀπαρτῆσαι, τὸ κρεμάσαι, ἀπαρτίσαι δὲ τὸ τελειῶσαι. *Hesych.* 'Απαρτῆσαι, χωρίσαι, διαστῆσαι. 'Απαρτίσαι, πληρῶσαι. Ita enim legendum est, iudice *Bielio*, loco 'Απαντῆσαι κ. τ. λ. Vide *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 422.

'ΑΠΑ'ΡΤΙΣΜΑ, *consummatio, cacumen, summitas.* טְפָחוֹת plur. ex טֶפַח, *palmus, lapides palmares, quibus trabes imponuntur. Symm.* 1 Reg. VII, 9.

'ΑΠΑΡΧΗ', *primitiae,* it. *optimum, praestantissimum,* it. *oblatio.* חֵלֶב, *adeps,* metaph. *praecipuum, praestantissimum.* Num. XVIII, 12. ἀπαρχὴ ἐλαίου καὶ οἴνου, *primitiae* olei et vini. Ib. v. 29. 30. 32. In omnibus his locis LXX חֵלֶב ἀπαρχὰς reddiderunt, quod in primitias optimas et praestan-

sissimas fruges olim eligebant. *Schol. Eurip.* in *Orest.* v. 96. *ἀπαρχὴ ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν καὶ ἀπαρχὰς καρπῶν προσῆγον οἱ παλαιοὶ καὶ ὠνόμαζον, τὰ κρείττονα ἐκλεγόμενοι.* – מַעֲשֵׂר, *decima.* Deut. XII, 6. Scilicet etiam *decimae* ex praestantissimis seligebantur. – עָוֹן, *impietas.* Num. XVIII, 1. *λήψεσθε τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἁγίων,* sec. *Ald.* ubi tamen in reliquis libris pro *ἀπαρχὰς* rectius legitur *ἁμαρτίας.* – *ראשׁ, *caput.* Num. I, 2. sec. cod. *Holmes.* – רֵאשִׁית, *primitiae.* Ex. XXIII, 19. Lev. XXIII, 10. Num. XV, 18. *Inc.* 1 Sam. XV, 21. *τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ἐξολοθρεύματος, praestantissima* ex iis, quae diris devota sunt. – שְׂאֵת inf. a נָשָׂא, *elevando.* Ez. XX, 31. *ἐν ταῖς ἀπαρχαῖς τῶν δομάτων ὑμῶν.* Libere verterunt. – *שְׁתֵּי *duo.* 1 Sam. X, 4. שְׁתֵּי לֶחֶם, *duos panes, ἀπαρχὰς ἄρτων.* Non verosimile est, eos legisse רֵאשִׁית, sed deduxerunt a שָׁתַח, شتّ, *segregatus est:* nam primitiae ad usum sacrum segregari ac reponi solebant. – תְּנוּפָה, *agitatio, oblatio sacrificiorum.* Ex. XXXVIII, 24. *χρυσίου τοῦ τῆς ἀπαρχῆς.* Videntur LXX cum voce *ἀπαρχὴ* coniunxisse notionem universam *eius, quod est Deo sacrum.* – תְּרוּמָה, *oblatio.* Ex. XXV, 3. *αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ,* haec est *oblatio.* Vide et Ez. XX, 40. XLV, 7. Vnde *Gloss. MS.* in *Ez.* *Τὰς ἀπαρχὰς, ἀφαιρέματα.* Confer 2 Sam. I, 21. ubi *ἀγροὶ ἀπαρχῶν Aquilae* sunt *ἀγροὶ ἀφαιρεμάτων.* Vnde et apud *Hesych.* *Ἀπαρχὴ, προσφορὰ, ἀφαίρεμα.* Sir. XXXV, 7. *ἀπαρχὴν χειρῶν σου,* primitias labore manuum tuarum partas, vel quas manu tua das. Ibid. XLV, 28. *ἀπαρχὰς πρωτογεννημάτων.*

'ΑΠΑΡΧΑΙ' "ΑΛΩΝΟΣ ΚΑΙ' ΛΗΝΟΥ", primitiae areae et torcularis. מְלֵאָה וְדֶמַע, *plenitudo* et *lacryma.* Exod. XXII, 29. Sc. מְלֵאָה notat h. l. *fructus plenae maturitatis, qui Deo offerebantur,* et דֶּמַע est metaph. *liquor stillans instar lacrymarum, qualis stillat ex uvis et olivis, quando calcantur.*

'ΑΠΑΡΧΟΜΑΙ, primitias do, offero. הֵרִים, Hiph. a רוּם, *elevo, offero.* 2 Par. XXX, 24. *ἀπήρξατο τῷ ἰούδᾳ, primitias dabat* Iudae. Ibid. XXXV, 7. 9. *Hesych.* *Ἀπήρξατο, ἀπαρχὰς ἔδωκεν.* – הֵרִים לִנְדָבָה, *offero in sacrificium voluntarium.* 2 Par. XXXV, 8. – רֵאשִׁית, *primitiae.* Prov. III, 9. *ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν δικαιοσύνης, primitias* ei *offer* totius tui proventus. *Hesychius : ἀπάρχου, τὰς ἀπαρχὰς πρόσφερε.*

"ΑΠΑΣ, "ΑΠΑΣΑ, "ΑΠΑΝ, omnis, omne. Saepissime legitur, et sufficiat hic unum tantum et alterum locum ex singulari voce hebraica adducere. כְּלִי, *vas, vasculum.* Prov. XXV, 4. ubi legerunt כֹּל, *ἅπαν.* – כָּלִיל, *totum, integrum.* Lev. VI, 22.

ΚΑΘ' ἍΠΑΝ, *omnimode*, *omni ex parte*. 2 Macc. XV, 30. καθ' ἅπαν, *totus*.

ἈΠΑΤΑ'Ω, *decipio*, *seduco*, it. *pellicio*, *persuadeo*. *אֲזַד Chald. *cito elapsus sum*, s. *abii*. Dan. II, 8. מִלְּתָא מִנִּי אַזְדָּא *somnium e memoria mea excidit*. *Syrus* ἀπατᾷ με, h. e. somnium me destituit, ut apud Lat. homines *memoria falli* dicuntur. – הֵסִית Hiph., *seduco*, a סוּת. 2 Reg. XVIII, 32. 2 Par. XXXII, 11. Iob. XXXVI, 16. apud *Theod.* et *Hebr.* ubi ἀπατᾷν sequ. ἐκ notat *clam subducere* seu *eripere*, *liberare*. *Vulg.* *salvabit te*. Verba graeca sunt: προσέτι ἠπάτησέν σε ἐκ στόματος ἐχθροῦ. – הִשִּׁיא Hiph. a נָשָׁא. Gen. III, 13. 2 Par. XXXII, 15. μὴ ἀπατῶ ὑμᾶς, ne vos decipi patiamini: coll. Ies. XXXVII, 10. et Ephes. V, 6. – *הֵתֵל *deludo*, *ludifico*. Ex. VIII, 29. ἀπατῆσαι sec. MS. *Alex.* ubi in reliquis libris ἐξαπατῆσαι et παραλογίσαι legitur. – פּוּג, *cesso*, *intermitto*. Ps. LXXVI, 3. לֹא תָפוּג *non cessabit*, seu, ut *Hieronymus* transtulit, *non quiescit*. LXX οὐκ ἠπατήθην. Fortasse legerunt לֹא־אֻפְּתָּה. *Vulg.* *non sum deceptus*. – פָּתָה *pellicio*, *persuadeo*. *Aqu.* *Theod.* Prov. XVI, 29. *Inc.* et *Schol.* Prov. XXIV, 29. LXX Iud. XIV, 15. ἀπάτησον δὴ τὸν ἄνδρα σου, *persuade* quaeso viro tuo, coll. XVI, 5. *Vulg.* bene: *blandire et suade*. Ier. XX, 7. ἠπάτησάς με καὶ ἠπατήθην, *persuasisti* mihi et *persuasus sum*. Vice versa ἀναπείθειν, quod pr. *persuadere* significat, etiam de illis, *qui decipiunt* vel *seducunt*, usurpatur. Vide supra in ἀναπείθω. Adde *Symm.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. XI, 16. – פּוֹתָה, *stolida*, *seducta*. *Symm.* Hos. VII, 11. περιστερὰ ἀπατωμένη, columba *pellecta*. – פֶּתִי, *simplex*, *fatuus*. *Theod.* Prov. I, 4. ἠπατημένοις, *iis*, *qui facile se decipi patiuntur*. – שָׁדַד Pih. *devasto*. Prov. XXIV, 15. μηδὲ ἀπατηθῇς χορτασίᾳ, ad quem locum *Iaegerus* non male coniecit, interpretem fortasse scripsisse μηδὲ καταπατήσῃς χορτασίαν. – *שׁוּעַ, *clamo*. *Symm.* Ies. XXIX, 9. Permutavit sine dubio שׁוּעַ cum שָׁעַע *mollis sum*, metaphor. *blanditus sum*. – *שָׁכַע, *findo*, *diffindo*, ac metaphorice: *verbis persuasoriis aliquem a proposito abstraho*. Eandem significationem habet quoque vox ἀπατᾷν, qua pro illa *Theodot.* usus est 1 Sam. XXIV, 7. ubi LXX πείθω habent. Iudith. IX, 3. στρωμνὴν ἀπατηθεῖσαν, cubile, in quo homines decepti h. e. *allecti ad concubitum* erant. Ib. XIII, 16. ubi per *abuti* recte verti potest. Sir. XIV, 11. ἀπάτησον τὴν ψυχήν, quod vulgo vertunt: *consopi animae tuae curas ac sollicitudines*.

ἈΠΑ'ΤΗ, *deceptio*, *fraus*. – *אֱלִילִים, *numina inania*, *vana idola*. *Inc.* Lev. XXVI, 1. sec. marginem cod. *Lips.* Iudith. IX, 11. ἐκ χειλέων ἀπάτης μου, ubi *Vulgatus*, qui *caritatis* habet, legit ἀγάπης, de quarum vocum permutatione in codd. vide *Intt.* ad *Hesych.* s. v. παρθενοπίπας. Sed vera lectio sine dubio est ἀπάτης, hoc sensu: *labiis meis deceptri-*

cibus, seu: quibus decipere illum conabor, quemadmodum Paulus Eph. IV, 22. ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης dixit pro ἀπατητικὰς vel ἀπατώσας. Ib. v. 13. δός μοι ἀπάτην, *da mihi fallere*, ut cum *Horatio* Epist. I, 6, 60. loquar.

*'ΑΠΑΤΗΛΟ'Σ, *fallax, fraudulentus, dolosus*. 4 Macc. XVIII, 8. *Hesych.* ἀπατηλὸν, ψευδὲς, ἀπατητικὸν, παραλογιστικόν. V. quoque *Schaeferum* ad *Dionys. Hal.* p. 342. et ad *Gregor. Corinth.* p. 496.

'ΑΠΑ'ΤΗΣΙΣ, *deceptio, fraus*. Iudith. X, 4. εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν, in *deceptionem* oculorum.

'ΑΠΑΥ'ΓΑΣΜΑ, *refractio, reflexio lucis et splendoris*, speciatim *solis, effulgentia*, ac metaphorice, *omne quod aliquam rem perfecte refert, imago viva et absoluta alicuius rei*. Sap. VII, 26. de sapientia: ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, *splendor enim est ex lumine aeterno effulgens*. *Hesych.* 'Απαύγασμα, ἡλίου φέγγος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Απαύγασμα, ἀκτὶς ἡλίου, ἡ πρώτη τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἀποβολή. *Philo de plantat.* p. 150. ἁγίασμα esse dixit ἁγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου.

'ΑΠΑΥΤΟΜΟΛΕ'Ω, *a me ipso eo, sponte curro*. Prov. VI, 11. iuxta *Rom.* ἡ δὲ ἔνδεια, ὥσπερ κακὸς δρομεὺς, ἀπαυτομολήσει, egestas tanquam grassator *irruet*, ubi nihil huic voci in textu hebr. respondet, ac interpres ex priore membro בָּא aut similem vocem sensus causa supplere voluit. *Hesychius*: 'Απαυτομολήσει, ἀφ' ἑαυτοῦ ἔλθῃ (legendum ἐλεύσεται), παρὰ τὸ μολεῖν, ὅ ἐστιν ἐλθεῖν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Απαυτομολήσει, ἀναχωρήσει. *Thucyd.* VII, 75. *Ioseph.* de *Macc.* §. 12. s. 4 Macc. XII, 17.

*ΑΠΑΦΑΝΙ'ΖΩ, *prorsus deleo et e conspectu removeo*. הֵמִית, *interficio*. Ex. XXI, 29. ἀπαφανίσῃ sec. cod. 106. *Holm.* Ita enim legendum loco ἀποφανίσῃ.

*'ΑΠΕΙ'ΔΩ, *video, respicio, videndo intellego*. רָאָה, *video*. Ion. IV, 5. ἕως οὗ ἀπίδῃ, τί ἔσται τῇ πόλει, donec videret, quid urbi esset eventurum. *Diod. Sic.* p. 771. A. edit. *Rhod. Dio Cass.* p. 396. ed. *Reim.* et p. 1052. Conf. quoque *H. Steph.* s. ἀφοράω.

'ΑΠΕΙΘΕ'Ω, *non obedio, inobediens sum*. אַל הִתְעָרַב Hithp. *non misceo me*. Prov. XXIV, 21. ἀπειθήσῃς. Ex sententia *Iaegeri* legerunt extremis literis transpositis הִתְעַבַּל sensu eo, quem *Schult.* ad XIV, 16. et XX, 2. defendit, ut sit *transgressorem agere*. Mihi vero sensum expressisse videntur. Nam qui cum rebellibus se miscet, is ἀπειθεῖ. — הֵמַר Hiph. a מָרַר, *exacerbo*. Ex. XXIII, 21. ubi הֵמַר τῷ *revereri* et *obtemperare* opponitur. — חָדַל, *desisto*. Ez. III, 27. Bene quoad sensum, nam חדל opponitur ibi τῷ *audire*. — יָסַר, *erudio*. Ies. VIII, 11. ubi יסרני sine dubio derivarunt a סרר, aut סָרַר (legentes יְסָרְנִי), sed admodum inepte. — לֹא אָבָה,

nolo. Prov. I, 25. - לֹא שָׁמַע, *non audio.* Ios. V, 6. - מֵאַחֲרֵי, *a retro.* Num. XIV, 43. Sensum secuti sunt. - מֵאֵן Pih. *renuo.* *Symm.* Exod. IV, 23. 1 Sam. XXVIII, 23. ἠπείθησεν καὶ οὐκ ἐβούλετο, ubi ἀπειθεῖν est *renuere, recusare,* et cum οὐ θέλειν in codd. permutatur. Confer quoque 2 Reg. V, 16. et Zach. VII, 11. - מָאַס, *sperno.* Lev. XXVI, 15. Num. XI, 20. Ies. VII, 16. ubi loco ἀπειθεῖ πονηρίᾳ legendum est ἀπειθεῖν πονηρίᾳ, aut potius ἀπωθεῖν πονηρίαν, h. e. *reprobare* malitiam. Ib. XXX, 12. - מִדָּה, *mensura.* Ier. XIII, 25. ubi pro מִדַּיִךְ, *mensurarum tuarum*, legerunt מִרְיֵךְ a מְרִי, *rebellio.* - מָעַל, *praevaricor.* Deut. XXXII, 53. - מָרַר, *rebello.* Ies. XXXVI, 5. - מָרָה, הִמְרָה, Kal et Hiph. *rebello.* Deut. I, 26. IX, 7. 23. 24. ἀπειθοῦντες ἦτε τὰ πρὸς κύριον pro κατὰ τὰ πρὸς κύριον ἀνήκοντα, refractarii fuistis in rebus, quae ad Dominum pertinent. Ios. I, 18. - סָרָה, *apostasia.* Ies. LIX, 13. - סָרַר, *refractarius sum.* Deut. XXI, 20. Neh. IX, 29. Ps. LXVII, 20. - בָּצַר, *resisto, repugno, transgredior.* *Symm.* 1 Sam. XV, 23. - *רַגָּז, *pavidus.* Deut. XXVIII, 65. ἀπειθοῦσαν sec. *Vat. Ald.* et *Compl.* ubi vel legendum est ἀθυμοῦσαν, ut *Alex.* et *Oxon.* exhibent, vel statuendum est, ἀπειθεῖν esse h. l. i. q. ἀπιστεῖν, *carere fiducia*, adeoque *desperare de salute sua.* Posterior sententia confirmatur loco *Sir.* XLI, 4. ubi ἀπειθῶν et ἀπολωλεκὼς τὴν ὑπομονὴν aperte sunt synonyma. *Vulg.* ibi *incredibilis*, quod pro *incredulus*, ut alias saepe, positum existimo. *Hesych.* ἀπειθής, ἄπιστος. *Phavorinus:* ἀπιστίαν τὴν ἀπείθειαν λέγουσι. *Hesych.* Ἀπειθεῖ, ἀντιλέγει. *Lexic. Vetus:* Ἀπειθῶ, *detrecto, recuso, inobedio.*

'ΑΠΕΙΘΗ'Σ, *inobediens, refractarius, contumax.* מֹרָה part. *rebellis.* Num. XX, 10. Ier. V, 23. καρδία ἀνήκοος καὶ ἀπειθής. - מְרִי, *rebellio.* Ies. XXX, 9. - סֹרֵר part. *refractarius.* *Symm.* Ps. LXXVII, 8. LXX Deut. XXI, 18. ἐὰν δέ τινι ᾖ υἱὸς ἀπειθής, si vero aliquis habeat filium refractarium: coll. Rom. I, 30. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. - שָׁמִיר, *adamas.* Zach. VII, 12. ubi adamas metaphorice adhibetur ad denotandam humani corporis duritiem, seu contumaciam. Sir. XVI, 7. et XLVII, 21. ubi βασίλεια ἀπειθής Ephraim dicitur, vel quia reges Israel pertinaciter usque ad ultimum rebellarunt Roboamo et regibus Iuda, vel quia Israelitae fere semper idolorum cultui addicti fuerunt. Sic *Syrus* et *Arabs.* *Hesych.* Ἀπειθής, ἀνυπότακτος, ἄπιστος, Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν.

'ΑΠΕΙΘΩ͂Ν, *inobediens.* אוֹיֵב, *hostis.* Ies. LXVI, 14. ubi de adversariis Dei sermo est, qui cultoribus divinis opponuntur. - חָדֵל, *desistens.* Ez. III, 27. - *נֹגֵשׂ, *exactor.* *Inc.* Ies. IX, 4. Sed loco ἀπειθούντων sine dubio legendum est ἀπαιτούντων, ut legitur in *Theod.* et LXX, ac coniecit iam *Semlerus.* - סִיג, *scoria.* Ies. I, 25. Sic recte explicarunt

LXX hebr. vocem hoc loco, ubi *purgatio a scoriis emendationem populi* metaphorice notat.

'ΑΠΕΙΚΑΖΩ, assimilo. Sap. XIII, 13. *ἀπείκασεν αὐτὸ εἰκόνι ἀνθρώπου,* assimilavit illud imagini hominis.

'ΑΠΕΙΚΑΣΜΑ, similitudo, figuratio. Sap. XIII, 10. *ἀπεικάσματα ζώων, similitudines* animalium.

'ΑΠΕΙΛΕΩ, minor, comminor, increpo. גָּעַר, *increpo, obiurgo.* Nah. I, 4. *ἀπειλῶν θαλάσσῃ,* increpans mare. Quod hic est *ἀπειλεῖν θαλάσσῃ,* apud Matth. VIII, 26. est *ἐπιτιμᾷν τῇ θαλάσσῃ,* h. e. *vim maris comprimere, fluctus marinos sedare.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - הִתְנַחֵם, Hithp. *consolor me,* it. *poenitet me.* Gen. XXVII, 42. *ἀπειλεῖ σοι τοῦ ἀποκτεῖναί σε,* minatur tibi mortem. *Schol.* ed. *Bos.* *διανοεῖται κατὰ σοῦ.* Sc. نحم, ex primaria significatione *cum vehementiâ spiritum ducere,* dicitur etiam de *eo, qui malo animo in alterum est affectus,* et usurpatur speciatim de *leone rugiente* ac *minitante.* (Confer *Golium* f. 2473.) Vid. *Lette anim. ad text. hebr.* pag. 50. sequ. Num. XXIII, 19. *οὐχ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἀπειληθῆναι,* non tanquam filius hominis *minis commoveri et deterreri,* aut: *terroribus mutari* potest. Sic legitur quoque Iudith. VIII, 15. *Cod. Oxon.* habet *μετανοῆσ*, forte *μετανοῆσαι.* *Origenes* notavit, alios legere active: *terret* pro *terretur,* h. e. *non vane minis terret,* seriei orationis admodum convenienter. Confer *Grabii* Diss. de *Vitiis* etc. p. 19. et *Prolegom. in LXX* T. I. c. 3. - זָעַם, *indignor.* Ies. LXVI, 14. *Aquil.* Ps. VII, 12. Sir. XIX, 16. *πρινὴ ἀπειλῆσαι, antequam in verba aspera praecipiti ira prosilias.*

'ΑΠΕΙΛΗ', minae, comminatio, ira, indignatio. אֵימָה, *terror,* etiam *ira, quae se minis prodit.* Prov. XX, 2. - גָּעַר, *increpo.* Ies. LIV, 9. - גְּעָרָה, *increpatio.* Prov. XIII, 8. XVII, 10. - זַעַם, *ira.* Hab. III, 11. *Aqu.* Ez. XXI, 31. - זַעַף, *indignatio.* Prov. XIX, 12. coll. XX, 2. *Hesych.* *ἀπειλή, ὀργή.* - תֵּימָן, *meridies, auster.* Zach. IX, 14. *ἐν σάλῳ ἀπειλῆς, in commotione terroris sui.* Ita quoque *Arabs.* Libere transtulerunt.

'ΕΝ 'ΑΠΕΙΛΗ͂ι ΧΡΑ'ΟΜΑΙ ΤΙΝΙ', in minis aliquo utor, h. e. *comminationibus contra aliquem utor, severius aliquem tracto.* Sic legitur Iob. XXIII, 6. ubi pro אַךְ־הוּא יָשִׂם בִּי, *veruntamen ipse ponet in me,* LXX sec. *Vat.* habent: *εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται.* Sc. שׂוּם sequ. בְּ subinde in malam partem, sensuque *bellico* sive *hostili* sumitur. Cf. *Schultensii Comment.* ad Iob. I, 8.

"ΑΠΕΙΜΙ, absum, it. *abeo.* אַחֲרֵי, *post, retro.* Exod. XXXIII, 8. - *בְּלוֹא, *in non,* h. e. *si non adest. Aqu.* Cohel. X, 11. - חָלִילָה, *absit. Symm.* Iob. XXXIV, 10. *ἄπειη.* - נִדַּח Niph. *depellor.* Iob. VI, 13. *βοήθεια δὲ ἀπ' ἐμοῦ ἄπεστι,* auxi-

lium vero a me distat. – *שׁוּב, *revertor.* Prov. XXV, 10. ἀπέσται, quod futurum indicativi subiicitur coniunctivo ὀνειδίσῃ, ut Rom. XI, 25. Confer *Budaei Comm. gr. l.* p. 8. et *Abresch.* ad *Aeschyl.* l. I. p. 104. Sap. IX, 6. τῆς ἀπὸ σοῦ σοφίας ἀπούσης, si sapientia *destituaris.*

'ΑΠΕΙΡΑΓΑΘΟΣ, pro diversa etymologia est vel *infinite bonus*, vel *imperitus. Bielius* transtulit *beneficiorum expers. Addit. Esther.* XVI, 4. τοῖς τῶν ἀπειραγάθων κόμποις ἐπαρθέντες, h. e. eodem *Bielio* interprete: *eorum quasi, qui nullum beneficium acceperunt, fastu elati. Kreyssigius Symb.* P. IV. p. 4. pro ἀπειραγάθων cum editione veteri altera legere mavult ἀπειροπαθῶν, i. e. *vacuorum a molestiis, felicium*, coll. v. 2. Literae *Π* et *Γ* a librariis sexcenties confusae reperiuntur.

'ΑΠΕΙΡΓΩ, *averto, arceo.* 2 Macc. XII, 40. ἀφ' ὧν ὁ νόμος ἀπείργει τοὺς Ἰουδαίους, a quibus lex prohibet Iudaeos. Praeterea legitur quoque ἀπεῖρκτο, *vinctus tenebatur*, aut *detinebatur*, apud LXX Gen. XL, 3. sec. *Oxon.* pro hebr. אָסוּר: sed est sine dubio alius interpretis. In *Vat.* legitur ibi ἀπῆκτο, quae lectio etiam locum habere potest.

'ΑΠΕΙΡΗΜΕΝΟΣ, *interdictus.* תֶּבֶל, *confusio, turpitudo. Aqu.* Lev. XVIII, 23. ἀπειρημένον. Turpe dicitur in V. T. quod est legibus divinis interdictum. – *תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Lev. XX, 13. sec. cod. X. *Lips. Holm.* ἀπειρημένον, sc. ἐποίησαν, quae verba tamen quoque ad v. 12. referri possunt, ubi תֶּבֶל עָשׂוּ legitur. Adde 4 Macc. I, 33.

'ΑΠΕΙΡΙΑ, *imperitia, stultitia.* אִוֶּלֶת, idem. *Symm.* Ps. LXVIII, 6. Sed ibi ἀπειρία in notione *peccati, delicti* legitur, ut sit i. q. ἀφροσύνη apud LXX ad imitationem vocis hebr., quae saepius ita usurpatur in Proverbiorum libris.

*'ΑΠΕΙΡΟΠΑΘΗΣ, *vacuus a turbis animi et molestiis, felix.* Add. Esther. XVI, 4. sec. *ed. vet. alteram.* Conf. supra s. v. ἀπειράγαθος.

"ΑΠΕΙΡΟΣ, *imperitus, incultus*, etiam *infinitus, immensus.* *אֵין־קֵץ, *nullus finis est. Symmach.* Cohel. IV, 16. V. *Lennep.* ad *Coluth.* p. 53. – אֱוִיל, *stultus.* Zach. XI, 15. ποιμένος ἀπείρου, *mali* pastoris. – עֲרָבָה, *solitudo.* Ierem. II, 6. ἐν γῇ ἀπείρῳ, in terra *inculta:* ubi ἄπειρος est i. q. ἀνέργαστος.

"ΑΠΕΙΡΟΣ ΕΙΜΙ, *imperitus sum.* לֹא נִסָּה, *non sum expertus, non probavi. Symmach. Inc. et LXX* 1 Sam. XVII, 39. ὅτι ἄπειρος ἦν, quoniam nondum expertus fuerat. *Vulg.* bene: *non enim habebat consuetudinem.* "Απειρος est h. l. i. q. ἀγύμναστος. Conf. *Hex.*

*'ΑΠΕΙΡΟΤΑΤΟΣ, *inexpertissimus, ignarissimus*, utpote qui nunquam potuerit experiri et per experientiam ali-

quid cognoscere. Sap. XIII, 18. sec. *Vat.* ἀπειρότατον ἱκετεύει. *Petr. Nannius* legit ἀπορώτατον, h. e. egentissimum, extreme inopem. *Vulg. inutilem*, quasi ἀχρειότατον.

'ΑΠΕ'ΚΤΑΣΙΣ, *extensio.* מִפְרַשׂ idem. *Theod.* et LXX Iob. XXXVI, 29. ἀπέκτασις νεφέλης.

'ΑΠΕΛΑΥ'ΝΩ, *abigo, depello, arceo.* הָגָה, *removeo. Aqu. Theod.* Prov. XXV, 4. ἀπέλασον. – הִצִּיל Hiph. a נָצַל, *eripio, libero.* Ez. XXXIV, 12. ἀπελάσω αὐτὰ (sc. πρόβατα) ἀπὸ παντὸς τόπου, *abigam* illas ab omni loco. – *נָהַג, *duco,* etiam *abduco. Inc.* 1 Sam. XXIII, 5. (*Vulg. abegit*) ubi cum ἀπάγω in codd. permutatur. Sap. XVII, 18. ταραχὰς ἀπελαύνειν ψυχῆς νοσούσης, perturbationes *expellere* ab anima languente.

*'ΑΠΕΛΕ'ΓΧΩ, *redarguo, refuto, confuto.* סָלָה, *conculco. Symm.* Ps. CXVIII, 118. ubi *Agellius* in *Comm.* putat *Symm.* loco ἀπήλεγξας scripsisse ἀπέλεξας, *elegisti tanquam lapides e via et abiecisti.* Sed *refutandi* notionem habet סָלָה in lingua Syriaca. Adde 4 Macc. II, 11.

'ΑΠΕΛΕ'ΚΗΤΟΣ, *non edolatus, securi non complanatus*, ut vulgo *Lexica* exponunt. Cum autem haec significatio in locis, quibus apud LXX occurrit, locum habere nequeat, cum *Kesslero* in *Append. Crit. S. Leigh.* p. 21. statuendum erit, ἀπελέκητος notare *valde edolatum, elaboratum,* ex α (quod in compositis haud raro significationem intendit) et πελεκητὸς, *bipenni caesus* et *complanatus,* nisi assentiri malis *Trommio*, cui legendum videtur πελεκητὸς, et quidem ex eo, quod voces hebraicae id innuant, et variae lectiones ubique inculcent. Occurrit autem haec vox pro אַלְמֻגִּים, per transpositionem pro אַלְגֻּמִּים, plur. *species cedri praestantissimae,* 1 Reg. X, 11. (sec. *Coislin.* 2.) 12. – גָּזִית, *caesio,* vel *caesus.* 1 Reg. V, 17. ubi *Alex.* ἀπελεκήτους, *Compl.* autem πελεκητοὺς habet. Ib. VI, 35. et VII, 11. Conf. quoque *Suidam* s. v. ἄγανον, et *Schol. Soph. Oed. Colon.* v. 102.

'ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟ'Ω, *libero, libertate dono.* חֻפַּשׁ Pyh. *libertate donor.* Lev. XIX, 20. ὅτι οὐκ ἀπηλευθερώθη, sec. *Vat.* ubi *Compl.* ἐλευθερώθη habet.

'ΑΠΕΛΠΙ'ΖΩ, *spem abiicio, despero.* *נוֹאָשׁ, *despero, spe destitutus sum.* Ier. II, 24. ad quem locum *Victor Antiochenus:* 'ΑΚΥ'ΛΑΣ, ἀπέγνων σου, ἤγουν ἀπήλπισα. *Doederleinius* (in *Repertor. Eichhorn.* T. I. p. 233.) prius *Symmacho*, posterius *Aquilae* tribuit, ductus auctoritate *Hieronymi* in *Comm.* ad XVIII, 12. Mihi autem ἀπήλπισα mera interpretatio vocis ἀπέγνων esse videtur. Sirac. XXII, 21. ἀπήλπισε, h. e. *plane desperare debet reconciliationem cum amico perfide a se laeso.* Non male *Compl.* habet: ἀπώλεσε πίστιν. 2 Macc. IX, 18. τὰ κατ' αὐτὸν ἀπελπίσας, *de se ipso desperans.* Conf. *Fesselii Adv. Sacr.* lib. I. c. 2. p. 21. qui Sir. XXII, 24.

et XXVII, 21. ἀπελπίζειν transitive accepit, ut sit *in desperationem adducere, spem alicui adimere.*

ἈΠΗΛΠΙΣΜΈΝΟΣ, *spe destitutus*, vel *cuius res desperata est, miser.* אֶבְיוֹן, *egenus.* Ies. XXIX, 19. ἀπηλπισμένοι τῶν ἀνθρώπων, *homines, quorum res desperatae sunt.* Iudith. IX, 12. ἀπηλπισμένων σωτήρ. Esther. XIV, 19.

ἈΠΈΝΑΝΤΙ, *coram, contra, e regione, ex adverso.* לְ dat. Iob. XIII, 7. - בַּמִּקְדָּשׁ, *in sanctuario.* Ios. XXIV, 26. ἀπέναντι κυρίου. Ita transtulerunt ex opinione Iudaeorum, qui Deum in sanctuario praecipue praesentem esse existimabant. - נֶגֶב, *auster*, i. e. *ad austrum.* Ios. XI, 2. ubi legisse videntur נֶגֶד. Idem valet quoque de locis. Ez. XL, 2. ubi τῷ - מִנֶּגֶב, et Ios. XV, 3. ubi τῷ אֶל מִנֶּגֶב respondet. - נֶגֶד, *coram.* Num. XXV, 4. ubi pro ἀπέναντι, quod etiam apud *Philonem* reperitur, alii libri habent κατέναντι. Ios. III, 17. VIII, 33. etc. - לְנֶגֶד. 2 Sam. XXII, 25. Neh. XI, 22. Ps. XXXV, 1. - מִנֶּגֶד. Gen. XXI, 16. Deut. XXVIII, 66. Ies. I, 16. - נָגִיד, *dux, praesul.* Neh. XI, 11. ubi ante ἀπέναντι omissum est ὁ. Ὁ ἀπέναντι est i. q. ἡγούμενος, quod legitur in *Compl.* - נֹכַח. Ex. XXVI, 35. Ios. XV, 7. XVIII, 17. - אֶל נֹכַח פְּנֵי. Num. XIX, 4. - אֶל פְּנֵי. Lev. VI, 14. IX, 5. Num. XX, 10. - לִפְנֵי, *coram.* Exod. XIV, 2. XXX, 6. 36. Ios. XXII, 29. ubi cum ἀπεναντίον et ἐναντίον in codd. permutatur. - מִלִּפְנֵי. Lev. XVI, 12. Num. XX, 9. - מִפְּנֵי. Num. XXXIII, 8. - עַל פְּנֵי. Gen. XXIII, 19. Ex. XIV, 9. Num. XXXIII, 7. - קֳבֵל, *adversum.* Ez. XXVI, 9. - קָדְמָה, *ad orientem.* Ez. VIII, 16. - מִקֶּדֶם, *ab oriente.* Gen. III, 24. Ez. XI, 23. IV, 6. - קַדְמֹנִי, *orientalis.* Ez. X, 19. - לִקְרַאת, *in occursum.* 2 Sam. X, 17. Sir. XXXVII, 4. ἔσται ἀπέναντι. *Vulg. adversarius erit.*

ἈΠΕΝΑΝΤΊΟΝ, *ex adverso.* *לִפְנֵי, *coram, in conspectu,* etiam *contra.* Ios. XXII, 29. sec. cod. *Alex.* - מִנֶּגֶד, *e regione, ex opposito.* Cant. VI, 4.

ἈΠΕΝΕΌΟΜΑΙ, *obstupesco*, ab ἐνεός. אֶשְׁתּוֹמַם, Chald. Ithp. a שְׁמַם. Dan. IV, 16. ἀπηνεώθη ὡσεὶ ὥραν μίαν, obstupescebat unam circiter horam: ubi *Polychronius:* τουτέστιν, ἐξεπλάγη ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῶν δειχθέντων, καὶ σύννους ἐγένετο. Conf. ad h. l. *Drusium* in *fragm.* p. 1228. ac *Scharfenb.* pag. 72. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀπηνεώθη, σύννους ἐγένετο. Glossa *Suidae*, apud quem legitur: ἀπηνεώθη, ὠμὸς γέγονε, pertinet ad ἀπηνεοῦσθαι, *immitem et crudelem esse*, ab ἀπηνής, unde ἀπήνεια, nisi cum *Ruhnkenio* ad *Timaei Lex. Plat.* s. v. ἐνεός pag. 102. νωδός legere malis. *Phav.* Ἀπηνεώθη, ἐξεπλάγη, ἄφωνος ἐγένετο.

ἈΠΈΝΘΗΤΟΣ, *carens luctu*, h. e. *quem nemo luget*, vel *luctu persequitur.* 2 Macc. V, 10. ἀπένθητος ἐγενήθη. *Aeschyl. Agamemn.* v. 904. et *Eumen.* v. 914.

'ΑΠΕ'ΝΝΟΙΑ, *insania.* מְזִמָּה, *nefas. Aqu.* Psalm. CXXXVIII, 20. ἀντιλέξουσί σοι εἰς ἀπέννοιαν: ubi tamen fortasse loco ἀπέννοιαν, quo carent Lexica graeca, reponendum erit ἀπόνοιαν.

'ΑΠΕ'ΙΠΩ, *interdico*, et in med. 'Απέπομαι, *recuso, respuo, repudio, aversor.* אָמַר, sequ. לֹא, *interdico.* 1 Reg. XI, 2. ἐκ τῶν ἐθνῶν, ὧν ἀπεῖπε, e gentibus, de quibus *interdixerat.* – חָדַל, *desisto.* Zach. XI, 12. δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε, date mercedem meam, vel *recusate.* – מָאַס, *respuo.* Iob. X, 3. ἀπείπω ἔργα χειρῶν σου, *repudias* opera manuum tuarum. Eodem sensu 2 Cor. IV, 2. ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης. – מָס, *dissolutus.* Iob. VI, 14. ἀπείπατό με (sic enim rectius legitur in *Rom.* pro ἀπειπάτω, quod est in *Francof.*) ἔλεος, repudiavit me misericordia: ubi loco מָס sine dubio legerunt מָאַס. Sap. XI, 15. ὃν γὰρ ἐν ἐκθέσει πάλαι ῥιφέντα ἀπεῖπον χλευάζοντες, quem quondam expositum *deploratum iam habebant* subsannantes. Ita olim interpretatus sum h. l., ut ἀπειπεῖν τινα sit *deploratum desperatumque aliquem habere. Bretschneiderus* autem reddere mavult: quem quondam, cum exponeretur, deridentes *respuebant*, h. e. nihili faciebant, contemtui habebant. *Dio Cass.* p. 605. ed. *Reim.* τὴν τῆς 'Οκταουΐας συνουσίαν ἀπεῖπε. *Hesychius:* 'Απείπαντο, παρῃτήσαντο, ἀπετάξαντο. Idem: 'Απειπάμεθα, ἀπεῤῥίψαμεθα.

'ΑΠΕ'ΡΑΝΤΟΣ, *infinitus.* אֵין חֵקֶר, *sine pervestigatione. Theo.* et *LXX* Iob. XXXVI, 26. ἀριθμὸς ἐτῶν αὐτοῦ ἀπέραντος, numerus annorum eius infinitus. – *יָוֵן, *coenum, limus. Symm.* Ps. LXVIII, 3. Sensum expressit, nam *coenum profundum* et *infinitae voraginis* quoad sensum parum differunt. – *סוּף, *carectum, alga. Symm.* Ion. II, 6. sec. *Coislin. Fischerus in Proluss. de vers. GG.* V. T. p. 22. iudicavit, falso ibi editum esse ἀπέραντος, quod potius a *Montf.* referri debuisset ad vocabulum תְּהוֹם. Sed mihi ἀπέραντος (quod h. l. *mare* notat, certe *Vulgatus* habet h. l. *pelagus*) commode ad סוּף referri posse videtur, ita ut *Symm.* respexerit formulam יַם סוּף *mare algosum*, seu: *sinus arabicus*, quem Graeci *mare erythraeum* dixerunt. Cf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1101. – עַד, *aevum, aeternitas. Symm.* Psalm. XX, 5. LXVIII, 3. Adde 3 Macc. II, 9. κτίσας τὴν ἀπέραντον καὶ ἀμέτρητον γῆν. *Hesych.* 'Απεράντοις, ἀπείροις. Idem: 'Απέραντον, μέγαν, ἀτελείωτον, ἐκ τοῦ πέρας μὴ ἔχειν.

*'ΑΠΕ'ΡΑΤΟΣ, *infinitus.* 3 Macc. II, 9. sec. cod. *Alex. Hesych.* ἀπέρατοι, ἀόριστοι, τέλος μὴ ἔχοντες.

'ΑΠΕΡΕΙ'ΔΩ, *superimpono, firmiter infigo*, et 'ΑΠΕΡΕΙ'ΔΟΜΑΙ, *incumbo, inclino me, innitor, suspendo, repono, proficiscor.* – *הֵבִיא, *adduco.* Dan. I, 2. sec. *Chis.* ἀπηρείσατο αὐτὰ ἐν τῷ εἰδωλείῳ αὐτοῦ, *deposuit* in templo Dei

sui: ubi videndi sunt *Segaar.* et *Scharfenbergius.* – הִצִּיג, Hiph. a יָצַג, *constituo.* Iud. VI, 37. *ἰδοὺ ἐγὼ ἀπερείδω τὸν πόκον τῶν ἐρίων ἐν ἅλωνι,* ecce ego *suspendo* in area vellus lanae. – סָמַךְ, *innitor, incumbo.* Ez. XXIV, 2. *ἀπηρείσατο βασιλεὺς ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, profectus est* rex Babylonis adversus Hierosolymam. Am. V, 19. *ἀπερείσῃ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τοῖχον, superimponeret* manus suas parieti, vel: *innitatur* manu sua in parietem. – הֵשִׁיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio. Inc.* 1 Reg. XIV, 28. *ἀπηρείδοντο αὐτὰ, suspendebant* seu *reponebant* illa, sc. in armamentario, coll. *Ioseph. A. I.* X, 11, 2. 3 Esdr. I, 41. II, 10. respondet hebr. נָתַן sequ. בְּ. 2 Chron. XXXVI, 7. et Esdr. I, 7. *seposuit. Bielius* vertit *suspendit.* 3 Esdr. VI, 18. vero est chald. הֵיבֵל seq. לְ, quod legitur Esdr. V, 14. *abduxit ad. Hesych.* ἀπηρείσατο, ἔπηξεν (h. e. ἔστησεν, ut ipse alibi explicat) ἀπῇρε, μετέστησεν. *Suidas:* ἀπηρείσατο, ἠκούμβισεν, ἀπετινάξατο, ἔπηξεν, ἀπέθετο.

*'ΑΠΕΡΙ'ΔΟΜΑΙ. *Inc.* Iud. VI, 37. pro hebr. הִצִּיג Hiph. a יָצַג, *constituo.* Lectio haec *Montfauconio* videtur mendosa, eiusque loco reponendum esse *ἀπερείδομαι*, quod, ut *Suidas* s. v. *ἐρείδω* docuit, interdum est i. q. *ἀποτίθημι.* Sed *Codex Alex.* quoque l. c. habet *ἀπερίδομαι.* Cf. *Maittaire* de *dialectis l. Gr* p. 227. ed. *Sturzii.*

'ΑΠΕΡΙΚΆΘΑΡΤΟΣ, *non circummundatus*, i. e. *immundus.* עָרֵל, *praeputiatus.* Lev. XIX, 23. *καρπὸς αὐτοῦ ἔσται ὑμῖν ἀπερικάθαρτος,* fructus earum, tanquam praeputium, impuri vobis videantur.

'ΑΠΕΡΙ'ΣΠΑΣΤΟΣ, *non distractus, qui est sine ulla distractione, sine ulla cura et sollicitudine, quietus.* Sap. XVI, 11. *ἀπερίσπαστοι γένωνται τῆς σῆς εὐεργεσίας,* ne immobiles, vel irretractibiles, aut potius irretrahibiles fierent tuo beneficio, qui scilicet eo retrahi non possent. *Vulg. non possent uti adiutorio tuo;* qui ex sententia *Iansenii* legit *ἀνυπερίσπαστοι.* Sir. XLI, 2. *ἀνδρὶ ἀπερισπάστῳ,* viro non *distracto,* sc. curis, h. e. *quieto. Polyb.* II, 67, 7.

'ΑΠΕΡΙ'ΤΜΗΤΟΣ, *incircumcisus.* עָרֵל, *praeputiatus.* Gen. XVII, 14. Ex. XII, 48. Lev. XXVI, 44. *καρδία ἀπερίτμητος,* animus *impius,* qui se legibus divinis non emendari patitur. Ier. VI, 10. *ἀπερίτμητα ὦτα.* Ez. XLIV, 7. 9. *ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ.* עָרֵל idem. Ier. IX, 25. Adde 2 Macc. I, 51. II, 46.

'ΑΠΕΡΙ'ΤΜΗΤΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *incircumcisus sum.* לֹא מוּל, *non circumcido.* Ios. V, 7.

'ΑΠΕΡΙ'ΤΜΗΤΟΣ ΤΟΙ͂Σ ΧΕΙ'ΛΕΣΙ, *incircumcisus labiis,* h. e. *qui est lingua impedita.* עֲרַל שְׂפָתַיִם, *praeputiatus labiis. Symm.* Exod. VI, 12.

'ΑΠΕΡΙ'ΤΡΕΠΤΟΣ, *qui circumverti vel converti vel everti non potest, qui non vacillat, immutabilis.* לֹא מוֹט, *non commoveo, non concutio. Symm.* Ps. CXXIV, 1. et XCV, 10.

'ΑΠΕ'ΡΧΟΜΑΙ, *abeo, discedo, eo, venio, revertor.* אזל: אֲזַל, hebr. et chald. idem. Prov. XX, 17. Dan. VI, 18. Huc etiam pertinet locus Lev. XVI, 8. ubi עֲזָאזֵל *Azazel* a *Symm.* redditur τράγος ἀπερχόμενος, quasi עז אזל, nam אָזַל est *abire.* — בּוֹא, *venio.* Gen. XV, 15. σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, tu vero abibis ad patres tuos, h. e. *morieris,* in pace. Graeci etiam alias absolute ἀπέρχεσθαι pro *mori* usurpant. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Gen. XLII, 21. ἀπῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς θλίψις, *venit* super nos afflictio. Ios. VI, 11. ἀπῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολὴν, *veniebat* in castra. Sic Matth. VIII, 33. et XIV, 25. — 2 Sam. XVII, 2. ἀπελεύσομαι ἐπ' αὐτὸν, *irruam* in illum: ubi cum ἐπέρχομαι et εἰσέρχομαι in Codd. permutatur. Etiam בּוֹא quandoque *adoriri, invadere* notat. — גָּלָה, נִגְלָה, *Kal.* et *Niph. migro, deportor.* Ies. XXIV, 11. ἀπῆλθε πᾶσα εὐφροσύνη τῆς γῆς, *fugit* seu *exulat* omnis laetitia terrae. Ibid. XXXVIII, 12. ἀπῆλθεν, *transfertur.* — הוּךְ Chald. *eo.* Esdr. VI, 5. — הָלַךְ, *eo, ambulo. Theodot.* Iob. XXVII, 21. ubi ἀπέρχεσθαι *auferri, abripi* notat. *Vulg. auferet.* — LXX Gen. XXXII, 1. ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὁδὸν, *ibat* in via sua. Ex. V, 18. ubi cum πορεύομαι in codd. permutatur. Iud. VI, 21. ἀπῆλθεν ἀπ' ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, *evanescebat* coram illo: ubi cum πορεύεσθαι et ἐξέρχεσθαι permutatur. — חָלַף, *praetereo, transeo.* 1 Sam. X, 5. Cant. II, 11. ὁ ὑετὸς ἀπῆλθε, pluvia *praeteriit.* — יָלַךְ, *eo, ambulo.* Gen. XIV, 11. 1 Sam. XXII, 1. ubi cum ἀπαλλάσσομαι in Codd. permutatur. Neh. V, 9. — יָצָא, *exeo.* Exod. XXI, 2. 7. Deut. XXIV, 2. — *מִלֵּט Pih. *eripio, libero.* 1 Sam. XX, 29. sec. *Compl.* — מָשַׁךְ, *extraho, protraho.* Exod. XII, 21. XIX, 13. *Theod.* et LXX Iob. XXI, 33. ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται, *funus eius quam plurimi sequuntur.* — נֶאֱסַף Niph. *congrego me.* Num. XI, 30. — *נִבְדַּל Niph. a בָּדַל *separo me.* Num. XVI, 26. ἀπέλθατε s. ἀπέλθετε sec. codd. *Holm.* e glossemate, seu ex alio interprete. — נָסַע, *proficiscor.* Ies. XXXVII, 37. — סוּר, *recedo.* Ex. VIII, 29. — עָבַר, *transeo.* Num. XXII, 26. 1 Reg. XIX, 19. ἀπῆλθεν ἡλιοὺ ἐπ' αὐτὸν, Elias *incidit* in eum. — *עֶבְרָה, *furor penetrans. Inc.* Prov. XI, 23. Legit עָבְרָה, *transit, evanescit,* quem vocis efferendae modum optavit *I. D. Michaelis.* — עָלָה, *ascendo.* Ios. X, 36. 1 Sam. XIII, 15. Ier. XXI, 2. — שׁוּב, *revertor.* Gen. III, 19. XXXI, 13. Lev. XXV, 27. et 28. ubi cum ἐπανέρχεσθαι in codd. permutatur, ac notat *recuperare possessionem.* Iob. I, 21. — שָׁכַב, *decumbo.* Iob. VII, 20. εἰς γῆν ἀπελεύσομαι, h. e. *moriendum mihi erit,* quod a formula hebr. *in pulvere recumbam* minime differt. Sir. XIV, 20. ὁ ἐργαζόμενος αὐτὸ, μετ'

αὐτοῦ ἀπελεύσεται, homo, qui illud (nempe *impie factum*) patravit, per illud *peribit*. Ibid. XLI, 31. Tob. V, 16. *ἐξῆλθον ἀπελθεῖν*, exierunt *peregre profecturi*.

ΠΆΛΙΝ 'ΑΠΕ'ΡΧΟΜΑΙ, rursus abeo. שׁוּב, *revertor.* Ios. VI, 14. *ἀπῆλθον πάλιν εἰς τὴν παρεμβολὴν, revertebantur* in castra. Sic Ioh. IV, 3. *ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, revertebatur* in Galilaeam. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΠΕΥΘΑΝΑΤΙ'ΖΩ, bene, honeste morior. 2 Macc. VI, 28. sec. *Vat. ὑπὲρ τῶν σεμνῶν καὶ ἁγίων νόμων ἀπευθανατίζειν*, pro praeclaris et sanctis legibus bene mori. Apud *Hesychium ἀπευθανατίζειν* simpliciter exponitur *ἀποθνήσκειν, mori.*

'ΑΠΕ'ΧΘΕΙΑ, inimicitià, odium. 3 Macc. IV, 1. *Hesych. 'Απέχθεια, ἔχθρα, μῖσος.*

'ΑΠΕΧΘΗ'Σ, odiosus, etiam *infensus, inimicus.* 2 Macc. V, 24. *ἀπεχθῆ ἔχων διάθεσιν, inimice affectus.* 3 Macc. III, 4. *ἀπεχθεῖς ἐφαίνοντο, odiosi videbantur.* Conf. *Callimachum hymn. in Cerer.* v. 117. *Theocrit.* I, 104. 141. ubi conf. Intt., et *Coray* ad *Plutarch.* T. IV. p. 345. *Hesych. ἀπεχθὴς, ἐχθρός.*

'ΑΠΕ'ΧΘΟΜΑΙ, odio sum, invisus sum. 3 Macc. II, 30. *πᾶσιν ἀπεχθόμενος*, omnibus *invisus. Hesych. 'Απέχθομαι, μισοῦμαι.*

'ΑΠΕΧΘΩ͂Σ, infense, inimice. Sap. XIX, 14. *ἀπεχθῶς προσεδέχοντο τοὺς ἀλλοτρίους, inimice,* h. e. *inviti*, recipiebant alienos. – *'Απεχθῶς ἔχειν πρός τινα, infenso erga aliquem animo esse.* 3 Macc. V, 3. *Dionys. Hal. Antt.* l. XI. c. 59. pag. 2299. ed. *Reisk. ἀπεχθῶς ἔχειν πρὸς τὸ δημοτικὸν, plebi infensum esse.*

'ΑΠΕ'ΧΩ, recipio, aufero, cohibeo, prohibeo, reporto, habeo, it. *absum, disto, desisto, cesso.* – אָצַל, *sepono, subtraho.* Coh. II, 10. *ὃ ᾔτησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐκ ἀπεῖχον ἀπ' αὐτῶν*, quod petiverunt oculi mei, non *cohibui* ab illis. – – בּוֹא, *venio.* Gen. XLIII, 23. *τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀπέχω, accepi* pecuniam vestram. In textu hebraico legitur: *pecunia vestra venit ad me:* sensu eodem. *Suidas: ἀπέχω, αἰτιατικῇ, ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον.* Idem loca veterum subiungit, quibus verbum ita usurpatur. Num. XXXII, 19. *ὅτι ἀπέχομεν τοὺς κλήρους ἡμῶν ἐν τῷ πέραν τοῦ 'Ιορδάνου*, quia sortem nostram trans Iordanem *habemus.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – גָּבַהּ, *exalto, effero.* Ies. LV, 9. *ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν*, quantum *distat* coelum a terra, tantum *distat* via mea a via vestra. Eo sensu etiam occurrit 2 Macc. XII, 29. *Σκυθῶν πόλιν, ἀπέχουσαν ἀπὸ 'Ιεροσολύμων σταδίους ἑξακοσίους.* Vide quoque 2 Macc. XI, 5. *Aelian. V. H.* III, 23. ac *Lex. N. T.* s. h. v. – מָנַע, *cohibeo.* Prov. III, 27. *μὴ ἀπόσχῃς* (sc. *ἑαυτὸν* vel *χεῖρα.* Conf. Iob. XIII, 21.) *εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ*, ne *cohibeas* te, vel ne *cesses* bene facere egeno. Prov. XXIII, 13. *μὴ ἀπόσχῃ* (sc.

τις) νήπιον παιδεύειν, ne cesset aliquis puerum castigare. Inde *Hesychius: ἀπόσχῃ, παύσῃ.* Conf. 2 Macc. XV, 5. Ioel. I, 13. *ἀπέσχηκεν ἐξ οἴκου θεοῦ ὑμῶν θυσία, ablatum est* ex domo Dei vestri sacrificium. – מְשֻׁלָּם part. Pyh. *perfectus*, etiam, ut arab. مُسْلِم, *qui veram religionem profitetur.* Ies. XLII, 19. *τίς τυφλὸς, ὡς ὁ ἀπεσχηκὼς* sec. *Compl.* Sed verba illa non legerunt *Cyrillus* et *Procopius*, et in quibusdam libris extat *ἀφεστηκὼς*, quod mihi praeferendum esse videtur. Sc. auctor huius versionis, (quae an sit ad מְשֻׁלָּם aut ad עֶבֶד יְהוָה referenda, dubium est,) putavit, non commode dici posse, cultorem Dei aut veram religionem profitentem coecum esse, ideoque posuit *ἀφεστηκὼς, qui defecit a vera religione.* Quod si autem lectio recepta *ἀπεσχηκὼς* retineatur, post eam supplendum erit *νόμον θεοῦ*, aut simile quid. – *רָחַק, הִרְחִיק Kal, Hiph. *procul absum, abigo.* Ps. CII, 12. *καθόσον ἀπέχουσι ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν.* Ies. LIV, 14. – Vide alibi *Μακρὰν*, *Μακρότερον* et *Πόῤῥω.*

ἈΠΕ'ΧΟΜΑΙ med., *abstineo, recedo, separo me, cesso, desisto.* גּוּר, *metuo.* Deut. XVIII, 22. *οὐκ ἀφέξεσθε ἀπ' αὐτοῦ*, non *recedetis* ab illo, nempe prae metu, vel non *fugite* ab illo. Ita *Bielius.* Sed mihi LXX hebr. גּוּר in notione *recipiendi* accepisse videntur, ut sit i. q. *ἀκούειν*, quam vocem libri nonnulli h. l. habent. Mallem tamen cum Cod. *Oxon.* legere *ἀνέξεσθε. Hesych. ἀπέχεσθαι, φεύγειν.* – דָּחַק, *premo.* Ioel. II, 8. *ἕκαστος ἀπὸ τοῦ πλησίου αὐτοῦ οὐκ ἀφέξεται.* unusquisque a proximo suo non *recedet*, vel: *alter ab altero se non separabit.* Legerunt sine dubio cum *Resch* רָחַק, *absum*, reciproce, *me amoveo, fugio.* Ita certe iudicavit *Cappellus Crit. S.* p. 591. Sed *Pocockius* in *Comment.* ad h. l. forsitan non opus esse scribit, ut statuatur, LXX olim aliter legisse, si דָּחַק latiore sensu accipiatur *premendi, trudendi*, quo usus est *Chald.* et *Syrus*, *repellendi, expellendi.* – חָדַל, *desisto. Symm.* Ps. XXXV, 4. LXX Prov. XXIII, 4. *τῇ δὲ σῇ ἐννοίᾳ ἀπόσχου*, pro tua sapientia, vel: si sapis, *fuge* istam vanitatem. Male *Bielius* transtulit: *cogitatione tua abstine.* – הִשְׁעָה Hiph. a שָׁעָה, *averto me, desisto. Symm.* Ps. XXXVIII, 14. *ἀπόσχου μου, ἵνα μειδιάσω, abstine* seu *desiste* a me, ut me recreem. – כָּלָה, *deficio, consumor.* Mal. III, 6. *οὐκ ἀπέχεσθε ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν*, non *desistitis* ab iniquitatibus: ubi pro כְּלִיתֶם, *consumti estis*, legerunt כְּלָאתֶם, a כָּלָא, *prohibere, abstinere*, aut permutarunt כָּלָה et כָּלָא. *Lex. Cyrilli MS. Brem. Ἀφέξομαι, παύσομαι, ἀποστήσομαι.* – נִצַּל Niph. *evado.* Ier. VII, 10. *ἀπεσχήμεθα τοῦ ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα, cessavimus* facere res illas omnes exsecrandas: ubi pro נִצַּלְנוּ, *servati sumus*, legerunt נֶאֱצַלְנוּ ab אָצַל. – נוֹאָשׁ, Niph. a יָאַשׁ,

despero. *Symm.* 1 Sam. XXVII, 1. ἀπόσχηται, *abstineat.* Effectum posuerunt pro causa. - סוּר, *recedo.* Iob. I, 1. ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ ἔργου, *abstinens* ab omni opere malo. Ib. v. 8. II, 3. XXVIII, 28. - עָצַר, *occludo, cohibeo.* 1 Sam. XXI, 5. ἀπὸ γυναικὸς ἀπεσχήμεθα, a muliere *abstinuimus.* - רָחַק, הִרְחִיק, Kal et Hiph. *procul absum, abigo.* Iob. XIII, 21. τὴν χεῖρα ἀπ' ἐμοῦ ἀπέχου, manum tuam a me *remove.* Prov. XXII, 5. Ez. VIII, 6.

'ΑΠΕΨΙ'Α, *difficultas concoquendi, morbus, quo qui laborat, concoquere non potest,* a πέψις, *concoctio.* זָרָא, *fastidium.* *Symm.* Num. XI, 20. ubi videndus *Theodoretus.* Sec. *Grotium* deduxit a זָרָה, quod est *dispergere.*

'ΑΠΗΛΙΩ'ΤΗΣ, *subsolanus ventus, qui ab oriente verno,* i. e. *aequinoctiali, venit.* נֶגֶב, *auster, meridies.* Ez. XX, 47. XXI, 4. - צָפוֹן, *aquilo.* Ex. XXVII, 11. *Aqu.* et LXX Ier. XXV, 26.

'ΑΠΗ'ΜΑΝΤΟΣ, *neminem laedens,* it. *illaesus.* Sap. VII, 22. in sapientia habitare dicitur πνεῦμα ἀπήμαντον, spiritus *neminem laedens.* Inde *Gloss. MS* τῆς Παναρέτου· 'Απήμαντον, μηδένα βλάπτον. De *illaesis* autem vox usurpatur 2 Macc. XII, 25. ἀποκαταστῆσαί τε αὐτοὺς ἀπημάντους. 3 Macc. VI, 5. *Hesych.* 'Απήμαντος, ἀβλαβὴς, πῆμα γὰρ ἡ βλάβη.

'ΑΠΗΝΗ'Σ, *immanis, saevus, horrendus, crudelis.* Sap. XVII, 19. κτύπος ἀπηνὴς καταῤῥιπτομένων πετρῶν, sonitus *horrendus* lapidum deiectorum. Inde *Gloss. MS.* τῆς Παναρέτου et *Hesych.* 'Απηνὴς, σκληρὸς, ὠμὸς, χαλεπὸς, κακός.

"ΑΠΙΟΝ, *pirum* sive *fructus,* "Απιος, *pirus, arbor.* בָּכָא, *frutex* seu *arbor Baca.* (Vide *Simonis Lex. Hebr.* s. h. v.) 1 Par. XIV, 14. 15. *Aqu.* 2 Sam. V, 23. Vide *Salmasii Homon. hyl. iatr.* p. 1.

"ΑΠΙΣ, *Apis, nomen regis apud Aegyptios, etiam bovis, quem pro Deo colebant, alias Serapis dictus.* אַבִּיר, *fortis, potens.* Ierem. XLVI, 15. ubi verba LXX διατί ἔφυγεν "Απις ὁ μόσχος σου ὁ ἐκλεκτὸς respondent hebraicis: נִסְחַף אַבִּירֶיךָ מַדּוּעַ, *quare prostratus est fortis tuus?* Scilicet אַבִּיר et *fortem,* et *bovem* seu *taurum* notat. *Bochartus* in *Hieroz.* L. II. c. 28. §. 6. existimat, lectionem ed. *Compl.* ὀπίσω veram scripturam esse, e qua facile deflecti potuerit ὁ "Απις, quod electus ille vitulus non videbatur alius esse, quam *Apis.* Alii statuunt, LXX נִסְחַף duabus distinctis vocibus legisse נָס חַף, quarum posteriorem arbitrantur esse nomen idoli illius Aegyptiaci nomine *Apis,* qui sub bovis specie ab iis adorabatur. Sed ut hoc credam, nullo modo a me impetrare possum. An enim *Apis* in lingua hebraica aut aegyptiaca חַף dictus fuerit, a nemine hucusque comprobatum vidi, nec ulla causa apparet, cur ἔφυγεν in versione *Alexan-*

drina hebr. נִסְחַף, (quod de *hostibus profligatis et in fugam versis* adhiberi satis constat,) respondere negari possit. Accedit, quod "Ἄπις nec in *Codice Syriaco Hexaplari* et *versione arabica*, nec in omnibus Codd. *Theodoreti* reperiatur. His causis commotus arbitror, LXX potius scripsisse διατί ἔφυγεν ὁ μόσχος σου, et non solum vocabulum "Ἄπις notam marginalem librarii cuiusdam (qui scil. videbat, μόσχον de *Apide*, Aegyptiorum idolo, hoc in loco, qui oraculum contra Aegyptios continet, necessario explicandum esse), in textum illam receptam, esse, sed etiam ὁ ἐκλεκτὸς esse merum additamentum, vel ex alia lectione (בְּחִירֶךָ), vel ex alio interprete. Confer ad h. l. *Ghislerii Caten.* p. 115. *Fesselii Adversaria Sacra* lib. VIII. c. 4. p. 261. et *Steph. le Moyne Obss.* ad *Varia Sacra* p. 314. *Hesych.* "Ἄπις, ὁ βασιλεὺς, ὡς Αἰγύπτιοι, καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς "Ἄπις.

'ΑΠΙΣΤΕ'Ω, *non credo*, *diffido*, etiam *fidem datam non servo*, *deficio ab aliquo*. בָּגַד, *perfide ago*. *Aqu. Symm. Theod. Ed. VIta* Ps. XXIV, 3. ἀπιστοῦντες. Certe ita legit *Corderius* pro eo, quod reliqui habent, ἀποστατοῦντες, quam lectionem *Starckius* in *Carm. Davidis* p. 189. defendit, statuens, ἀπιστοῦντες, quod propius abest ab Alexandrinorum ἀνομοῦντες, vel negligentia librariorum corruptum esse, vel ex glossa in ipsum textum transiisse. Sap. I, 2. τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ, illis, qui fidem habent illi. Ib. X, 7. XII, 17. ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι, qui *non crederis in virtute esse consummatus*, ut bene transtulit *Vulgatus*. Rectius tamen fortasse ibi legitur ἀπιστουμένοις, h. e. *in eos, qui non credunt* etc. 2 Macc. VIII, 13. ἀπιστοῦντες τὴν τοῦ θεοῦ δίκην, qui *diffidebant* iustitiae Dei. *Hesych.* 'Απιστεῖ, ἀπειθεῖ. Σοφοκλῆς Αἰθίοψιν.

'ΑΠΙΣΤΙ'Α, *diffidentia*, *perfidia*. Sap. XIV, 25. ubi aperte *perfidiam* notat.

"ΑΠΙΣΤΟΣ, *infidus*, *perfidus*. זָר, *extraneus*. Ies. XVII, 10. σπέρμα ἄπιστον. Ita nempe h. l. interpretati sunt, nec male quoad sensum. Syri enim, de quibus hic sermo est, commode σπέρμα ἄπιστον dici poterant. – נַעֲמָנִים plur. *amoena*. Ies. XVII, 10. φύτευμα ἄπιστον. De hoc quoque loco valet observatio ad antecedens זָר a me proposita. Nonnullis legisse videntur לֹא נֶאֱמָנִים, ut *Hieronymo*, qui habet: *infidelem*. Alii contra (auctoritate *Vulgati* interpretis, qui *fidelem* posuit) statuunt, pro ἄπιστον rescribendum esse πιστὸν, deleta litera α, quae e fine vocis praecedentis huc migrarit, adeoque נֶאֱמָנִים legisse. Conf. *Pauli Obss. Philol. Crit. ad Vaticinia Iesaiae* p. 8. et *Cappelli Crit. S.* T. II. p. 877. ed. *Hal.* – רְחַב נֶפֶשׁ, *latus animo*, (h. e. *insatiabilis*, sec. *Schultens.* ad Prov. XXVIII, 25.) ἄπιστος ἀνὴρ sec. *Vat.* Sed sine

dubio ibi legendum est ἄπληστος, ut habent *Alex. Ald.* et *Compl.*, aut ἄπλετος.

'ΑΠΛΑΝΗΤΟΣ, *non erroneus, non vagabundus.* נֶאֱמָן, part. Niph. *fidelis, fidus. Symm.* Iob. XII, 20. ἀπλανήτων, h. e. *disertorum, eloquentium*, qui in dicendo nullum errorem committunt. *Schol. Soph. Oedip. Tyr.* v. 480.

"ΑΠΛΑΣΤΟΣ, *non fictus, simplex, verus, infucatus, sincerus.* תָּם, *integer, perfectus.* Gen. XXV, 27. ἄνθρωπος ἄπλαστος, homo sincerus. *Augustinus Quaest.* 74. in *Genesin*: „Quod graece dicitur ἄπλαστος, hoc Latini *simplicem* inter„pretati sunt: unde aliqui latini interpretes *sine dolo* inter„pretati sunt, dicentes, erat Iacob sine dolo habitans in „domo." Conf. *Drusium* in *fragmenta* p. 106. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* "Απλαστος, ἀληθινὸς, ἁπλοῦς, ἄμωμος.

"ΑΠΛΕΤΟΣ, *magnus, immensus.* 3 Macc. IV, 11. ἱπποδρόμῳ, ἀπλέτῳ καθεστῶτι περιμέτρῳ, hippodromo, magnum ambitum habente. *Polyb.* I, 50, 3. III, 100, 8. *Hesych.* ἄπλετον, πολὺ, μέγα, ἀμέτρητον· οἷον ἄπλευρον, ἢ τὸ μὴ πλεόμενον.

'ΑΠΛΗΣΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *insatiabilis sum, avidus sum.* Sir. XXXI, 19. μὴ ἀπληστεύου, ne sis insatiabilis, sc. in comedendo. Ibid. XXXVII, 32. μὴ ἀπληστεύου ἐν πάσῃ τρυφῇ, *ne te ingurgites quibusvis deliciis.* Vide *Eustath.* ad Od. ά, p. 8, 49.

'ΑΠΛΗΣΤΙ'Α, *insatiabilitas, inexplebilis cupiditas, aviditas.* Sir. XXXVII, 33. 34.

"ΑΠΛΗΣΤΟΣ, *insatiabilis, inexplebilis.* לֹא שָׂבֵעַ, *non satior.* Prov. XXVII, 20. οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρώπων ἄπληστοι. — רְחַב, *latus, tumens*, etiam *insatiabilis*, si de ventre aut cupiditate sermo est. (Vide *Schultens.* ad *Prov.* XXVIII, 25.) Ps. C, 7. ἀπλήστῳ καρδίᾳ. — רְחַב נֶפֶשׁ, *tumens anima.* Prov. XXVIII, 25. Vide supra s. v. ἄπιστος. Sir. XXXI, 23. μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου. Vox καὶ ἀπλήστῳ videtur etiam excidisse post ἀναιδεῖ Sir. XXIII, 6. *Vulgatus* enim habet: animae irreverenti *et infrunitae* ne tradas te. *Hesych.* ἄπληστος, ἀχόρταστος.

'ΑΠΛΗΣΤΟ'ΤΕΡΟΣ, *insatiabilior, avidior.* בַּעַל נֶפֶשׁ, *dominus animae*, h. e. non *compos animae*, sed *praeditus cupiditate.* Prov. XXIII, 2. εἰ δὲ ἀπληστότερος εἶ, si *appetentior* fueris.

'ΑΠΛΟ'ΟΣ, usitate 'ΑΠΛΟΥ͂Σ, Η͂, ΟΥ͂Ν, *simplex, sincerus.* דֻּשַּׁן Pyh. *pinguefio.* Prov. XI, 25. ψυχὴ εὐλογουμένη πᾶσα ἁπλῆ, quam versionem nec explicationem nec emendationem ullam admittere contendit *Arnoldi* in *Symbolis ad rem critic. et exeg. V. T.* P. I. p. 79. *Semlerus* contra in *Epist.* ad *Griesbachium* p. 25. coniecit, vocem ἁπλῆ, nisi ea indicetur vetus quaedam editio, in πιμελὴς mutandam esse.

Iaegerus loco ἁπλῆ legere mavult ἁπαλή, quod idem sit ac λιπαρά, εὐτραφής, εὔσαρκος, et *bene nutritum*, etiam *opulentum* significet, provocans ad Iob. XXXIII, 25. (ἁπαλυνεῖ τὰς σάρκας αὐτοῦ), et *Xenoph. Mem.* II, 1, 22. ubi ἁπαλότης et εὐσαρκία tanquam synonyma coniunguntur. Nulli autem horum interpretum in mentem venisse videtur, in libris N. T. ἁπλότης haud raro de *liberalitate erga egenos* adhiberi, nec adeo improbabile esse, LXX loco חָרָשׁוֹן legentes יְדַשֵּׁן, *pinguefacit*, eandem notionem voci ἁπλῆ subiecisse, adeoque eam de *eleemosynis larga manu datis* explicandam esse. Arab. دشن quoque *donare, liberalem esse* notat. - יֹשֶׁר, *rectitudo.* *Symm.* Iob. XXXIII, 3. ubi tamen pro ἁπλῆ, *simplex*, reponendum esse videtur ἁπλῆ, sc. καρδίᾳ, quod apparet e *Vulgato*, qui *Symm.* secutus habet: *simplici corde.* Idem Ps. XXX, 11. - כֵּנִים plur. a כֵּן, *recti, probi. Symm.* Gen. XLII, 11. - *רְחַב נֶפֶשׁ, *latus anima*, h. e. *insatiabilis. Inc.* Prov. XXVIII, 25. ἁπλὸς, quod sine dubio ab ἁπλόω, *expando*, derivandum est. - *רַכָּה, *mollis. Aqu.* Prov. XXV, 15. ἁπλῆ. Sed vera lectio ibi esse videtur ἁπαλή, ut iam iudicavit *Montfauconius.* - תָּם, *integer, perfectus. Aqu.* Gen. XXV, 27. Ps. XV, 1. *Aqu. Theod.* Iob. I, 1. *Inc.* ib. IX, 20. - תֹּם, *integritas. Aqu.* Prov. X, 29. *Hesych.* ἁπλοῦν, ἀσύνθετον, ἢ τὸ μὴ πλάγιον. Idem: ἁπλῆν, ἀκακούργητον.

ἉΠΛΟΣΥ'ΝΗ, *simplicitas, integritas.* תֹּם, *perfectio. Theod.* et LXX sec. *Hex.* Iob. XXI, 23.

ἉΠΛΟ'ΤΗΣ, *simplicitas, candor, sinceritas, integritas.* יֹשֶׁר, *rectitudo.* 1 Par. XXIX, 17. ἐν ἁπλότητι καρδίας μου, in *sinceritate* animi mei. Conf. Sap. I, 1. Coloss. III, 22. Ephes. VI, 5. - תֹּם, *integritas. Aqu.* Gen. XX, 5. ἐν ἁπλότητι καρδίας, bono animo, non ea mente, ut quenquam laederem. Confer ad h. l. *Scharfenberg.* ac *Fischeri Clav.* p. 24 sequ. *Symm.* Ps. VII, 9. et Iob. II, 9. LXX 2 Sam. XV, 11. (ubi omnino *simplicitatem* et *propositi scelerati Absolomi ignorantiam* notat.) Prov. XIX, 1. Conf. 2 Cor. I, 12. - תֻּמָּה, idem. *Symm.* Iob. XXVII, 5.

ἉΠΛΟ'Ω, *simplicem reddo, integrum reddo, expando.* (Vide *Schneider* ad *Anacr.* p. 118.) הֵתֵם Hiph. a תָּמַם, *perficio.* Iob. XXII, 2. - פָּרַשׂ, *expando. Symm.* Ies. XXXIII, 23. XXV, 11. Iob. XI, 13. ἁπλώσεις πρὸς αὐτὸν τὰς παλάμας σου, expandes ad ipsum palmas tuas. De more, quo olim supplicantes manus supinas protendebant, vide *Feithii antiqu. Hom.* lib. III. c. 14. p. 280.

ἍΠΛΩΜΑ, *expansio.* פֶּרֶץ, *ruptura. Inc.* Gen. XXXVIII, 29. *Schol.* ed. *Bos.* ἄλλως· τί διήπλωσας καθ' ἡμῶν ἄπλωμα. Vide *Schol. ad Arist. Aves* v. 1218.

ἉΠΛΩ͂Σ, *simpliciter, in integritate.* בְּתֹם, *in integritate.* Prov. X, 10. ὃς πορεύεται ἁπλῶς, *integer vitae.* Sap.

XVI, 27. ubi *ἁπλῶς* a *Vulgato* interprete non male per *statim* redditur. 2 Macc. VI, 6. *ἁπλῶς*, *simpliciter*.

"ΑΠΝΟΟΣ, "ΑΠΝΟΥΣ, *carens spiritu*, *exanimis*. Sap. XV, 5. ubi *ἄπνουν* est i. q. *νεκρόν*. *Hesych.* *ἄπνους*, *ἄψυχος*, *νεκρὸς*, *ἄφωνος*.

ʼΑΠΟʼ, *a*, *ab*, *de*, *ex*, *post*, *prae*, *propter*. אַחַר, *post*. Ez. XIII, 3. *οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν*, vae iis, qui prophetant ex corde suo, h. e. proprio motu. – *אֶל, *ad*. Ez. XXVII, 3. *ἀπὸ νήσων πολλῶν*. Videtur legendum *ἐπὶ* *ν. π.* – *אֶל אַחֲרֵי, *ad posteriora*. 2 Sam. V, 23. *ἀπʼ αὐτῶν*. Ita sine dubio ideo verterunt, quia antecedentem vocem סָבַב, *cingere*, per *ἀποστρέφομαι* transtulerunt, quam notionem tamen h. l. series orationis non admittit. – *בְּתוֹךְ, *in medio*. *Inc.* Ios. XVII, 9. – וְאֵין, *et non*. Ier. XLIV, 2. *εἰσὶν ἔρημοι ἀπὸ ἐνοικούντων*, sunt deserti ab incolis. – ב praefixum. Ex. XII, 15. *ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας*, *die primo*. Vide et v. 18. Ex. XII, 45. *οὐκ ἔδεται ἀπʼ αὐτοῦ*, non comedet de eo. – ל praefixum. Num. XVI, 34. *ἔφυγον ἀπὸ τῆς φωνῆς*, fugerunt *prae* voce, vel *propter* vocem illorum. – לִפְאַת constr. *ad latus*. Ios. XVIII, 12. *ἀπὸ βοῤῥᾶ*. – *לְפָנִים. *Symm.* et LXX Cohel. II, 16. *ἀπὸ ἔμπροσθεν*. – מ praefixum. Iob. XIV, 5. *Aqu.* *ἀπὸ μεμιασμένου*. LXX *ἀπὸ ῥύπου*. *Vulg.* *de immundo conceptum sanguine*, ubi *ὁ ἀπό τινος* notat *eum*, *qui ab aliquo natus est*. *Aqu.* Ps. XLIV, 3. et 8. ubi *ἀπὸ* est *prae*, *magis quam*, ac reliqui interpretes habent *παρά*. Exod. XXXIV, 24. ubi cum *πρὸ* permutatur in codd., quemadmodum cum *ἐκ* ib. v. 29. Lev. II, 11. *ἀπʼ αὐτοῦ* sec. *Vatic.* Sed in *Compl.* legitur *ἐπʼ αὐτοῦ*, quae lectio mihi praeferenda videtur, ita ut supplendum sit *θυσιαστηρίου* e v. 9. Cum praepositione *ἐπὶ* etiam permutatur in codd. 1 Par. XII, 8. 2 Par. I, 13. ubi cum *πρὸ* in codd. permutatur. – Gen. III, 14. *ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων*, maledictus tu *prae* omnibus pecoribus, et *prae* omnibus bestiis. Vide quoque Cant. V, 9. Ier. III, 11. et conf. *Is. Vossium* de LXX *Intt.* p. 32. 2 Par. XX, 9. *ἀπὸ τῆς θλίψεως*, *prae* afflictione, vel *propter* afflictionem. Vide et Iob. XXXVI, 21. 2 Par. V, 5. *ἀπὸ τοῦ πλήθους*, *prae* multitudine. Vide et Ex. VI, 9. ac conf. *Alberti* in *Mus. Brem.* Vol. I. p. 117. Esdr. VII, 7. *ἀνέβησαν (τινὲς) ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ*, ascendebant quidam *de* filiis Israel. Vide Esdr. VIII, 15. Ez. XXXVIII, 8. *ἀφʼ ἡμερῶν πλειόνων*, *post* dies multos. Conf. Hos. VI, 2. ubi מ redditur *μετά*. *Iustin. M.* *Dial. c. Tryph. Iud.* §. 52. p. 148. *ἀφʼ οὗ ἔπαθεν ὁ χριστὸς*, postquam Christus passus est. *Tertull. de virg. vel.* c. 1. de Paracleto: hic solus a *Christo* magister et dicendus et verendus. – מֵאַחֲרֵי, *a post.* Ezech. XIV, 7. 11. – מֵאֵין, *ut non.* Ier. XXVI, 9. XXXII, 43. et XXXIV, 22. – מֵאֵין מֵאֵין. Ier.

XXXIII, 10. - מֵאֵצֶל, *de apud.* 1 Sam. XX, 40. 1 Reg. XX, 36. - מֵאֵל, *e regione.* 1 Reg. VII, 5. - מִמּוּל, idem. Lev. V, 8. - מִיַּד, *e manu.* Ex. II, 19. Num. XXXV, 25. - מִידֵי, *e manibus.* Ps. CXL, 10. - מִלֵּב, *ex corde.* Num. XVI, 29. - *מִן, *ex*, *a.* Lev. XIII, 32. sec. *Vat.* κοίλη ἀπὸ τοῦ δέρματος, ubi ἀπὸ comparativo exprimendo inservit. Cod. *Oxon.* κοιλοτέρα τοῦ δέρματος. - מֵעֵבֶר, *trans*, *ultra.* Iob. I, 19. - מִלִּפְנֵי, *a facie.* Deut. XXVIII, 31. - *מֵעַל, *desuper.* Gen. VIII, 8. Iud. IV, 15. sec. *Alex. Oxon.* et *Compl.* ἀπὸ τοῦ, quae est quoque lectio *Inc.* Int. 2 Sam. XXIV, 21. ubi cum ἐπάνω et ἐπάνωθεν in Codd. permutatur, coll. 2 Reg. X, 31. *Inc.* 2 Sam. XX, 22. - מִקְּצֵה pro מִקָּצָה, *ab extremitate.* Gen. XLVII, 2. - מִקֶּרֶב, *e medio.* Deut. XV, 11. - מִחוּץ, idem. Prov. V, 15. Ies. LVIII, 9. - *מִתַּחַת. *Inc.* Ez. XLVII, 1. - *עַל, *super.* Lev. II, 13. ubi quoque ἐπὶ praeferendum est, ut ἀπὸ ex antecedentibus irrepserit. Conf. ib. V, 11. *Theod.* LXX Dan. II, 1. ἀπ' αὐτοῦ, ubi vel legerunt מעליו, vel עליו ita intellegendum censuerunt, ut a מעליו non differret. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* - עַל פְּנֵי, *super faciem.* Num. XI, 31. - *שְׁלוּחַ, *emissio*, *propago. Aqu. Symm.* Ies. XVI, 8. ἀπ' αὐτῆς. Suspicor, utrumque plene scripsisse οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπ' αὐτῆς seu αὐτῆς simpliciter. - 3 Esdr. VIII, 57. σκεύη ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ, ubi ἀπὸ *materiam* notat, ex qua quid est, ac hebr. מ respondet, coll. Esdr. VIII, 27. Sir. I, 16. μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς, satiat eos fructibus suis. Ibid. v. 17. Ib. XIX, 11. ἀπὸ προσώπου λόγου, *propter* vel *per* rem occultandam: καὶ ἀπὸ προσώπου βρέφους, *propter* foetum. Ib. XXII, 33. ἀπ' αὐτῆς, *per eam.* Ib. XXXI, 25. βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, qui se lavaverat *propter* mortuum, sc. quem attigerat, coll. XXIX, 27. - Ib. XLI, 17. 22. ubi ἀπὸ notat *respectu*, *quod attinet*, coll. XVIII, 8. ubi notat *relate ad*, hoc sensu: qualis est gutta aquae, relata ad mare universum, talis est haec brevis nostra vita, relata ad aeternitatem. - Ib. XXIV, 29. ἀπὸ exprimit *comparativum.* Ibid. XI, 18. ἐστὶ πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ σφιγγίας αὐτοῦ. *Vulg. est, qui locupletatur parce agendo.* Ib. XIX, 11. ἀπὸ προσώπου, *propter.* 1 Macc. XIV, 26. ἀπ' αὐτῶν, *ita ut a se eos removerent, seu in fugam verterent.* Conf. ad h. l. *Michaelis.* Vide quoque *Vorstium de Hebr. N. T.* p. 352 sequ. ed. *Fischeri.* - Vide alibi *Αἰών*, *'Ανατολή*, *'Αρχή*, *Δυσμή*, *'Εμαυτοῦ*, *"Ετι*, *Κλίτος*, *Κονιορτός*, *Λάχανον*, *Μακρόθεν*, *Μέγας*, *Νῦν*, *"Ος*, *Οὗτος*, *Τότε*, *Τοῦτο.*

'ΑΠΟΒΑΙ'ΝΩ, *evenio*, *evado*, *fio*, *ascendo.* *בּוֹא, *venio. Symm.* Cohel. V, 2. ἀποβήσεται ὄνειρος, h. e. vel *venit*, vel *abibit* somnus, seu somnium. Posterius magis placet ob sequentia. - בָּנָה, *aedifico.* Iob. XXVII, 18. ἀπέβη δὲ ὁ οἶκος αὐτοῦ ὥσπερ σῆτες, domus eius *aedificata est* sicut tineae!

'ΑΡΑΦΩ'Θ. Est ipsa vox hebr. חֲרִיפוֹת, quam de *contusis granis* interpretes plerique explicarunt. 2 Sam. XVII, 19. *Gloss. MS. in libr. II. Reg.* 'Αραφὼθ, παλάθας, *ficuum parvas mazas*. Cf. v. παλάθαι infra.

'ΑΡΑ'ΧΝΗ, *aranea*. הֶגֶה, *sermo*, *confabulatio amica*, etiam *spiritus*, *halitus*. Ps. LXXXIX, 9. τὰ ἔτη ἡμῶν ὡς ἀράχνη ἐμελέτων. *Agellius* in *Commentario* ad h. l. opinatur, LXX pro הֶגֶה duabus literis mutatis legisse חָגָב, quod alibi non ἀράχνην quidem, sed ἀκρίδα, rem videlicet non admodum absimilem, vertere soleant. *Bochartus* in *Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 23. T. III. p. 501. ed. *Lips.* LXX existimat pro כְּמוֹ, una litera addita, et voce mere arabica, quae cum he-

braico מוּל *pars opposita* Deut. I, 1. conferri nequit, Hebraeis obtrusa כְּמוֹל, *ut aranea*, quam arab. מול sive מולה appellari constat, in codice suo scriptum reperisse. *Cappellus* in *Crit. S.* pag. 559. et 607. ed. *Hal.* eosdem coniectavit pro כמו vel legisse כְּמוֹ עָשׁ, (coll. Psalm. XXXVIII, 12.) vel כְּמַו, quod acceperint pro *Chald.* מְוִיאָה, *aranea*, a *nendo* sic dicta, nam מְוָה est *nere*. *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 644. statuit LXX reddidisse simpliciter τὰ ἔτη ἡμῶν ὡς ἀράχνη, ita ut per τὸ הֶגֶה intellexerint *araneam*, alteram autem vocem ἐμελέτων irreptitiam esse ex alia versione, vel ex aliquo glossemate: quam coniecturam confirmat *Syrus*, qui הֶגֶה transtulit [illegible] *araneam*, et de *meditatione* nihil habet. Confer quoque *Kreyssigii Symb.* P. V. p. 4. seq. – Mihi vero LXX pro more suo alia imagine usi esse videntur ad indicandam *rem, quae subito transit ac perit*, quae notio latet in *aranea* pariter, ac *halitu oris*. – סֻכָּה, *tugurium*. Iob. XXVII, 18. sec. *Vat.* *Kreyssigius* l. c. verba ὥσπερ ἀράχνη huc delata statuit non tam ex VIII, 14. quam ex alia versione graeca, cuius auctor in priore huius versiculi membro pro כָּעָשׁ legerit כְּעַכָּבִישׁ. Mihi vero vocem סֻכָּה de *reti araneae* s. *araneo*, quod commode *tugurium* et *domus araneae* dici potest, accepisse videntur. Confer *Schultensii Opera minora* pag. 59. – עַכָּבִישׁ, *aranea.* Iob. VIII, 14. ubi pro ἀράχνη δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ σκηνὴ legendum est ἀράχνης δὲ σκηνὴ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ πεποίθησις. Ies. LIX, 5. ἱστὸν ἀράχνης. – עָשׁ, *tinea.* Psalm. XXXVIII, 15. *Kreyssigius* in *Obss. Critt. in graecos Iobi Intt.* p. 17. pro ἀράχνην reponere mavult ἄχνην, ita ut cum *Syro* pro עָשׁ *tinea* legerint קַשׁ *stipula.* Videntur tamen potius LXX voci עָשׁ subiecisse notionem *araneae.* Cf. Iob. XXVI, 18. ubi videndi sunt *Syrus* et *Arabs.* Est autem ἀράχνη imago hominis morbo tabescentis; nam aranea est tenuissimum animal, et inprimis exile, unde quoque ἀράχνη dicitur, *quod raras et exiles tibias habet.* – מוֹץ, *gluma.* *Inc.* Hos. XIII, 3. ὡς ἀράχνη. Ita *Montfauconius* e codd. *Barber.* et *Laudino.* Sed veram lectionem servavit nobis *Complut.* ὥσπερ ἄχνη. Cf. *Kreyssigii Obss. Critt. in graecos Iobi Intt.* p. 18. Praeterea legitur Hos. VIII, 6. ubi ad שְׁבָבִים *(fragmenta ligni) Ed. Vta* habet ῥεμβεύων, cui ibidem additum legitur παραπλησίως τῷ τῆς ἀράχνης ἱστῷ: de quo additamento vide quae habet *Kreyssigius* in *Symb.* P. V. p. 9. seq.

'ΑΡΓΕ'Ω, *otior, otiosus sum, cesso.* בְּטֵל et Chald. בְּטֵל *cesso.* Esdr. IV, 24. ἤργησε τὸ ἔργον, *cessabat opus.* *Symm.* et LXX Cohel. XII, 3. Sirac. XXXIII, 32. ἵνα μὴ ἀργῇ, *ne otiosus sit.*

'ΑΡΓΙ'Α et 'ΑΡΓΕΙ'Α, *otium, segnities.* עֲצָרָה, *interdictio.* Ies. I, 14. νηστείαν καὶ ἀργίαν. Sc. עֲצָרָה notat h. l.

diem feriatum, q. d. *cohibitionem a labore.* Perperam igitur nonnulli statuunt LXX עַצְלָה legisse. - שֶׁבֶת, *cessatio*, *vacatio*, s. *ab ambulatione* s. *ab opere.* Ex. XXI, 19. - שִׁפְלוּת, *demissio.* Cohel. X, 18. ἀργίᾳ χειρῶν. Eundem sensum habet *demissio manuum* in textu hebr. Reperitur praeterea 2 Reg. II, 24. ubi verbis cod. *Alex.* τέκνα παραβάσεως καὶ ἀργίας nihil respondet in textu hebraico, et ἀργία vel sensu proprio accipi potest, vel translato, ut sit *impietas.* Cf. *Lex. N. T.* s. v. ἀργός. Sap. XIII, 13. Sir. XXXIII, 32.

'ΑΡΓΟ'Σ, *otiosus, segnis, tardus,* etiam *non elaboratus,* secundum *Bielium* etiam *albus.* מַסָּע, *advectio.* 1 Reg. VI, 7. λίθοις ἀκροτόμοις ἀργοῖς ᾠκοδομήθη: quae verba *Bielius* ita transtulit: *lapidibus resectis otiosis*, h. e. *perfecte antea elaboratis, aedificata est.* Sed plane non video, quomodo lapides perfecte elaborati ἀργοὶ, otiosi, dici possint. Potius λίθοι ἀργοὶ sunt: *lapides non politi et elaborati, integri, quales advecti sunt.* Dicitur autem ἀργὸς de *lapide rudi nec caeso.* Alii habent ὁλοκλήροις. - פִּגּוּל, *res abominanda*, ac de cibis: *corruptum. Symm.* Lev. XIX, 7. ubi ἀργὸν dicitur, *quod non comedendum est*, aut: *quo non utendum est.* - תֹּהוּ. *Symm.* Gen. I, 2. ἀργὸν, *incultum, rudis indigestaque moles.* Sap. XIV, 5. θέλεις δὲ μὴ ἀργὰ εἶναι τὰ τῆς σοφίας σου ἔργα, ubi *Bretschneidero* ἀργὸς est *perniciosus, noxius, damnosus.* Cf. *Fischeri Prolus. de Vit. Lex. N. T.* p. 567. not. et *Vorstium* de *hebr. N. T.* ed. *Fisch.* p. 80. Sed ἀργὰ ibi sunt *otiosa, inutilia.* Ib. XV, 15. οἱ πόδες αὐτῶν ἀργοὶ πρὸς ἐπίβασιν, pedes eorum *tardi* ad ambulandum. Sir. XXXVIII, 33. ἀργῷ σιδήρῳ, contemplans *rude ferrum*: ubi tamen alii libri habent ἔργῳ σιδήρου.

'ΑΡΓΥ'ΡΕΟΣ, ΟΥ͂Σ, *argenteus.* כֶּסֶף, Gen. XXIV, 53. Exod. III, 22. Num. VII, 13. et alibi passim. Zach. XI, 12. ἔστησαν τὸν μισθούμενον (alii rectius τὸν μισθόν μου, pro εἰς τὸν μισθόν μου) τριάκοντα ἀργυροῦς, sc. σίκλους, appendebant in mercedem meam triginta siclos argenteos. Vide et v. 13. et notata infra in ἀργύριος. - *כַּסְפָּא כֶּסֶף chald. Dan. II, 32. V, 2. 4. 25.

'ΑΡΓΥΡΙΚΟ'Σ, *argenteus.* 3 Esdr. VIII, 27. ἀργυρικὴ ζημία, mulcta pecuniaria. Chald. עֲנָשׁ נִכְסִין, *mulcta opum.* Esdr. VII, 26. *Ioseph. A. I.* XI, 5. pag. 560. ed. *Hav.* ζημίᾳ χρηματικῇ.

*'ΑΡΓΥΡΙΟΚΟ'ΠΟΣ, i. q. ἀργυροκόπος, *argentarius, vasculator, caelator.* 2 Reg. XII, 10. sec. *Ald.* ubi nihil huic voci respondet in textu hebraico.

'ΑΡΓΥ'ΡΙΟΝ, *argentum, pecunia.* זָהָב, *aurum.* 2 Par. IX, 9. ubi vel pro ἀργυρίου est χρυσίου legendum, vel ἀργυρίου est correctio ex ingenio interpretis, cui centum et viginti talenta auri nimis multum esse videbantur. - כֶּסֶף. Gen.

XXIII, 9. 13. 15. 16. Exod. XXI, 11. et alibi saepissime. - כָּסִפְיָא, *Casiphia*, nomen loci. Esdr. VIII, 17. - כֶּתֶם, *aurum insigne.* Thren. IV, 1. ubi legerunt הַכֶּסֶף, nisi statuere velis כֶּתֶם fuisse olim vocabulum *omni metallo splendidiori* et *praestantiori, auro et argento commune.* - *קֹדֶשׁ, *sanctitas, res Deo consecrata. Inc.* (*Symmachus* e coniectura *Montf.*) Lev. XXII, 14. ubi liberius vertisse videtur. - תֹּמֶר, *palma.* Ier. X, 15. ἀργύριον τορευτόν. Respexerunt fortasse notionem *permutandi* s. *commutandi*, quam מור habet. Sed Arab. مَوْر teste *Castello aurum* et *argentum* notat. Tob. IV, 18. ubi pro ἀργυρίῳ *Grotius* legit τῷ ἄρα υἱῷ. *Ilgenius* reponere mavult τῷ ἀργυρείῳ, *argenti fodinae* aut *argentarii officinae*, i. q. ἀργυρίδι apud *Suidam* et *Harpocrationem.* - Vide alibi περιαργυρόω.

'ΑΡΓΥ'ΡΙΟΣ, sc. σίκλος, *siclus argenteus.* כֶּסֶף. Iud. XVII. 3. ἀργυρίους, sc. σίκλους. Hos. III, 2. Quod autem ibi σίκλους subintellegere debeamus, patet ex Ier. XXXII, 9. ἔστησα αὐτῷ ἑπτὰ σίκλους καὶ δέκα ἀργυρίους, appendi illi septendecim siclos argenteos. Conf. et 2 Reg. XV, 20. ubi שְׁקָלִים כֶּסֶף LXX simpliciter vertunt σίκλους, subintellegentes ἀργυρίους.

'ΑΡΓΥΡΟΚΟΠΕ'Ω, *argenteos nummos cudo, argentum signo, argentum conflo.* צָרַף. Ier. VI, 29.

'ΑΡΓΥΡΟΚΟ'ΠΟΣ, *faber argentarius, argentarius, conflator argenti.* צָרוֹף infin. Ier. VI, 29. - *צֹרֵף particip. Iud. XVII, 4. Dicitur alias Graecis 'Αργυροκοπιστήρ. *Hesychius:* 'Αργυροκοπιστὴρ, τραπεζίτης, ἢ ὁ τὰ ἀργύρια (sc. σκεύη) ἐργαζόμενος.

'ΑΡΓΥΡΟΛΟ'ΓΗΤΟΣ, *ad quaestum pecuniae faciendum serviens, ad pecuniam colligendam institutus.* 2 Macc. XI, 3. τὸ δὲ ἱερὸν ἀργυρολόγητον, templum in pecuniae quaestum, sc. convertere cogitabat. Verbum ἀργυρολογέω legitur apud *Thucyd.* II, 69.

"ΑΡΓΥΡΟΣ, *argentum.* כֶּסֶף, idem. Prov. X, 20. XVII, 3. Ies. LX, 9. - כַּסְפָּא Chald. Dan. II, 35. 45.

'ΑΡΓΥΡΟΧΟ'ΟΣ, *fusor argenti, faber argentarius.* Sap. XV, 9. χρυσουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις. Cf. *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v.

'ΑΡΓΥ'ΡΩΜΑ, *vas argenteum, supellex argentea.* Iudith. XII, 1. XV, 3. 1 Macc. XV, 32. Adde *Eustath.* ad *Odyss.* ὀ, p. 567, 38. *Athen.* V. p. 202. F.

'ΑΡΓΥΡΩ'ΝΗΤΟΣ, *emptus pecunia, emptitius, argento emtus et acquisitus*, speciatim *mancipium argento paratum*, quam formulam de eiusmodi servis usurpavit *Livius* XLI, 6, 10. מִקְנַת כֶּסֶף, *acquisitio argenti*, s. *argento emtus.* Gen. XVII, 12. 23. 27. Exod. XII, 44. Iudith. IV, 8. (10.). Adde

Athen. VI. p. 264. C. *Herodot.* IV, 72. p. 244. *Hesych.* ἀργυρώνητος, οἰκέτης ἀργυρίου ἀγοραστός.

'ΑΡΔΑΛΟ'Ω, *inquino, conspurco.* Sir. XXII, 1. λίθῳ ἠρδαλωμένῳ συνεβλήθη ὀκνηρὸς, lapidi sordenti ac luto conspurcato similis est piger. *Hesych.* ἠρδαλωμένος, λεπρὸς, μεμιασμένος.

'ΑΡΔΕΙ'Α, *irrigatio.* גֻּלָּה, *scaturigo. Symm.* sec. *Theodoretum Quaest.* 3. pag. 322. Iud. I, 15. ἀρδείαν ὕδατος, h. e. ut *Vulgatus* reddidit: *terram irriguam aquis.* Adde *Strabon. Geogr.* IV. p. 314. B. *Hesych.* ἀρδεία, ποτισμός.

'ΑΡΔΕΥ'Ω, *irrigo.* Iudith. IX, 3. τὴν στρωμνὴν αὐτῶν ἠρδεύσαντο.

"ΑΡΔΗΝ, (iuxta *Phavorinum* ab αἴρω, *tollo*) *prorsus, penitus, valde, funditus.* חֵרֶם, *anathema.* Mal. IV, 6. μὴ ἐλθὼν πατάξω τὴν γῆν ἄρδην, ne veniens deleam terram *funditus,* aut concidam *ad internecionem usque.* Acceperunt חֵרֶם pro בְּחֵרֶם, et ἄρδην sine dubio est alius interpretis: nam secum *Syrum* et *Vulgatum* LXX dederant ἀναθέματι. *Gloss. Vett.* "Αρδην, ὅ ἐστιν ἀπὸ θεμελίων, *funditus. Hesych.* "Αρδην, φοράδην, ἢ σφόδρα, ἢ παντελῶς, ἢ ἀθρόως, ἢ ἐξ ὁλοκλήρου. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* ἄρδην, παντελῶς, ὁμοῦ, σφόδρα.

"ΑΡΔΩ, *irrigo.* שָׁקָה Pyh. *irrigor. Symm.* Iob. XXI, 24. ἀρδόμενος, *irrigatus.*

'ΑΡΕ'ΣΚΕΙΑ et 'ΑΡΕΣΚΙ'Α, *gratia, qua placemus aliis, gratia corporis, egregia forma,* it. *placitum.* חֵן, *gratia.* Prov. XXXI, 30. ψευδεῖς ἀρέσκειαι, fucus est gratia. – שְׁרִירוּת *speculatio, mens obstinata. Symm.* Ps. LXXX, 12. Fortasse haec vox reddenda quoque est *Symmacho,* cui Iud. IV, 9. pro תִּפְאַרְתְּ in marg. cod. 85. *Holm.* tribuitur ἡ ἀριστία et in marg. cod. 108. ἡ ἀρεστεία σὴ, nisi novam vocem ἀρεστεία vel ἀρεστία, ab ἀρεστὸς, fingere quis malit. Vide tamen infra s. v. ἀριστεία. Adde Sir. XI, 23. sec. *Compl.* Vide quoque *Gatakerum* ad *Antonin.* p. 143. b.

'ΑΡΕ'ΣΚΩ, *placeo.* אָנָה Pyh. *obvenio.* Prov. XII, 21. לֹא יְאֻנֶּה, *non attingitur,* οὐκ ἀρέσει τῷ δικαίῳ οὐδὲν ἄδικον. Orta est haec versio a יְאוֶּה *appetetur,* vel יֹאבֶה ex sententia *Iaegeri.* E coniectura *Koehleri* pro ἀρέσει legendum est εὑρήσει. – טוֹב, *bonum.* Num. XXXVI, 6. Deut. XXIII, 16. Ios. IX, 25. Adde *Symm.* 1 Sam. XXIX, 6. et 9. – טוֹב בְּעֵינֵי, *bonum in oculis.* Gen. XIX, 8. XX, 15. – *טוֹב לִפְנֵי, *bonum coram. Symm.* Cohel. II, 26. bis. – טָחַן, *molo,* ac metaph. *concumbo.* Iob. XXXI, 10. ubi tamen pro ἀρέσαι ex aliis libris secundum *Bielium* rectius legitur ἀλέσαι, quod *Grabius* quoque in textum recepit. *Cappellus* in *Crit. S.* pag. 568. statuit eos legisse יִחַן fut. *Hithp.* a חָנַן, *gratiosum esse, placere.* Mihi autem LXX per euphemismum sensum tantum secuti

esse videntur. – יָשַׁב, *bonum est*, *vel videtur*. Gen. XXXIV, 18. ἤρεσαν οἱ λόγοι ἐναντίον 'Εμμὼρ, placebant sermones illi Emmoro. Ib. XLI, 37. Cum ἐν ὀφθαλμοῖς construitur 1 Sam. XVIII, 5. 2 Sam. XVIII, 4. ac cum ἐνώπιον 2 Sam. III, 36. 1 Reg. III, 10. coll. Act. VI, 5. – יָטַב בְּעֵינֵי, *bonum est in oculis*. Lev. X, 20. Deut. I, 23. Esth. II, 4. ἡ γυνὴ, ἣ ἂν ἀρέσῃ τῷ βασιλεῖ, coll. v. 9. et Matth. XIV, 6. – יָשַׁר, *rectum est et videtur. Symm. Theod. LXX* Iud. XIV, 3. ὅτι αὐτὴ ἤρεσεν ἐν ὀφθαλμοῖς μου. Ibid. v. 7. 2 Sam. XIX, 6. Ier. XVIII, 4. – יָשַׁר בְּעֵינֵי *rectum est in oculis*. Num. XXIII, 27. 1 Reg. IX, 12. – מָצָא, *invenio*. Ios. XVII, 16. οὐκ ἀρέσκει. Legendum est ἀρκέσει literis transpositis, uti et adscriptum est libris veteribus, quasi emendandi causa. *Oxon.* ἀρκεῖ. Ita quoque *Syrus*. Sensus est: *non erit satis amplus ac sufficiens ad habitandum*. מָצָא habet hanc notionem Deut. XXXII, 10. et Zach. X, 12. Eadem observatio valet quoque de loco Iud. XXI, 14. καὶ ἤρεσεν αὐτοῖς οὕτω, ubi legendum καὶ οὐκ ἤρκεσεν αὐτοῖς οὕτω, et nec sic quidem omnibus prospectum est. *Oxon.* οὐκ ἠρκέσθησαν. – עָרַב, *amoenum est*. Mal. III, 4. – *רָצָה, *gratum acceptumque habeo*, *probo*, *delector*. 2 Par. X, 7. ἀρέσῃ αὐτοῖς sec. *Compl.* ubi ἀρέσκειν, aeque ac רָצָה, notat *placere studere*, *benevolentiam alicuius captare*, ut e serie orationis apparet. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v. – שָׁוָה, *utile est*. Esth. V, 13. – שְׁפַר Chald. *pulcrum est*. Dan. III, 33. IV, 24. VI, 1.

ΜΗ' 'ΑΡΕ'ΣΚΩ, *non placeo*, *displiceo*. יָרַע, *malum est* vel *videtur*. Ies. LIX, 16. – רַע בְּעֵינֵי, *malum in oculis*. Num. XXII, 34. Ios. XXIV, 15. Prov. XXIV, 18.

'ΑΡΕΣΤΟ'Σ, *gratus*, *rectus*, *placitus*. טוֹב, *bonus*, etiam *is, qui placet*. Deut. XII, 28. 1 Sam. III, 18. Ies. XXXVIII, 3. – טוֹב בְּעֵינֵי, *bonus in oculis*. Gen. XVI, 6. – יָטַב בְּעֵינֵי, *bonum est in oculis*. Lev. X, 19. – יָשָׁר, *rectus*. Exod. XV, 26. τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιήσῃς, recte coram illo facias, coll. 1 Ioh. III, 22. Deut. VI, 18. τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν, coll. XII, 25. XIII, 18. et XXI, 9. Adde *Symm.* 1 Sam. XXIX, 6. Quae enim recta et vera sunt, Deo placent: unde in sequ. לֹא טוֹב אָתָּה idem transtulit: οὐκ ἀρέσκεις. Conf. s. v. ἀηδής. – נִבְחָר, part. Niph. *selectum*, *lectissimum*. Prov. XXI, 3. ἀρεστὰ παρὰ θεῷ μᾶλλον ἢ, magis Deo grata sunt, quam. – רָצוֹן, *beneplacitum*. Esdr. X, 11. Neh. IX, 24. 37. – שְׁרִירוּת, *malitia*, *speculatio*. Ierem. XVI, 11. XVIII, 12. Respexerunt usum vocis in l. arabica. Nam سرّ est εὐδοκεῖν, *complacere*, et مسرّة, *beneplacitum*. – תַּאֲוָה, *desiderium*. Gen. III, 6. Tob. III, 6. ubi post κατὰ ἀρεστὸν addendum est ἐνώπιόν σου, coll. Esr. X, 11. et Nehem. IX, 24.

'ΑΡΕΤΗ', *virtus*, *decus*, *gloria*, *honor*, *laus*. הוֹד, *decus*, *gloria*. Hab. III, 2. ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ,

operuit coelos *gloria* eius, i. e. gloriosa potentia eius, sapientia et bonitas e coelo undiquaque ita apparent, ac si illud opertum quasi divinis illis perfectionibus esset. Quod hic *ἀρετὴ* vocatur, Psalm. XIX, 1. dicitur *δόξα*. Apud *Hesych.* *ἀρετὴ* exponitur *θεία δύναμις*. Zach. VI, 13. *αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν*, ille assumet gloriam. Idem hic *ἀρετὴ* notat, quod Ps. VIII, 5. et Hebr. II, 7. *δόξα καὶ τιμή*. Sic et apud poetas graecos *ἀρετὴ gloriam*, *honorem* denotat, v. c. *Homerum* Il. ύ, 242. *Hesiod. ἔργ.* v. 311. Conf. quae ex *Plutarcho* de *audiend. poet.* p. 24. notat *L. Bos. Obss. Critt.* p. 112. - תְּהִלָּה, plur. תְּהִלּוֹת, *laus*, *laudatio*, *laudes*. Ies. XLII, 8. ubi *ἀρεταὶ* permutatur cum *δόξα*. Ibid. v. 12. XLIII, 21. *τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι*, coll. 1 Petr. II, 9. Ib. LXIII, 7. In omnibus his locis *ἀρεταὶ* sunt *maxime laudabiles perfectiones et proprietates Dei.* Esth. XIV, 10. *εἰς ἀρετὰς ματαίων*, in *laudes* vanorum. Sap. IV, 1. *ἀρετὴ* est *virtus*, *sanctitatis studium.* *Hesych.* *ἀρετὴ*, *ἡ τῶν καλῶν νομιζομένων ἐμπειρία.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Ἀρετὴ*, *πρᾶξις ἀγαθή.*

'ΑΡΕΤΙ'ΖΩ, *in gratiam suscipio*, *placide accipio.* נָשָׂא. 1 Sam. XXV, 35. *ἡρέτισα τὸ πρόσωπόν σου.* Sed *Kreyssigio Symb.* P. V. p. 12. ibi cum *Grabio* rescribendum videtur *ἡρέτισα τὸ π. σ.*, quod valet idem quod *ἦρα τὸ πρόσωπόν σου* apud *Aqu.* Gen. XIX, 21. Confer *Scharfenbergii anim.* ad locos modo laudatos, et *Fischerum* ad *Leusdenium de dialectis N. T.* p. 152.

'ΑΡΗ'ΓΩ, *opitulor*, *opem fero.* 3 Macc. IV, 6. *Hesych.* *ἀρήγει*, *βοηθεῖ.* Ita etiam *Schol. Apollon. Argon.* IV, 815.

'ΑΡΗ'Ν, in genit. *ἀρνὸς*, *agnus.* *Lex. Seguer.* in *Bekkeri anecd. Graec.* T. I. p. 7. *ἀρὴν*, *τὸ τοῦ προβάτου ἔγγονον*, *ὡς λιμὴν*, *ὑμήν.* - גְּדִי, *hoedus.* Exod. XXIII, 19. XXXIV, 26. Deut. XIV, 21. - גֵּר, *peregrinus.* Ies. V, 17. Legerunt גְּדָיִים cum Daleth. - טָלֶה. 1 Sam. VII, 9. Ies. XL, 11. LXV, 20. - כֶּבֶשׂ. 1 Par. XXIX, 21. Ies. XI, 6. - כַּר. Deut. XXXII, 14. 2 Reg. III, 4. Ier. LI, 14. - כֶּשֶׂב. Gen. XXX, 32. 33. 35. Lev. I, 10. III, 7. - מְרִיא, *saginatum.* 2 Sam. VI, 13. 1 Reg. I, 9. 19. 25. et Ies. I, 11. - עַתּוּדִים plur. *hirci.* Prov. XXVII, 26. ubi alii *τράγοι* habent. - רְבִיבִים plur. *guttae imbris.* Mich. V, 7. ubi pro lubitu alia imagine usi esse videntur ad copiam et multitudinem indicandam. *Hesychius: ἄρνες*, *τὰ μικρὰ πρόβατα.*

*'**ΑΡΘΡΕ'ΜΒΟΛΑ**, *τὰ*, *tormenta*, *equulei*, ab *ἄρθρον*, *membrum*, et *ἐμβάλλω*, *immitto.* 4 Macc. VIII, 12. X, 5. Cf. *Ant. Gallonii Romani lib. de SS. Martyr. cruciatibus* (*Antw.* 1668. 8.) c. 3. ac *Intt. Hesychii* s. h. v.

"ΑΡΘΡΟΝ, *articulus*, *extremitas.* מוֹרָשׁ, *possessio*, seu potius *funes.* Conf. *Michaelis Suppl.* p. 1560. Iob. XVII, 11. *ἐῤῥάγη δὲ τὰ ἄρθρα τῆς καρδίας μου*, rupti vero sunt *articuli*

s. *compages* cordis mei, q. d. *vincula vitalia*, seu metaph. *spes ac fiducia certissima*. *Middeldorpf.* in *Curis Critt. in Iobum* p. 46. pro ἄρθρα ad fidem *Cod. Syr. Hex.* legere mavult ἄκρα, ita ut מוֹרָשֵׁי confuderint cum cognato רָאשֵׁי. Adde 4 Macc. IX, 17. *Hesych.* ἄρθρα, μέλη ἄκρα.

"ΑΡΙΖΟΣ, ("Αῤῥιζος alii) *carens radice*. Hinc:

"ΑΡΙΖΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *sine radice fio*. צֶאֱצָאִים יְשֹׁרָשׁוּ, *prognati eradicabuntur*. Iob. XXXI. 8. ἄριζος δὲ γενοίμην ἐπὶ τῆς γῆς, sine radice autem fiam in terra. Scilicet *radix* per metonymiam interdum notat *id quod ex radice nascitur*, ac metaphorice de *prole* usurpatur, v. c. Ies. XIV, 30. Mal. IV, 1. Conf. *Lex. N. T.* s. v. ῥίζα num. 6. Habent itaque verba graeca hunc sensum: *improlis moriar*. Cypriis ἄριζος dicebatur *sepulcrum*, teste *Hesychio*: "Αριζος, τάφος, Κύπριοι.

'ΑΡΙΗ'Λ. Est ipsa vox hebraica אֲרִיאֵל, *leonem Dei* significans. 1 Par. XI, 22. Ies. XXIX, 1. et Ezech. XLIII, 15. in quo posteriori loco LXX etiam הַרְאֵל, *montem Dei* notans, ἀριὴλ reddunt. *Scholia* ibidem haec habent: *Euseb.* ἑρμηνεύεσθαι φασὶ τὸ ἀριὴλ λέων θεοῦ. *Polychr.* τὸ ἀριὴλ, ὄρος θεοῦ. *Theodor.* τὸ ἀριὴλ σημαίνει τῇ Ἑβραίων φωνῇ ὄρος θεοῦ, ἢ κατ' ἄλλην ἑρμηνείαν φῶς θεοῦ.

'ΑΡΙΘΜΕ'Ω, *numero*. הָיָה, *sum*. Lev. XXIII, 15. ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους ἀριθμήσεις: non male quoad sensum. Nam הָיָה ibi cum סָפַר *numerare* permutatur. – *הָמַן, *multiplico*, vel *multiplicor*. *Aqu.* Ezech. V, 7. ἠριθμήθητε ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sine dubio derivavit a radice מָנָה; nam eum ex notione *divagandi*, quam nonnulli huic voci tribuunt, sensum expressisse, mihi persuadere non possum. – הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evaginare facio*, *armo*. Gen. XIV, 14. ἠρίθμησε τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς. Videtur mihi h. l. ἀριθμεῖν sensu militari sumendum esse, ut sit *recensere eos*, *qui arma ferre possunt*, ut legitur 2 Sam. XXIV, 10. Ex aliorum sententia legerunt וַיָּדֶק, per Daleth, a דוק *curiosius inspicere*, ut *numerare* idem sit quod *lustrare*. – חֹק, *statutum*. Iob. XXVIII, 26. ubi ἀριθμεῖν ὁδὸν est *viam accurate ac dilegenter describere*, quod non male convenit textui hebraico. – *מָלֵא, *impleo*. Gen. L, 3. οὕτω γὰρ ἀριθμοῦνται αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς, tot enim *requiruntur* dies conditurae. Bene quoad sensum. – *מָנָה, *numero*. Gen. XIII, 16. ubi cum ἐξαριθμεῖν in codd. permutarur. 2 Sam. XXIV, 1. Cohel. I, 15. – מִסְפָּר, *numerus*. Iob. III, 6. – סָפַר, *numero*. Genes. XV, 5. XVI, 10. et alibi saepius. Iob. XXVIII, 26. οὕτως ἰδὼν ἠρίθμησε, quae verba *Kreyssigius* in *Obss. Critt. in Intt. graecc. Iobi* p. 19. ad versus proximi initium transferenda esse indicavit, ita ut iis subiungatur αὐτήν. Praeiverat iam hanc coniecturam *Pareau* in *Commentat. de immortalitatis ac vitae futurae notitiis in Iobo*, p. 360. – פָּקַד, *recenseo*, *lustro*. Num. II, 4.

οἱ ἠριθμημένοι, sec. *Alex.* bene quoad sensum, et sic v. 8. 11. 13. 15. 16. 24. 26. 1 Par. XXI, 6. Iudith. II, 15. ἠρίθμησεν ἄνδρας ἐκλεκτοὺς εἰς παράταξιν: ubi ἀριθμεῖν notat *recensere, eligere*, quod fit numerando.

'ΑΡΙ'ΘΜΗΣΙΣ, *numeratio.* פְּקֻדִים, *numerati, recensiti.* Num. VII, 2. *Inc.* sec. schol. ed. *Rom.* ἀριθμήσεως, ubi ἀρίθμησις aeque ac ἐπισκοπὴ *ipsos numeratos* notat.

'ΑΡΙΘΜΗΤΟ'Σ, *numeratus, numerabilis, numero parvus.* גָּרַע, *subtraho, prohibeo.* Iob. XXXVI, 27. ἀριθμηταὶ δὲ αὐτῷ σταγόνες ὑετοῦ. Libere verterunt. Vide in sequentibus a me notata. - מִסְפָּר, *numerus.* Iob. XIV, 5. XV, 20. ἔτη δὲ ἀριθμητὰ διδόμενα δυνάστῃ, anni autem *pauci* dati sunt potenti. *Hesychius:* ἀριθμητὰ, ὀλίγα. *Theocrit. Idyll.* XVI, 87. ἀριθμητοὺς ἀπὸ πολλῶν, *paucos ex multis. Horatium* (de *arte poetica* v. 206.) *numerabilis utpote parvus*, alios item Graecos εὐαρίθμητον *numero parvum* dixisse, observat *Casaubonus lectt. Theocr.* p. 123. Confer quoque infra s. v. ἀριθμός.

'ΑΡΙΘΜΟ'Σ, *numerus, paucitas, exiguitas, cohors militaris.* - *הִתְיַחֵשׂ Hithp. *recenseo me*, s. *genus* et *familiam meam.* 1 Par. VII, 5. sec. *Vat.* Ib. v. 7. et 9. - מִדָּה, *mensura.* Ps. XXXVIII, 6. γνώρισόν μοι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου, τίς ἐστιν; notum mihi fac numerum dierum meorum, quis sit, i. e. quam exiguus sit numerus dierum meorum. Inde forte apud *Hesychium:* 'Αριθμὸν, μέτρον, ἀριθμῷ ὀλίγους. Vide *Iacobs.* ad *Anthol. gr.* T. X. p. 136. - מִכְסָה, *summa.* Ex. XII, 4. - מִנְיָן Chald. *pars.* Esdr. VI, 17. - *מֹנִים, *vices. Aqu. Symm.* Gen. XXXI, 7. *Aqu.* δέκα ἀριθμούς. *Symm.* δεκάκις ἀριθμῷ, *decem numeris* s. *vicibus*, ut habet *Vulgatus.* - מִסְפָּר, *numerus.* Num. IX, 20. ἡμέρας ἀριθμῷ, *dies aliquot.* Ies. X, 19. καταλειφθέντες ἀπ' αὐτῶν ἀριθμὸς ἔσονται, relicti ex illis numerus, h. e. *numero pauci* erunt. Ezech. XII, 16. ὑπολείψομαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἀριθμῷ, relinquam ex illis viros *numero paucos.* Hic in ἀριθμῷ subintellegendum vel βραχεῖς vel ὀλίγους. Conf. Ps. CIV, 12. Ez. V, 3. Deut. IV, 27. ubi additur. Adde *Symm.* Ies. X, 19. ubi ἀριθμῷ εἶναι est i. q. ἀριθμὸν εἶναι, *prae paucitate numerari posse*, seu: *numerabilem esse.* - מָסֹרֶת, *vinculum.* Ezech. XX, 37. εἰσάξω ὑμᾶς ἐν ἀριθμῷ, introducam vos in numero, vel numeratos vos introducam. Hic *L. Bos* in *Proleg.* ad *LXX* legere mavult ἐν ἀρθμῷ, vel ἐν ἀρθμῷ διαθήκης (quod in quibusdam codd. additur. 'Αρθμὸς denotat *foedus, vinculum foederis vel amicitiae. Hesych.* ἀρθμὸς, εἰρήνη, συνθήκη, φιλία. Apud *Aeschyl. Prometh. Vinct.* v. 191. iunguntur ἀρθμὸς et φιλότης. *Vulg. in vinculis foederis.)*, sed heic assensum non meretur. Nam in versione illa graeca manifeste respicitur ad morem, quo pastores armenta et greges sub virga numerare solebant.

Mentio eius fit Lev. XXVII, 22. πᾶν, ὃ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῷ ἀριθμῷ ὑπὸ τὴν ῥάβδον, τὸ δέκατον ἔσται ἅγιον τῷ κυρίῳ, omne decimum, quod in numero (h. e. inter numerandum) sub virga transit, sanctum erit Domino. Eoque etiam alluditur Ierem. XXXIII, 13. ἔτι παρελεύσεται πρόβατα ἐπὶ χεῖρα ἀριθμοῦντος, adhuc transibunt oves ad manum numerantis. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. L. II. c. 44. p. 459. ubi etiam ex profanis monumentis loca affert, unde patet, quod pastores, antequam greges sub vesperam in stabula reduxerint, illos numerare consueverint. Caeterum pro מֹנֶה legerunt מְסַפֵּר, iudice *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. – מַעֲלָה, *gradus.* 2 Regg. XX, 11. ἐπέστρεψεν ἡ σκιὰ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, sec. *Ald.* Elegans lectio et maxime memorabilis, quia sermo ibi est de *horologio.* Reliqui libri habent ἀναβαθμοῖς et βαθμοῖς. – *מִשְׁקָל, *pondus, quo rerum gravitas examinatur.* 1 Par. XXII, 3. οὐκ ἦν ἀριθμὸς sec. *Cantabr.* Potest quidem, si sensus tantum ratio habeatur, lectio haec locum habere, nihilominus tamen ἀριθμὸς haec e v. 4. translatum videtur. – מְתִים plur. *homines. Symm.* Ies. XLI, 14. ἀριθμός, *pauci, exigui numero.* Eandem significationem habet h. l. מְתֵי, quod LXX per ὀλίγιστος transtulerunt. LXX Deut. XXVI, 5. XXVIII, 62. – סָפַר. 2 Par. II, 17. – פָּקוּד, *numeratus, recensitus*, part. Pah. a פָּקַד. Num. III, 22. – פְּקֻדָּה, *numeratio, recensio. Inc.* Ex. XXX, 13. ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, h. e. *ad numeros.* Bene. LXX 2 Par. XVII, 14. XXVI, 11. Adde Num. II, 32. sec. cod. *Holmes.* – צָבָא, *exercitus.* Ies. XXXIV, 2. ubi ἀριθμὸς *multos numero, copias* significat. Est enim, ut ἀριθμέω et ἀριθμητὸς, vox militaris. Vide supra ac in fine huius articuli notata, et *Xenoph. Cyrop.* III, 3, 8. – קָצָה, (ה parag.) *finis.* Ies. II, 7. 8. Sensum expresserunt. – רֹאשׁ, *caput, summa.* Num. I, 49. τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν οὐ λήψῃ, non numeres, seu recenseas eos. Sir. XVII, 2. ἡμέρας ἀριθμοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, numeratos dies (h. e. *paucos*, seu, *certum ac demensum vitae tempus*, i. q. καιρὸς in sequ.) dedit illis. Ibid. XXVI, 1. XXXVII, 28. ἐν ἀριθμῷ ἡμερῶν, in diebus numeratis et paucis. Ibid. XLI, 16. 1 Macc. IX, 65. ἦλθεν ἐν ἀριθμῷ (*Ioseph.* A. I. XIII, 1, 5. συναγαγὼν χεῖρα πολλήν.), cum cohorte militari. Quo sensu et latinis scriptoribus *numerus* usurpari solet. Vide *Intt.* ad *Plinii* Epp. X, 41.

'ΑΡΙΣΤΑ'Ω, *prandeo, cibum capio.* – אָכַל לֶחֶם, *edo panem.* Gen. XLIII, 25. ὅτι ἐκεῖ μέλλει ἀριστᾷν, quod ibi vellet prandere. – בּוֹא, *venio.* 1 Sam. XIV, 25. πᾶσα ἡ γῆ ἠρίστα, vel, ut legendum censet *L. Bos* (in *Praef.* ad LXX) ex *Tertulliano* (de *idol.* cap. 10), οὐκ ἠρίστα, tota terra non prandebat. Sed fateor mihi utramque lectionem esse admodum suspectam, nec improbabile videri coaluisse hic duas versiones,

ita ut ἀριστᾷν ad antecedens לֶחֶם טַעַם referendum sit. - סָעַד, *sustento.* 1 Reg. XIII, 7. ἀρίστησον. Scilicet cibus et potus *fulcra* dicuntur, quia iis vita hominis quasi fulcitur. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1210. ed. *Dathii.*

'ΑΡΙ'ΣΤΕΙΑ, τὰ, praemia. תִּפְאֶרֶת, *gloria. Symm.* Iud. IV, 9. ubi tamen pro ἀρίστεια scribendum videtur ἀριστεῖα. Sic enim alias scribitur. Vide *Pollucem* lib. VI. sect. 186. ubi praemia, quae militibus dantur, Graecis appellari docet ἀριστεῖα, ἐπινίκια, νικητήρια. *Phavor.* ἀριστεῖον, τὸ τοῖς ἀριστεῦσι διδόμενον ἔπαθλον, ἢ τὸ δῶρον τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ.

**'ΑΡΙΣΤΕΙ'Α, ἡ, fortitudo, strenuitas.* 4 Macc. XII, 17. *Hesych.* ἀριστεία, ἀνδραγαθία.

'ΑΡΙΣΤΕΡΕΥ'Ω, sinistra manu utor. הִשְׂמְאִיל, *sinistram peto. Inc.* et *LXX* sec. *Compl.* 1 Par. XII, 2. ἀριστερεύοντες, *sinistrantes.* In *Vat.* legitur ἐξ ἀριστερῶν.

'ΑΡΙΣΤΕΡΟ'Σ, sinister. הִשְׂמְאִיל, *sinistram peto.* Gen. XIII, 9. 2 Sam. XIV, 19. 1 Par. XII, 2. ἐξ ἀριστερῶν, sc. χειρῶν, sec. *Vatic.* - שְׂמֹאל, *sinister.* Gen. XIV, 15. χοβά, ἥ ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ (sc. χειρὶ) Δαμασκοῦ, Choba, quae ad sinistram partem Damasci sita est. Deut. V, 32. οὐκ ἐκκλινεῖς δεξιὰ οὔτε ἀριστερὰ μέρη, non declinabis neque ad dextram neque ad sinistram partem. Vide etiam Deut. XVII, 11. 20. et conf. Ios. I, 7. 2 Sam. II, 19. 21. Iob. XXIII, 9. ἀριστερὰ ποιήσαντος αὐτοῦ, *si ad sinistram se convertit.* - שְׂמָאלִי, idem. Lev. XIV, 15. 16. 2 Par. III, 16. Ez. IV, 4.

**'ΑΡΙΣΤΕΥ'Ω, principatum teneo.* 4 Macc. II, 18. κατὰ τῶν παθῶν ἀριστεῦσαι. Alias notat *fortia facta edere*, v. c. *Hom. Il.* ζ, 208. *Diod. Sic.* lib. II. c. 46.

"ΑΡΙΣΤΟΝ, prandium, cibus. לֶחֶם, *panis, cibus.* 1 Reg. IV, 22. τοῦτο ἄριστον τὸ σολομῶντι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, hic *cibus* Salomonis unaquaque die. - מוֹעֵד, *statutum tempus.* 4 Sam. XXIV, 15. ἕως ὥρας ἀρίστου, usque ad tempus prandii.

**"ΑΡΙΣΤΟΣ, optimus, fortissimus.* 2 Macc. XIII, 15. μετὰ νεανίσκων ἀρίστων.

'ΑΡΙΩ'Θ. Est ipsa vox hebraica אוֹרֹת, 2 Reg. IV, 39. quam de *oleribus* interpretes solent exponere. Sic etiam *Theodoretus:* 'Αριὼθ, οἱ ἄλλοι ἀγριολάχανα ταῦτα ἡρμήνευσαν. Iuxta *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Αριὼθ (sic enim legendum videtur pro 'Αριὼχ, quod est in MS.) sunt ἀκρεμόνια κολοκύντια, *ramosae colocynthides.* Confer de his *Dioscoridem* lib. IV. c. 78. Sed apud *Hesychium* 'Αριὼθ Syris *leaenam* vocatam esse legimus. En verba: 'Αριὼθ, ἡ λέαινα ὑπὸ Σύρων. Hoc vero est אֲרִיּוֹת in regimine. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 1. p. 715.

'ΑΡΚΕΤΟ'Σ, sufficiens. דַּי, *sufficientia. Aqu. Deut.* XXV, 2. πρὸς ἀρκετὸν, *secundum sufficientiam.*

ἈΡΚΕΎΘΙΝΟΣ, *iuniperinus.* בְּרוֹשׁ, *abies.* 2 Par. II, 8. - רֹתֶם. *Aqu.* Ps. CXIX, 4. - שֶׁמֶן, *oleum.* 1 Reg. VI, 31. Sc. שֶׁמֶן apud Chaldaeos non solum de *oliva,* sed etiam de *pinu*, *cupresso* et aliis similibus arboribus adhibetur.

ἌΡΚΕΥΘΟΣ, *iuniperus.* בְּרוֹשׁ, *abies. Inc.* Ps. CIII, 17. *Symm.* Ies. XXXVII, 24. LXX Hos. XIV, 9. - רֹתֶם. *Aqu.* et LXX 1 Reg. XIX, 4. - שֶׁמֶן, *oleum.* 1 Reg. VI, 32. Vide supra s. v. ἀρκεύθινος.

ἈΡΚΈΩ, *sufficio.* הוֹן, *sufficientia. Aqu. Symm. Theod.* et LXX Prov. XXX, 16. ἀρκεῖ. - כִּלְכֵּל Pihel a כּוּל, *capio.* 1 Reg. VIII, 27. 2 Par. VI, 18. - מָצָא, *invenio.* Num. XI, 22. ἀρκέσει αὐτοῖς. Scilicet *invenire alteri aliquid* est *sufficere ad aliquid.* Iud. XXI, 14. sec. *Oxon.* Ios. XVII, 16. Vide supra s. v. ἀρέσκω. - רַב לָכֶם, *multum vobis. Symm.* Num. XVI, 3. ἀρκείτω. - *רַע, *malum.* Num. XXII, 34. ubi loco ἀρκέσει, quod habet *Vatic.*, legendum necessario ἀρέσει, aut ἀρέσκει, ut quoque ἄλλος habet. Praeterea legitur apud LXX Prov. XXX, 15. οὐκ ἠρκέσθη, ὥστε εἰπεῖν, ἱκανὸν, nunquam ita naturam implebat satietate vorandi, nec ita acquiescebat copiis, quae aderant, ut abunde esse diceret: ubi nihil respondet in textu hebraico. Fortasse tamen turbatus est verborum ordo, ut legendum sit: οὐκ εἶπεν ἠρκέσθη, adeoque ἠρκέσθη, ab alio interprete profectum, pertineat ad הוֹן. Vide ad h. l. *Iaegerum.* Sap. XIV, 22. οὐκ ἤρκεσε, *non satis fuerat. Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ἤρκεσεν, ἀρκετὸς γέγονεν. 2 Macc. V, 15. οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις, non *contentus* autem hisce. Sic 1 Tim. VI, 8. τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, hisce *contenti erimus.* Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ἈΡΚΊ. Ita aliis redditur אַרְכִּי, *Archita,* 1 Par. XXVII, 33. ubi LXX πρῶτος habent.

ΤΟ' ἈΡΚΟΥ͂Ν, *quod sufficit.* לְפִי אָכְל, propr. *secundum os cibi.* Ex. XII, 7. *Inc.* sec. *Schol. Vat.* Ex. XVI, 21.

*ἌΡΚΟΣ, *ursus*, i. q. ἄρκτος, omisso τ euphoniae causa, (Vide *Maittaire* de *dialectis l. gr.* p. 394. ed. *Sturzii* et *Iacobs* ad *Anthol. gr.* T. X. p. 139.) monente *Alberti* ad *Hesychii* glossam hanc: Ἄρκος, ἄρκεσμα, τὸ ζῶον. Est vero haec forma ἄρκος pro ἄρκτος potissimum Alexandrinis usitata (cf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. pag. 809.) et legitur quoque apud *Iosephum* A. I. VI, 9. pag. 335. ed. *Haverc.* דֹּב, *ursus.* Iud. I, 35. Thren. III, 9. - דֹּב chald. idem. Dan. VII, 5. sec. *Chis.* ubi vid. *Segaarius anim.* p. 30. Sap. XI, 17. et Sir. XLVII, 3.

ἌΡΚΤΟΣ, *ursus.* *אַיָּלוֹן, *Aialon*, nomen proprium. Iud. I, 35. οὗ αἱ ἄρκτοι. Deduxerunt ab אַיָּלָה, *cerva*, atque feram pro fera posuerunt, quod aliquando Intt. contigit, quando nihil refert ad perfectum sententiae sensum, sive una sive altera species ponatur. Cf. quoque *Eusebii Onom.* s. v

αἰλών, ibique Intt. - דֹּב, *ursus*. 1 Sam. XVII, 34 36. 37. 2 Sam. XVII, 18. 2 Reg. II, 24. et alibi saepius. Sir. XXV, 19. *σκοτιοῖ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὡς ἄρκτος*, obtenebrat vultum suum, ut ursus: ad quem locum vide *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. III. c. 8. p. 809.

'ΑΡΚΤΟΥ῀ΡΟΣ, *arcturus, nomen stellae post caudam maioris ursae positae*, ex *ἄρκτος* et *οὐρά*, *cauda*. כִּימָה, *pleiades, vergiliae*. Iob. IX, 9. Sed sunt ibi nomina astrorum transposita, voce *πλειάδα*, quam non omittunt, alium modo locum occupante. *Aqu.* Amos. V, 8. Vide supra s. v. *ἀκρωτήριον*. *Hesychius*: *Ἀρκτοῦρος, ἀρκτῶος τόπος. διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἑπτὰ ἀστέρες ὁμοῦ καλεῖται ἀρκτοῦρος, ἐπειδὴ ἐπὶ τὸ ἀρκτῶον κατανοεῖ. λέγεται δὲ καὶ ἅμαξα.* Posterioris nominis rationem hanc tradit *Gellius N. A.* lib. II. cap. 21. *Hoc sidus, quia simile plaustri videtur, antiqui Graecorum ἅμαξαν dixerunt.* Rursus *Hesychius* in v. *Ὠρίων* sub fin. *Lexici*: *Καὶ τοῦ Ἀρκτούρου μέμνηται ἡ γραφή, ὃν μεταξὺ τῶν μερῶν τοῦ Ὠρίωνος ὁρῶμεν κείμενον ἀστέρα ὑπόκιῤῥον.*

"ΑΡΜΑ, *currus*. דֶּרֶךְ, *via*. Hos. X, 14. *ἤλπισας ἐν τοῖς ἅρμασί σου*. Legerunt בְּרִכְבְּךָ contextae orationi convenienter. *Codex Vatic.* tamen habet *ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι*, e quo fortasse, per compendium scripto, *ἅρμασι* oriri potuit. - *טְּלָאִים, quod est nomen proprium loci, ac proprie *aguellos* notat. *Inc.* 1 Sam. XV, 4. *ἅρμασιν*. *Vulgatus* habet: *quasi agnos*, ut adeo כַּטְּלָאִים legerit. Hinc non adeo improbabilis est opinio nonnullorum virorum doctorum, qui levissima mutatione *ἄρνασιν* legere malunt. Sed impressa quoque lectio defendi potest, instituta nempe eius collatione cum LXX, qui, nescio quibus causis commoti, loco טְּלָאִים posuerunt nomen alius oppidi *γαλγάλοις*, *Galgalis*. Ad hanc vocem, quae, hebraice scripta (גִּלְגָּל), *rotam* notat, pertinere *ἅρμασιν*, adeoque interpretationem eius graecam exhibere, mihi admodum probabile est. - *מִבְצָר, *munitio*. *Aqu.* et *Symm.* (sec. *Euseb. Onom.* s. v. *μαψάρ*) 2 Sam. XXIV, 7. *Clericus* mutat in *ὀχύρωμα*. Sed rectius *Wesselingius Probab.* c. 25. pag. 217. restituit *φράγμα*, ut quoque *Montf.* e cod. quodam *regio* attulit. - מֶרְכָּב, *currus*. 1 Sam. VIII, 11. ubi scriptor *Catenae Nicephori* loco *ἐν ἅρμασιν αὐτοῦ* e *Iosepho A. I.* VI, 3, 5. posuit *ἐν ἁρματηλάταις αὐτοῦ*. 1 Reg. IV, 26. - מֶרְכָּבָה, idem. Genes. XLI, 43. XLVI, 30. Exod. XIV, 15. et alibi saepius. - *סוּס, *equus*. *Inc.* Hab. III, 8. Videtur ignoti interpretis oculus in transferendo a textu aberrasse, et *τὰ ἅρματα* scripsisse, ubi *ἡ ἱππασία* ponendum fuisset. - *עֲגָלָה, *currus*. *Inc.* Ps. XLV, 10. - פָּרָשׁ, *eques*. *Inc.* Hos. I, 7. quae lectio iudice *Montfauconio* vel alterius interpretis est, vel redundat. Fortasse tamen in mente habuit alia loca V. T., ubi *equi* et *currus* coniunguntur. - רָכַב, *equito*, *vehor*. Ierem. VI, 23. - רֶכֶב,

currus. Gen. L, 9. Exod. XIV, 6. Deut. XI, 4. et alibi saepius. – רִכְבָּה, idem. Ez. XXVII, 20. – רֶכֶשׁ, *equus celer, veredus.* 1 Reg. IV, 28. Ita transtulit ob v. 26., ubi ἅρματα diserte commemorantur.

ἍΡΜΑ, (ita enim scribendum est ab αἴρω, non Ἄρμα, ut edidit *Bielius*) *pondus, onus*, etiam *tributum*, it. *oraculum* מַשָּׂא, *pondus, onus. Aqu.* Deut. I, 12. Ies. XV, 1. Ier. XXIII, 23. ubi *Hieronymus: Vbicunque grave est, quod Dominus comminatur, et plenum ponderis et laboris ac importabile, in titulo ἅρμα i. e. pondus dicitur.* Vide *Drusii Obss.* lib. IX. c. 15. Malach. I, 1. Apud *Hieronymum* ad h. l. legitur ὅραμα, sed vitiose haud dubie, nam in prooemio ad Nahumum legit ipse ἅρμα. Hos. VIII, 10. ubi ἅρμα est *tributum*, et in *Bosiano* exemplo pariter ac Lexico *Montf.* ἅρματος legitur, fortasse operarum errore. Adde *Aquilam* Num. XI, 11. sec. *cod. Paul. Lips.*

ἉΡΜΑΤΗΛΑΤΗΣ, *currus agitator, auriga.* 2 Macc. IX, 4. *Hesych.* ἁρματηλάτης, ἡνίοχος. Adde *Soph. Electr.* v. 703. *Pindar. Pyth.* 2, 153.

ἉΡΜΕΝΟΝ, *instrumentum, armamentum.* סָבַךְ, *perplexum. Symm.* Ps. LXXIII, 6. ἐν ἁρμένοις ξυλίνοις, *instrumentis ligneis.* Sed haec versio cum textu hebraico nullo modo conciliari potest. Fortasse scribendum est ἡρμοσμένοις, aut ἁρμοῖς.

ἉΡΜΟΖΩ, *adapto, apte coagmento, coniungo, desponso*, it. *congruo, conveniens sum.* אָמוֹן, *artifex, opifex*, secundum alios *nutritius.* Prov. VIII, 30. ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. *Vulgatus* reddit: *cum eo eram cuncta componens. Lactantius Inst.* IV. cap. 7. *eram penes illum disponens. Tertullianus* adv. *Hermog.* c. 18. observante *L. Bos. Prol. ad LXX Intt.* c. 3. ἁρμόζουσα vertit *compingens*, sed cap. 32. *modulans.* Apud *Hesychium* eadem vox, ex eodem procul dubio loco, exponitur συμφωνοῦσα, συνοικειουμένη, ἢ κοσμοῦσα. Caeterum vetus poeta etiam apud *Eusebium Praep. Evang.* Lib. XI. cap. 4. p. 505. vocem ἁρμόζεσθαι de Deo usurpavit vorticis coelestis carmina concinnante, h. e. sidera coelestia suavi harmonia captante, ita illum loquentem introducens: εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυροίδη Ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη. – *אָמוֹן, nomen proprium. Nahum. III, 8. ubi pro nomine appellativo habuerunt. Confer *Opuscula Critica* p. 435. – אֹפֶן, *rota*, item *modus, ratio. Aqu. Theod.* Prov. XXV, 11. εἰπεῖν λόγον ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ (subaudiendum videtur πράγμασι), dicere verbum in rebus, quae conveniunt illi, coll. ar. أفان *tempus opportunum*, etiam *varia ratio* et *diversus modus orationis.* – הֵיטִיב, Hiph. a יָטַב, *benefacio.* Nah. III, 8. Ita *Bielius.* Sed vide notata supra ad v. אָמוֹן.

— *הָלַךְ, *eo. Symm.* Cant. VII, 9. ἁρμόζων. Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de vino bono. *Vulgat. dignum.* — מַשְׂכָּלֶת, part. foem. Hiph. *intellegens, prudens.* Prov. XIX, 14. παρὰ δὲ κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρὶ, a Deo autem *coniungitur* mulier cum viro, vel: *desponsatur* mulier viro; ubi nonnulli legisse videntur מְשֻׂכֶּרֶת, h. e. *mercede conducitur.* Ita quoque *Chaldaeus.* Mihi vero LXX verba ἁρμόζεται ἀνδρὶ sensus explendi causa de suo addidisse videntur. Vide ad h. l. *Iaegerum*, ac infra s. v. γυνή. *Hesychius:* ἁρμόζεται, συζεύγνυται. Idem: ἡρμοσάμην, ἐνυμφευσάμην. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. — נָאוָה, partic. foem. a נָאָה, *conveniens, decens.* Prov. XVII, 7. οὐχ ἁρμόσει ἄφρονι χείλη πιστὰ, non *congruunt* stulto labia fidelia. 2 Macc. XIV, 22. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν. *Vulgatus* vertit: *congruum colloquium fecerunt.* Competit ἁρμόζειν musicis, qui voces diversas, graves, acutas et medias inter se contemperant, ut suavem concentum et harmoniam efficiant.

"ΟΡΓΑΝΑ 'ΗΡΜΟΣΜΕ'ΝΑ, *organa* s. *instrumenta adaptata.* כָּל־עֹז, *omni robore.* 2 Sam. VI, 14. ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις, pulsabat instrumenta *adaptata:* ubi LXX pro כָּל ex nonnullorum sententia legerunt כְּלֵי. — עֲצֵי בְרוֹשִׁים, *ligna cupressina* s. *abiegna.* 2 Sam. VI, 5. ubi nonnulli statuunt eos pro עֲצֵי *ligna* legisse עֹזִי, et huic voci subiecisse notionem praestantiae. Sed mihi in utroque loco libere vertisse videntur.

'ΑΡΜΟΝΙ'Α, *compages, iunctura, harmonia, compositio,* item *concentus in musica.* הָמוֹן, *turba,* it. *sonitus.* Ez. XXIII, 42. φωνὴν ἁρμονίας ἀνεκρούοντο, gratum concentum instrumentis musicis faciebant. *Hesych.* ἁρμονίας, συμφωνίας. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἁρμονίας, εὐφωνίας. — עֶצֶם, *os,* in gen. *ossis.* Ez. XXXVII, 7. ὀστέον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ, os ad iuncturam suam: non male quoad sensum, si nempe ἁρμονία ita accipitur, ut sit *id, quod alteri respondet,* adeoque, quia praecesserat עֶצֶם, h. l. *ossa.* 'Αρμονίαν de *quavis iunctura* et *coagmentatione* dici docet *Iacobs* ad *Anthol. Gr.* T. VII. p. 123. et IX. p. 195. *Hesych.* ἁρμονίας, συζεύξεως.

'ΑΡΜΟ'ΝΙΟΣ, *congruus, coaptatus, conveniens.* Sap. XVI, 20. πρὸς πᾶσαν ἁρμόνιον γεῦσιν, ad omnem gustum *congruum et accommodatum.* 4 Macc. XIV, 3.

'ΑΡΜΟ'Σ, *compages, commissura.* Sir. XXVII, 2. ἀνὰ μέσον ἁρμῶν λίθων, in medio compaginis lapidum. *Hesych.* ἁρμῶν, ἁρμονιῶν. Eadem vox de *commissura ossium* usurpata reperitur Hebr. IV, 12. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΡΝΕ'ΟΜΑΙ, *nego, abnego, renuo, recuso.* כִּחֵד Pih. *celo. Symm.* Iob. XV, 18. ubi ἀρνεῖσθαι ἀπό τινος est *celare ab aliquo, occultare.* LXX voce κρύπτειν usi sunt. *Aqu.* Ies. LIX, 13. — כָּחַשׁ, *mentior.* Gen. XVIII, 15. *Aqu.* Ps.

LXV, 3. Sap. XII, 27. ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι, quem olim cognoscere *renuebant.* Ib. XVI, 16. ἀρνούμενοι γάρ σε εἰδέναι ἀσεβεῖς, impii enim, qui te agnoscere *renuebant.* Ib. XVII, 9. ἀρνούμενοι, *nolebant*, vel *non audebant* respicere. Hebr. XI, 24. ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς φαραώ, renuebat vel *nolebat* vocari filius filiae Pharaonis. Vide *Lex. N. T.* s.h.v. *Phav.* ἀρνοῦμαι, ἀπαρνοῦμαι, ἀναίνομαι.

'ΑΡΝΙ'ΟΝ, *agnus, agnellus.* טְלָאִים, plur. *agni. Aqu.* Ies. XL, 11. - כֶּבֶשׂ. Ier. XI, 19.

'ΑΡΝΙ'Α ΠΡΟΒΑ'ΤΩΝ, *agni ovium.* בְּנֵי צֹאן, *filii ovium.* Ps. CXIII, 4. 6. - צְעִירֵי צֹאן, *parvi ovium.* Ier. L, 45.

'ΑΡΟΤΗ'Ρ, *arator.* אִכָּר, *agricola.* Ies. LXI, 5.

'ΑΡΟΤΡΙ'ΑΣΙΣ, *aratio*, i. q. ἀροτριασμὸς apud *Schol. Soph. Antig.* v. 348. חָרִישׁ, *tempus arationis* et *aratio ipsa.* Gen. XLV, 6. 1 Sam. VIII, 12.

'ΑΡΟΤΡΙΑ'Ω et 'ΑΡΟΤΡΙΑ'ΖΩ, *aro.* *חֶרֶשׁ, *testa.* LXX et *Theod.* Ies. XLV, 6. ἀροτριῶν τοὺς ἀροτριῶντας τὴν γῆν. Legerunt cum Schin loco Sin חֹרֵשׁ, את חֹרְשֵׁי, nam חָרַשׁ est *arare.* - חָרַשׁ, *aro.* Deut. XXII, 10. Iud. XIV, 18. sec. *Vat.* ubi reliqui libri καταδαμάζειν habent, utraque autem vox sensu venereo accipienda est. 1 Sam. XVIII, 12. Iob. I, 14. IV, 8. et alibi saepius. Adde *Symm.* Prov. XX, 4. *Aqu.* et *Symm.* Ps. CXXVIII, 3. ubi ἀροτριᾶν sensu metaphorico est i. q. τεκταίνειν. Sir. VII, 13. μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἐπ' ἀδελφῷ σου, ne ara mendacium adversus fratrem tuum, h. e. ne falsitatem fraudemque *moliaris* seu *machineris* adversus fratrem tuum. Ἀροτριᾶν notat h. l. *machinari, fabricari, concinnare, adornare* (conf. *Syrum*), ut חָרַשׁ, Prov. III, 29. Hos. X, 13. Confer *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. I. c. 4. p. 46. qui ἀροτριᾶν ibi idem esse putat, quod *Homericum* βυσσοδομεύειν, de quo vide *Erasmi Adagia* pag. 395. Adde *Schol. Soph. Aiac.* v. 1306.

'ΑΡΟΤΡΙΩ'ΜΕΝΟΣ 'ΑΡΟΤΡΙΩ'ΜΑΙ, *aratus aror.* נֶעְדַּר בַּמַּעְדֵּר Niph. *sarrior sarculo.* Ies. VII, 25. πᾶν ὄρος ἀροτριώμενον ἀροτριωθήσεται, omnes montes, qui dilegenter coli et arari solent.

"ΑΡΟΤΡΟΝ, *aratrum.* אֵת, *ligo.* Ies. II, 4. Ioel. III, 10. Mich. IV, 3. In omnibus his locis *vomeres* (ut speciem pro specie) pro *ligonibus* posuerunt. - מֹרַג, *tribula.* 1 Par. XXI, 13. Vide infra s. כְּלֵי הַבָּקָר. - מַחֲרֵשָׁה, *rutrum, bipalium*, etiam e l. arab. *aratrum. Aqu.* 1 Sam. XIII, 21. - כְּלֵי הַבָּקָר, *instrumenta*, seu *iuga boum. Inc.* 2 Sam. XXIV, 22. sec. *Coislin.* 2. τὰ ἄροτρα. Sed mallem ibi τὰ ἄροτρα potius ad הַמֹּרַגִּים referre. *Ignotus* ille interpres est iudice *Scharfenbergio* in *Prolus. de Iosephi et Vers. Alex. consensu* pag. 22. sine dubio *Iosephus,* qui *A. I.* VII, 13, 4. sensum utcunque reddens, *tribulis* substituit *aratra.*

'ΑΡΟΤΡΟ'ΠΟΥΣ, *vomer*, q. d. *pes aratri*, quod ea parte aratrum terram contingat, et eam quasi inambulet. מַלְמַד, *stimulus*. Iud. III, 31. ἐπάταξε ἐν τῷ ἀροτρόποδι τῶν βοῶν, ubi ἀροτρόποδι est sine dubio alius interpretis, (fortasse *Theodotionis*, secundum notam cod. *Coislin.*) qui מַלְמַד ita vertere *voluit*, versio hic e margine inserta. Conf. *Scharfenbergii anim.* ad h. l. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 29. p. 385. et *Schoettgenii* Diss. de *stimulis boum* §. 6 sequ.

"ΑΡΟΥΡΑ, *arvum*, *terra arata*, *tellus*, item *terra arboribus consita*, *arboretum*. - אֵשֶׁל, *arboretum*, *nemus*. Gen. XXI, 33. ἐφύτευσεν ἄρουραν, ubi *Aqu.* et *Symm.* δένδρων φυτείαν habent. 1 Sam. XXII, 6. et XXXI, 13. Versionem Alexandrinam h. l. quoque *Iosephus* secutus est *A. I.* VI, 14, 8. et VI, 12, 4. - שָׂדֶה, *ager*. *Symm.* Gen. XXVII, 27. 2 Reg. XXIII, 4. - שְׁדֵמוֹת plur. *campestria*. *Aqu.* 2 Reg. XXIII, 4. et Ies. XVI, 8. Hinc ἀρουραῖος apud *Aristoph. Ran.* v. 864. et ἀρωραῖος ibid. *Acharn.* v. 762. Erat etiam Aegyptiis inter mensuras rusticas ἄρουρα centum cubitorum Aegyptiorum. Vide *Eisenschmid.* de *mens.* p. 114.

'ΑΡΠΑΓΗ', *rapina*, *res rapta*, *praeda*. גָּזֵל, idem. Lev. VI, 2. ubi *Schol. Bos.* ἢ ἐν ἀναγκασμῷ. - *גֵּזֶל, idem. Cohel. V, 7. - *גְּזֵלָה, idem. Ies. III, 13. - חָמָס, *vis*, *violentia*, *Theod.* Prov. X, 7. - טְרֵפָה, *raptum*. Nah. II, 12.

"ΑΡΠΑΓΜΑ, idem. *גָּזוּל, *raptum*. Mal. I, 13. ubi ἁρπάγματα *pecudes raptas* notat. - גָּזֵל. *Theod. Symm. LXX* Ps. LXI, 10. LXX Ies. LXI, 8. Ez. XXII, 29. - *גָּזֵל. Ez. XVIII, 18. - גְּזֵלָה. Lev. VI, 4. Ez. XVIII, 7. 12. 16. XXXIII, 15. - טֶרֶף. Iob. XXIX, 17. Ez. XIX, 3. 6. XXII, 25. 27.

'ΑΡΠΑ'ΖΩ, *rapio*. גָּזַל, idem. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. X, 2. ubi ἁρπάζειν significat *vim inferre*, aeque ac apud *Symmachum* Prov. XXII, 22. pro eodem, ubi LXX habent ἀποβιάζεσθαι. Adde *Aqu. Theod.* Prov. XXVIII, 24. - LXX Lev. VI, 4. XIX, 13. ubi pro ἁρπάσεις *Vat.* habet ἁρπᾷ. Confer *Maittaire* de *graecae l. dialectis* p. 62. ed. *Sturzii*. 2 Sam. XXIII, 21. ubi cum ἀφαιρέω in codd. permutatur. - חָטַף, *rapio*. Iud. XXI, 21. Ps. IX, 32. ubi *Grabius* ἁρπάσει ex hebraeo posuit loco ἁρπάσαι. Librariis tribuenda est culpa, quibus, cum ἁρπάσει scribere vellent, ἁρπάσαι ex praecedente commate in mentem recurrebat. - טָרַף, *rapio*, *dilacero*, *dilanio*. *Theod.* et LXX Amos I, 11. LXX Gen. XXXVII, 32. Ps. VII, 2. Ez. XXI, 25. 27. ἁρπάζοντες ἁρπάγματα. - טֶרֶף, *rapina*. Ps. CIII, 22. Legerunt לִטְרֹף. - לָכַד, *capio*. Amos III, 4. - עָשַׁק, *opprimo*. Mich. II, 2. - שָׁלַל, *spolio*. *Symm.* 1 Sam. XIV, 32. Sap. IV, 11. ubi ἁρπάζεσθαι ἐκ τοῦ βίου notat *abripi e vita*, *mori ex Dei voluntate*, adiuncta tamen

notione mortis praematurae, qua Deus hominem malis vitae benevole subtrahit.

῞ΑΡΠΑΞ, *rapax.* טָרַף, *rapio.* Gen. XLIX, 27.

̔ΑΡΠΑ'ΟΜΑΙ, ̔ΑΡΠΩ͂ΜΑΙ, med. *rapio.* טָרַף. Hos. V, 14. *ἐγὼ ἁρπῶμαι, ego rapio. Gloss. MS.* in *Proph. ἁρπῶμαι, ἁρπάζω.* Ita et apud *Hesychium*, et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.*, nisi quod in hoc vitiose legatur *ἅρπομαι* pro *ἁρπῶμαι.*

̓ΑΡ῾ΡΑΒΩ'Ν, *arrhabo, pignus.* עֵרָבוֹן. Gen. XXXVIII, 17. 18. *Hesych. ἀῤῥαβὼν, πρόδομα, καὶ τὸ μνῆστρον.* Vide *Lexicon N. T.* s. h. v.

῎ΑΡ῾ΡΕΝ, *masculus.* זָכָר, idem. Lev. XXVII, 7. Sir. XXXVI, 21.

̓ΑΡ῾ΡΕΝΩΔΩ͂Σ, *mascule, fortiter.* 2 Macc. X, 35. *ἀῤῥενωδῶς καὶ θηριώδει θυμῷ ἔκοπτον, viriliter* et efferato animo feriebant.

*῎ΑΡ῾ΡΗΚΤΟΣ, *infractus, infragilis.* 3 Macc. IV, 8. *τοὺς πόδας ἀῤῥήκτοις κατησφαλισμένοι πέδαις*, constricti pedes *indissolubilibus* seu *firmissimis* compedibus. *Theocrit. Idyll.* XXII, 16. *ἀῤῥήκτοισι χαλάζαις,* Adde *Schol. Aristoph.* ad *Lysistr.* v. 181. ubi in textu adverbium *ἀῤῥήκτως* legitur. *Hesych. ἀῤῥήκτοις, ἀσχίστοις.* Idem: *ἄῤῥηκτον, στερεὸν, ἰσχυρόν.*

῎ΑΡ῾ΡΗΤΟΝ, *infandum, turpe.* חֶבֶל, *confusio. Symm.* Lev. XVIII, 23. ubi LXX *μυσαρὸν* habent.

*῎ΑΡ῾ΡΙΖΟΣ. Vide supra ῎Αριζος. Legitur haec vox apud *Strabonem* I, 46. C. et *Athenaeum* II. p. 61. E.

῎ΑΡ῾ΡΥΠΟΣ ΕἸΜΙ', *non sum sordidatus, mundus sum.* זָכָה, *purus sum. Symm.* Iob. XXV, 4. *ἄῤῥυπος ἔσται.* Alii hanc versionem *Symmachi* ad radicem זָכַךְ referunt. Caeterum pro *ἄῤῥυπος* legitur etiam *ἀῤῥύπωτος*, v. c. apud *Schol. Aeschyl. Pers.* v. 615.

̓ΑΡ῾ΡΩΣΤΕ'Ω, *aegrotus, infirmus sum.* אָנַשׁ, in Niph. נֶאֱנַשׁ, idem. 2 Sam. XII, 15. – חָלָה, *aegroto. Aqu.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XLVIII, 1. LXX 2 Sam. XIII, 5. 6. *ἠῤῥώστησε*, h. e. *simulabat se aegrotum esse*, ubi in textu hebraico est הִתְחַלּוֹת, et *Compl.* habet *προσποιεῖσθαι ἐνοχλεῖσθαι.* 1 Reg. XIV, 1. 2 Par. XXII, 6.

̓ΑΡ῾ΡΩΣΤΗΜΑ, *aegritudo, infirmitas*, etiam *vulnus*, ad imitationem hebr. חֳלִי, quod et *languorem* et *vulnus* notat, v. c. Ier. X, 19. – חֳלִי. *Aqu.* Ies. I, 5. Sir. X, 10. *μακρὸν ἀῤῥώστημα κόπτει ἰατρὸς, vulnus* diuturnum incidit tandem medicus. Ibid. XXX, 16. *ἀῤῥώστημα ἐμμένον.* Ibid. XXXI, 2. *ἀῤῥώστημα βαρύ.*

̓ΑΡ῾ΡΩΣΤΙ'Α et ̓ΑΡ῾ΡΩΣΤΕΙ'Α, idem. חוֹלָה part. foem. *afferens aegritudinem.* Coh. V, 15. *τοῦτο πονηρὰ ἀῤῥωστία*, hoc est *malum* grave. – רָעָה חוֹלָה, *malum afferens*

aegritudinem. Coh. V, 12. – חֳלִי, *infirmitas*, *morbus*. 1 Reg. XVII, 17. ἀῤῥωστία κραταιά. 2 Reg. I, 2. Ps. XL, 3. *Aqu. Symm*. Ps. XXXIV, 13. – *חֲלוֹת infin. a חָלָה, *terere*, *atterere*, unde quandoque ad mortem transfertur. *Aqu*. Ps. LXXVI, 11. – מַחֲלָה. *Al*. 2 Par. XXI, 15. *Aqu*. *Theod*. Prov. XVIII, 14. – מַכְשֵׁלָה, *offendiculum*. *Symm*. *Theod*. Ies. III, 5. *Hesych*. ἀῤῥωστία, νόσος, ἀσθένεια.

"ΑΡ"ΡΩΣΤΟΣ, *aegrotus*, *infirmus*. חוֹלֶה partic. *aegrotans*. 1 Reg. XIV, 5. Mal. I, 8.

*"ΑΡ"ΡΩΣΤΟΝ, ΤΟ', *morbus*, *infirmitas*. חוֹלָה. *Theod*. Ez. XXXIV, 4.

*ΑΡΣ. genit. 'ΑΡΝΟ'Σ, *agnus*. *גֵּר, *peregrinus*. Ies. V, 17. גָּרִים, ἄρνες: ubi vulgo putant eos legisse כָּרִים, sed potuerunt quoque vocem deducere a גּוּר, *catulus*, quod de *omnibus animalibus*, *quae lacte matris adhuc nutriuntur*, dicitur. – *טְלָאִים, *Telaim*, nomen proprium. 1 Sam. XV, 4. *Inc*. ἄρνασιν. Sic enim legendum est pro ἄρμασιν, quod *Montfauconius* protulit e Cod. *Coislin*. Nomen proprium loci accepit pro appellativo, nam טָלֶה significat *agnum*. – *טָלוּא, *versicolor*, *maculosus*. Gen. XXX, 35. ἐν τοῖς ἄρνασι. Legerunt בַּטְּלָאִים, a טְלִי, *agnellus*. – *כֶּבֶשׂ, *agnus*. Exod. XII, 5. ubi ἄρνες et ἀμνοὶ in codd. permutantur. – כַּר, *aries*, *agnus*. *Symm*. Ies. XXXIV, 6. – *מְרִיא, *pinguis*. 2 Sam. VI, 13. Scilicet videbatur LXX vox hebr., qua *omne saginatum pecus* indicatur, inprimis coniuncta cum שׁוֹר, nimis vaga esse, vel non cogitabant utramque vocem iunctim per hendiadyn commode verti posse *boves saginatos*. Posuerunt itaque vocabulum, quod certam speciem pecorum saginatorum indicat, nempe agnos, quemadmodum *Vulgatus* eandem ob causam *arietem*, et *Symmachus* πρόβατον posuerunt. Non opus igitur est coniectura *Lud. de Dieu*, qui putat eos inversis literis pro מְרִיא legisse אִמַּר, quod Chaldaeis et Syris *agnum* notat. Eadem observatio valet quoque de loco Ies. I, 11. – *עֲרֹעֵר, *Aroer*, nomen proprium. Ios. XII, 2. ἀπὸ ἀρνῶν sec. cod. *Rom*. Sed sincerior ibi est lectio ἀρωήρ. Vide ad h. l. *Bonfrerium*. – *רְבִיבִים, *imbres*, *pluviae copiosae*. Mich. V, 6. Nescio, an forte vertere voluerint רַכִּיכִים, *teneri*, coll. Gen. XIX, 7. *Cappello* in *notis criticis* ad h. l. et in *Critica S*. p. 749. pro ἄρνες videtur legendum ῥάνιες, h. e. ῥανίδες, a ῥανὶς, *stilla*, *guttula*. Bene *Hieronymus* transtulit *stillae*.

"ΑΡΣΕΝ et "ΑΡΣΗΝ, *mas*, *masculus*, *masculum*. אִישׁ, *vir*. Gen. VII, 2. ἄρσεν καὶ θῆλυ, sc. γένος, sexum masculinum et foemininum. Confer *L. Bos. Ellips. gr*. p. 35. – בֵּן, *filius*. Ex. I, 16. II, 2. – גֶּבֶר, *vir*. Iob. III, 3. – זָכָר, *masculus*. Gen. I, 27. V, 2. Ex. XII, 5. Num. XXXI, 35. ubi cum ἀνὴρ in codd. permutatur, et alibi saepius. Adde

Symm. Ier. XXX, 6. - בֶּן זָכָר, *filius maris.* Ier. XX, 15. - זֵכֶר, *memoria.* Ies. XXVI, 14. Statui quidem posset, eos זָכָר legisse, nisi verosimilius esset, eos sensum expressisse. Nam זֵכֶר *memoria* est h. l. metaphorice de *posteris* intellegendum, *quibus memoria parentum conservatur.* - יֶלֶד, *puer, puerulus.* Ex. I, 17. 18. 2 Macc. VII, 21. ἄρσενι θυμῷ, *masculo* animo.

'ΑΡΣΕΝΙΚΟ'Σ, *masculinus.* *אִישׁ, *vir. Inc.* Ios. V, 4. - זָכוּר. Ex. XXIII, 17. Deut. XVI, 16. XX, 13. - זָכָר. Gen. XVII, 10. 12. πᾶν ἀρσενικὸν, scil. γένος. Ibid. XXXIV, 15. Ex. I, 22. sec. *Oxon.* et alibi passim. - מִקְנֶה זָכָר, *pecus, quod masculum nascitur.* Ex. XXXIV, 19. 1 Macc. V, 28.

*"ΑΡΣΗΣ, *masculus.* זָכָר. *Symm.* Ier. XXX, 6. ἄρσης. Formam hanc Lexica ignorant, et procul dubio legendum ἄρσην.

"ΑΡΣΙΣ, *elevatio, evectio, celsitudo, dignitas,* item *illud, quod fertur, tollitur,* sive *onus.* *מַלְקוֹחַ, *captura. Inc.* (sine dubio *Samar.*) sec. marg. cod. 130. *Holmes.* Num. XXXI, 26. - מַסָּע, *profectio. Symm.* Iob. XLI, 17. λόγχης ἄρσις καὶ θώρακος, lanceae elevatio et thoracis: ubi non opus est, ut statuamus eum legisse מַשָּׂא. Vide infra s. v. αἴρω. - מַשָּׂא, *onus.* 2 Reg. VIII, 9. ἄρσιν τεσσαράκοντα καμήλων, onus quadraginra camelorum. 1 Par. XV, 22. ἐν τῇ ἄρσει, sc. τοῦ κιβωτοῦ. Inepte: coll. v. 2. et 27. - מַשְׂאֵת, *onus,* item *ferculum.* 2 Sam. XI, 8. ubi ἄρσις, aeque ac hebr. מַשְׂאֵת, non de *ferculo* aut *cibo,* sed de *donis* et *muneribus* accipiendum est. Confer 2 Sam. XIX, 42. ubi *Vulgatus* transtulit per *munera.* - סֵבֶל, *onus.* 1 Reg. V, 15. - סֵבֶל, idem. 1 Reg. XI, 28. κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἄρσεις οἴκου Ἰωσήφ, praefecit eum omnibus operis Iosephitarum, aut: constituit eum praefectum super *tributa. Hesych.* ἄρσεις, ἀποτριάσεις, βαστάγματα. Ps. LXXX, 5. ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ, amovit ab *oneribus* dorsum suum. *Hesychius:* ἄρσεων, βασταγμάτων. - שְׂאֵת, *excellentia. Aqu.* Gen. XLIX, 3. περισσὸς ἄρσει, praestans *dignitate.* Vide *Drusium in Fragm.* p. 70. Adde *Eustathium* ad Od. α', p. 47, 43.

'ΑΡΤΑ'ΒΗ, *genus mensurae,* qua *Aegyptii,* (Vide *Schol. Aristoph. Acharn.* 108.) *Persae,* (*Herodot.* I. c. 192. p. 177. *Eustath.* ad *Il.* ν', p. 1281, 44.) et *Medi* (secundum *Suidam* et *Phavorinum*) olim utebantur in metiendo frumento, capiens medimnum Atticum et choenicas tres, aut etiam mensura illa capacior. Conf. *H. Stephani Thes. l. Gr.* (ed. Lond.) Vol. I. P. 2. p. 210. חֹמֶר, *homer,* mensura Hebraeorum. Ies. V, 10. Vide et Drac. v. 3. et confer *Hodium de textib. Bibl. origin.* p. 116. et *Relandi Diss. Miscell.* P. II. Diss. VIII. p. 134 seq. Vide quoque *Schweighaeuseri Gloss.*

Polyb. et *editores Rom. Cod. Chisiani Danielis* p. 89. *Phavor:* ἀρτάβη, μέτρον μηδικὸν σίτου, ἀττικὸς μέδιμνος.

'ΑΡΤΗ'Ρ, *instrumentum baiulorum, quo aliquid tolli vel levari potest,* item *humerus.* - סֵבֶל, *onus.* Neh. IV, 11. οἱ αἴροντες ἐν τοῖς ἀρτῆρσιν, qui onera portabant, s. tollentes humeris.

*''ΑΡΤΙ, *nunc.* עַתָּה, *nunc.* Dan. IX, 22. et X, 12. sec. *Coislin.* 2 Macc. X, 28. *Moeris Attic.* p. 68. ἄρτι, οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου, οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν λέγουσι. Vide *Schol.* ad *Aristoph. Nub.* v. 1148. *Ruhnken.* ad *Timaeum* p. 37. *Graevium* ad *Lucian.* T. III. p. 553. ac *Villoisonium anim.* ad *Longum* p. 176.

'ΑΡΤΟΚΟΠΙΚΟ'Σ, *panis elaboratus,* aut *ad pistrinum pertinens, Cerealis,* ab ἀρτοκόπος, *pistor.* אֶשְׁפָּר, *portio pulcra.* 1 Par. XVI, 3. ἄρτον ἕνα ἀρτοκοπικὸν, unam placentam, aut unum panem *elaboratum.* Quidam libri habent ἀρτοκοπιακός.

*'ΑΡΤΟ'Σ, *portatus, gestatus,* ab αἴρω, *porto.* Vox haec a *Bielio* omissa legitur pro מַשָּׂא, *onus,* Num. IV, 27. (πάντα τὰ ἀρτὰ ὑπ' αὐτῶν,) in omnibus fere libris, excepto *Aldino,* ubi est τὰ ἔργα τὰ δι' αὐτῶν, quae versio mihi esse videtur alius interpretis.

''ΑΡΤΟΣ, *panis, cibus.* דָּגָן, *frumentum,* ac per metonymiam *id quod ex frumento paratur.* Ps. LXXVII, 24. 28. ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, panem s. cibum coelestem dedit illis. - חַלָּה, *placenta.* Lev. II, 4. VII, 2. Num. VI, 15. - חַלָּה et לֶחֶם iunctim. Ex. XXIX, 2. ἄρτους ἀζύμους. - חַלַּת לֶחֶם, *placenta panis.* Lev. VIII, 25. ubi tamen alii κολλύραν et κολλύραν ἄρτου habent. - יַעַר, *sylva.* Cant. V, 2. ubi tamen *Grabius Prolegg.* in *LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 4. pro ἄρτον legendum coniicit ἀγρὸν, et ἔφαγον ἀγρὸν interpretatur *comedi fructus agri,* coll. Ps. XLIX, 11. Alii coniectant, pro ἄρτον scribendum esse κήριον, qua ipsa voce LXX 1 Sam. XIV, 27. pro יַעְרָה usi sunt. Ita *Faberus* in *Obss. ad Hamarum* Tom. I. p. 289. n. 27. admodum audacter. Alii contra reponere malunt ἀρτυτόν. Mihi secus videtur. יַעַר est h. l. *mel sylvestre ex arboribus destillans,* et in l. arabica de *omni cibo* dicitur. Sic v. c. يغم *escam* notat, *qua capiuntur ferae,* et غيم ac غيمة *lac calefactum, cibus ex lacte.* Iam vero ἄρτος, ut hebr. לֶחֶם, de *alimentis omnis generis* accipi potest. - לֶחֶם, *panis, cibus.* Gen. III, 19. Ex. II, 20. ὅπως φάγῃ ἄρτον, *ut cibum capiat.* Ita et 2 Sam. IX, 7. 1 Reg. XXI, 7. *Inc.* Iud. V, 8. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. Gen. XLIII, 4. ubi אָכַל לֶחֶם, quod locis citatis vertunt φάγειν ἄρτον, interpretantur ἀριστᾷν, *prandere,* et Prov. XXIII, 6. ubi pro לֶחֶם

לֶחֶם *συνδειπνεῖν* posuerunt. Adde Prov. XXX, 22. et Iob. VI, 7. XXX, 4. ubi לֶחֶם *σιτία* et *σῖτα* reddiderunt. Confer quoque *Vorstii Philol. S.* c. 37. - לָהֶם, *ipsis.* Ier. XVI, 6. ubi apertum est eos legisse לֶחֶם. - פַּת, *buccella.* 2 Sam. XII, 3. - *פַּת לֶחֶם, *buccella panis.* Gen. XVIII, 5. Bene quoad sensum. Nam, uti monuit *Lud. de Dieu* ad h. l., פַּת לֶחֶם h. l. non *frustum panis* notat, qualis est *buccella*, sed *panem unum integrum*, qui alias כִּכַּר לֶחֶם, *tracta panis*, dicitur. - *קֹדֶשׁ, *sanctitas.* 1 Sam. XXI, 6. ubi post *ἄρτους* omissum est *ἁγίους*: nam קֹדֶשׁ h. l. *panes sanctos*, *τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως*, notat, ut series orationis luculenter docet. *Vulgatus* habet: *sanctificatum panem.* - *שֵׁבֶט לֶחֶם, *baculus panis.* Ies. XXVIII, 28. ex usu loquendi Hebraeorum, qui nutrimenta *fulcra* מִשְׁעָן *stomachi* appellare solebant, quia iis vita quasi sustentatur. - תָּפֵל, *insipidum.* Iob. VI, 6. Derivarunt sine dubio a פּוּל, *misceri*, *subigi*, unde *Syr.* ܦܝܠܐ, *massa farina subacta.* - Legitur praeterea 1 Sam. I, 24. ubi *ἄρτοις* est glossema et interpretamentum verborum sequentium: *Epha farinae.* Tob. I, 11. *ἤσθιον ἐκ τῶν ἄρτων τῶν ἐθνῶν*, edebant de panibus gentilium, h. e. *gentilium more vivebant, se ad eorum praecepta et instituta conformabant.* Conf. Prov. IX, 5. ubi לַחֲמוּ בְלַחְמִי est: *convenienter vivite praeceptis meis.* Sir. XXIII, 17. *πᾶς ἄρτος ἡδύς*, h. e. quoad sensum: *irruit in quaslibet mulieres,* coll. Prov. IX, 17. Sir. XXXI, 27. *λαμπρὸν ἐπ' ἄρτοις εὐλογήσει χείλη*, splendidum in *commessationibus* seu *conviviis* laudant homines. Ib. XXXIII, 29. *ἄρτος*, *nutrimenta omnis generis.*

ἌΡΤΟΙ ἘΝΩΠΙΟΙ, *panes in conspectu*, h. e. *palam seu coram Deo propositi.* לֶחֶם פָּנִים, *panis faciei.* Exod. XXIV, 30.

ἌΡΤΟΝ ΚΛΑΩ, *panem frango*, h. e. *edo*, seu *cibum distribuo.* פָּרַס, *divido*, *distribuo.* Ier. XVI, 6. *οὐ μὴ κλασθῇ ἄρτος ἐν πένθει*, nec *cibus sumatur* tempore luctus. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

ἌΡΤΟΣ ΠΕΣΣΟΜΕΝΟΣ ἘΝ ΣΠΟΔΙΑῚ, *panis, qui coquitur in cineribus.* עֻגָּה, *panis subcinericius. Ed. Vta* Hos. VII, 8. Alias dicitur *ἐγκρυφίας*, de qua voce vide *Hesychium.*

ἌΡΤΟΙ ΤΗΣ ΠΡΟΘΕΣΕΩΣ, *panes propositionis*, seu *palam in templo propositi.* לֶחֶם מַעֲרֶכֶת, *panis dispositionis.* 1 Par. IX, 32. XXIII, 29. - עֵרֶךְ לֶחֶם, *dispositio panis*, s. *panes dispositi.* Ex. XL, 21. - לֶחֶם פָּנִים, *panis faciei.* Ex. XXXV, 12. XXXIX, 36. ubi alii habent *τοὺς προκειμένους.* 1 Reg. VII, 48. - קֹדֶשׁ, *sanctitas*, *sanctum.* 1 Sam. XXI, 6.

ΠΡΟ'ΘΕΣΙΣ "ΑΡΤΩΝ, *propositio panum.* מַעֲרֶכֶת לֶחֶם, *dispositio panum.* 2 Par. XIII, 11. 2 Macc. X, 3.

"ΑΡΤΟΙ ΤΟΥ' ΠΡΟΣΩ'ΠΟΥ, *panes faciei.* מַעֲרֶכֶת לֶחֶם. Neh. X, 33. - לֶחֶם פָּנִים. 1 Sam. XXI, 6.

"ΑΡΤΟΣ ΕΙ'Σ ΤΗ'Ν ΤΡΟΦΗ'Ν, *panis in nutrimentum.* כִּכְּרוֹת לֶחֶם, *tractae panis.* Iud. VIII, 5.

'ΑΡΤΥΣΙΣ, *condimentum.* מֶרְקָחָה, *conditura, pigmentum, condimentum. Symm.* Iob. XLI, 22. ὡς ἀναβρασσομένην ἄρτυσιν, ut ebulliens *condimentum.* Vide supra s. v. ἀναβράσσω. Adde *Athen.* IV, 148. F. IX, 368. C.

'ΑΡΤΥ'Ω, *condio.* רֶקַח, *conditura. Symm.* Cant. VIII, 2. ἠρτυμένου.

'ΑΡΥ'ΟΜΑΙ, *haurio.* הֵפִיק Hiph. a פּוּק, *educo. Symm.* Prov. VIII, 35. ἀρύεται. *Hesych.* ἀρύομαι, ἀντλῶ.

'ΑΡΧΑΙ'ΟΣ, *antiquus, pristinus, praeteritus, prior.* *אֵיתָן, *perennitas, perennis. Aqu.* et *Symm.* Ex. XIV, 27. ἐπὶ τὸν ἀρχαῖον αὐτοῦ, in antiquum locum suum. *Symm.* Ps. LXXIV, 15. *Symm.* 1 Reg. VIII, 2. τῷ ἀρχαίῳ, sc. μηνὶ, prisco vel antiquo mense. Quod perenne est, etiam antiquum dici potest. Suspicor autem, *Symmachum* scripsisse τῶν ἀρχαίων, sc. ὑδάτων, *mensis perennium aquarum*, nostro *Octobri*, aut secundum alios *Septembri* respondens. Fortasse tamen potest et illud τῷ ἀρχαίῳ ad sequ. חַג referri: ut sit festum, s. solemnitas, cuius celebratio inde ab antiquissimis temporibus instituta fuit. Adde *Symm.* Ier. L, 44. - אֵם, *mater.* Ez. XXI, 21. ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν ὁδὸν, quasi *mater via*, h. e. *regia, antiqua.* - אֶתְנַן, *merces meretricia*, it. *mercatura.* Ies. XXIII, 17. εἰς τὸ ἀρχαῖον, in *pristinum suum statum*, h. e. ad mercaturam redeat. Non opus est statuere, eos אֵיתָן legisse, nam sensum expresserunt. - יָשָׁן, *vetus.* Ies. XXII, 11. - לְפָנִים, *ante, prius. Symm.* 1 Sam. IX, 9. κατὰ τὸ ἀρχαῖον, *antiquitus.* - מֵרָחוֹק, *e longinquo.* Ies. XXV, 1. βουλὴν ἀρχαίαν. - *נָדִיב, *liberalis, princeps.* Iob. XXI, 28. ποῦ ἐστὶν οἶκος ἀρχαῖος, sec. *Alex.* Sed rectius in reliquis libris legitur ἄρχοντος. Nam ἀρχαῖον notare h. l. *id quod ad τοὺς ἄρχοντας pertinet ipsisque conveniens est*, ex usu loquendi vix demonstrari poterit. - קֶדֶם, *oriens*, etiam *antiquitas.* 1 Reg. IV, 30. בְּנֵי קֶדֶם, *orientales*, h. l. *Chaldaei*, πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων. Ita quoque *Iosephus A. I.* VIII, 2, 5. Ps. XLIII, 2. CXXXVIII, 4. Ies. XXXVII, 26. Thren. I, 8. II, 17. - *מִנֵּי קֶדֶם, *a quondam, ab antiquo. Symm.* Ps. LXXVII, 2. ἀρχαῖα. - מִקֶּדֶם, *ab antiquo.* Ps. LXXVI, 5. CXLII, 5. - *קְדוּמִים, *Chedummim*, nomen proprium. Iud. V, 21. sec. ed. *Rom.* ἀρχαῖα. - קַדְמֹנִי. 1 Sam. XXIV, 14. Ies. XLIII, 18. - רִאשׁוֹן, *prior, primus.* Ps. LXXVIII, 8. ne memineris ἀνομιῶν ἀρχαίων, iniquitatum *praeteritarum.* Ib. LXXXVIII, 48. ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, beneficia tua *priora.*

Conf. *Fesselii advers. sacra* lib. IV. c. 11. p. 387. = תַּחְתּוֹן, *inferior*. Ies. XXII, 9. τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας. Ita enim dicitur haec piscina inferior, quia superiore antiquior erat. Sap. XIII, 10. χειρὸς ἔργον ἀρχαίας, opus manus antiquae, h. e. antiquum opus antiqui artificis.

᾿ΑΡΧΈΚΑΚΟΣ, *auctor* seu *origo malorum*. גֵּאֶה, *superbus*, *elatus*. *Inc.* Iob. XL, 7. Sc. *superbia* in V. T. etiam de *vitiositate* dicitur. Similes voces sunt ἀρχέγονος (apud *Athen.* III. p. 102. A.), ἀρχεδίκης, et aliae.

᾿ΑΡΧΗ῾, *principium*, *caput*, *princeps*, *regnum*, *imperium*, *dominium*, *principatus*, *munus*, *cohors*, *summa*. *אִם, *si*. Cohel. V, 10. ὅτι ἀρχὴ, ubi *Desvoeux* ad h. l. p. 267. existimat eos scripsisse ὅτι ἂν μὴ, ex quo ὅτι ἀρχὴ facile oriri potuit. – *אֵשׁ, *ignis*. בְּדֵי אֵשׁ, *in igni*. Ier. LI, 58. ἐν ἀρχῇ. Hic indubie pro בְּדֵי אֵשׁ legerunt בְּרֹאשׁ. Nah. I, 6. כָּאֵשׁ, *sicut ignis*, ἀρχὰς, ac si legeretur רֹאשׁ. Ita quoque *Arabs*. Simili modo Amos V, 26. pro כִּיּוּן aliis punctis subiectis legerunt כֵּן. – בִּכּוּרִים, *primitiae*. Ex. XXIV, 22. ἀρχὴν θερισμοῦ, *primitias* messis. – *בָּרָא pro בָּרָה, *eligo*, *seligo*. Ez. XXI, 19. ἐξ ἀρχῆς. Legerunt בְּרֹאשׁ loco בָּרָא, addito שׁ. – חַיִל et contr. חֵל, *exercitus*, it. *propugnaculum*. Abd. 20. ἀρχή. Legerunt הָחֵל infin. Hiph. quod significat *incipere*, a חָלַל. Idem valet de loco Nahum. III, 8. ἧς ἡ ἀρχὴ θάλασσα, ubi notandum, mare videri Alexandriae initium dedisse, uti *Venetorum* urbi, et aliis multis in *Hollandia*. – יוֹרֵשׁ partic. *haeres*. Ier. XLIX, 2. τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, ubi pro יֹרְשָׁיו, *haereditantes eum*, legisse existimant רָאשָׁיו. Sed ἀρχὴ in notione *imperii* ac *dominii* commode cum textu hebr. conciliari potest. – יָשַׁר, *dirigo*. Iob. XXXVII, 3. ubi יִשְׁרֵהוּ, *directio eius*, derivasse videntur a שָׂרָה, *principatum tenuit*. – כֵּן, *basis*, it. *status*. Gen. XLI, 13. ἀποκατασταθῆναι ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ubi ἀρχὴ *pristinum statum* s. *munus* notat, ut adeo non male quoad sensum transtulerint. – כִּפָּה, *ramus*. *Symm.* et LXX Ies. XIX, 15. ἀρχήν. Sensum sequuti sunt. Nam כִּפָּה est h. l. i. q. ראשׁ in antecedentibus et notat *principes*, *homines ordinis superioris*. – לוּחַ, *tabula*. 1 Reg. VII, 35. ἠνοίγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν χειρῶν. Videntur לוּחַ accepisse in notione *prominentiae* ac *conspicui*, quam ei vindicavit *Schultensius* in notis ad *Haririum* p. 71. Ἀρχὴν autem notare *id quod summum est in suo genere* satis constat. – *לִפְנֵי, *coram*. Prov. XV, 33. ἀρχὴ δόξης, h. e. *id quod ducit ad gloriam*. – *מַלְכוּתָא, Chald. *regnum*. Dan. II, 37. sec. *Chis*. – מַמְלָכָה, *regnum*, *imperium*. Deut. XVII, 18. ὅταν καθίσῃ ἐπὶ τοῦ δίφρου τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, cum sederit in throno regni ipsius. Ibid. v. 20. Ies. X, 10. πάσας τὰς ἀρχὰς λήψομαι, omnia *regna* occupabo. – מֶמְשָׁלָה, *dominium*. Gen. I, 16. εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, ad *regendum* diem et moderandam noctem. Ier.

XXXIV, 1. πᾶσα ἡ γῆ ἀρχῆς αὐτοῦ, omnis terra *imperii* ipsius. Mich. IV, 8. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. - מִשְׁפָּט, *modus, ratio.* Gen. XL, 13. κατὰ τὴν ἀρχήν σου προτέραν, sicut antea *munus* tuum fuit. Sc. מִשְׁפָּט notat quoque *vitae agendae rationem.* - מַשְׁקֶה, *poculi ministrandi munus.* Gen. XL, 21. ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, in *munus* eius. Ita bene brevitatis studiosi transtulerunt, praecesserat enim vox ἀρχιοινόχοος. - מִשְׂרָה, *principatus.* Ies. IX, 6. et 7. - נְדָבָה, *spontaneitas, oblatio spontanea.* Ps. CIX, 4. Videntur legisse נְדִיבָה. - סוֹף, *finis, extremitas*, etiam *id, quod summum est in suo genere.* 2 Par. XX, 17. ἐν ἀρχῇ τοῦ ποταμοῦ, in *extremitate* fluvii. - צַמֶּרֶת, *ramus summus.* Ez. XXXI, 3. 10. 14. ubi ἀρχὴ *cacumen, sublimitatem* notat, i. q. ἄκρον, quo vocabulo h. l. usus est *Aquila.* - קֶדֶם, *antiquitas.* Deut. XXXIII, 15. ἀπὸ κορυφῆς ὀρέων ἀρχῆς, in cacumine montium *iam olim celeberrimorum*, s. *antiquissimorum.* Ibid. v. 27. θεὸς ἀρχῆς, deus *antiquus.* Ita enim scribendum est loco θεοῦ ἀρχή. Ies. LI, 9. ὡς ἐν ἀρχῇ ἡμέρας, ut *olim*, seu *antiquissimis temporibus.* - קַדְמָה, idem. Ez. XXXVI, 11. - קֵץ, *finis, extremum.* 2 Sam. XIV, 26. ἐπ' ἀρχῇ ἡμερῶν, in initio dierum, h. e. *sub initium anni.* - קָצֶה mascul. Ez. XLVIII, 1. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς πρὸς βοῤῥᾶν, a *termino* septentrionali. - קָצָה foem. idem. Ex. XXVIII, 23. XXXIX, 15. ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ἀρχάς, in utroque *latere.* Iud. VII, 19. coll. v. 17. - רֹאשׁ, *caput. Inc.* Ex. XXVIII, 23. ubi ἀρχαὶ duo *extrema*, ('Αρχὰς haud raro *extremitates* notare, docet *Iacobs anim. ad Anthol. Gr.* T. XI. p. 50.) seu *utramque summitatem* notat, ut *Vulgatus* vertit, τὸ ἄκρον, coll. v. 24. et 25. LXX Gen. II, 10. de fluvio: ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς, ex quo deinde in quatuor *capita* (h. e. *ostia*) diffindebatur. Gen. XL, 13. recordabitur Pharao τῆς ἀρχῆς σου, *ministerii* tui. Vide et v. 20. Ex. VI, 25. αὗται αἱ ἀρχαὶ πατριᾶς Λευιτῶν, haec *capita* familiae Levitarum. Vide et Hos. I, 11. Mich. III, 1. Num. I, 2. λάβετε ἀρχὴν πάσης συναγωγῆς ἰσραὴλ, sumite *numerum*, seu *summam*, totius populi Israelis, coll. Ps. CXVIII, 160. ἀρχὴ τῶν λόγων σου ἀλήθεια, *summa* verborum tuorum veritas. Vide et Num. IV, 23. I, 49. Iud. VII, 16. dividebant trecentos viros εἰς τρεῖς ἀρχάς, in tres *cohortes.* Vide et Iud. IX, 34. 37. 43. 44. 1 Sam. XI, 11. XIII, 17. Iob. I, 17. 1 Macc. V, 33. et infra s. v. κεφαλή. 1 Par. XI, 15. ἀρχὴ cum ἄρχων permutatur in codd. Ibid. XXVI, 10. υἱοὶ φυλάσσοντες τὴν ἀρχὴν, filii custodientes *principatum*, h. e. filii *primogenitorum praerogativas* tuentes. Sic in Ep. *Iudae* v. 6. ἀρχὴ notat *praerogativam* filiorum Dei, seu *originalem*, in qua angeli mali creati erant, *excellentiam.* Vide *Lex. N. T.* s. h. v. 1 Par. XXIX, 11. εἰς πᾶσαν ἀρχὴν, super omnem *principatum.* 2 Par. XIII, 12. ἰδοὺ

μεθ' ἡμῶν ἐν ἀρχῇ κύριος, ecce *ducem* habemus Deum. Neh. IX, 17. ἔδωκαν ἀρχὴν, constituebant *ducem*. Iob. I, 17. ubi loco ἀρχὰς legendum esse ἀρχοὺς male coniecit *Grotius*. 'Αρχὴ h. l. *cohortem, turmam* notat, τάγμα, ut recte interpretatus est *Aquila*. Conf. *Opuscula Critica* p. 151. et Ps. CXXXVIII, 17. Thren. II, 19. εἰς ἀρχὰς φυλακῆς, *in principiis custodiae*, vel: *in primis vigiliis*. - *רֵאשׁ Chald. Dan. VII, 1. - רִאשׁוֹן, *prior, primus*. Esdr. IX, 2. χεὶρ τῶν ἀρχόντων ἐν τῇ ἀσυνθεσίᾳ ταύτῃ ἐν ἀρχῇ, h. e. proceres in hoc crimine *duces* et *antesignani* fuerunt. Ies. XLI, 27. ἀρχὴν σιὼν δώσω, caput vel *principem* Sioni dabo. Ib. XLIII, 9. - רֵאשִׁית, *principium*, it. *primitiae*. Gen. XLIX, 3. ἀρχὴ τέκνων μου, *primogenitus* meus. Vide et Deut. XXI, 17. - Iob. XL, 14. τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ πλάσματος κυρίου, h. e. hoc *primum locum* inter creaturas Dei *obtinet*, vel praestantissima est creatura. Ita Sir. XI, 3. mel dicitur ἀρχὴ γλυκασμάτων, *principatum tenens* inter dulcia: ubi vid. *Drusius*. Prov. VIII, 22. ἀρχὴν (pro εἰς ἀρχὴν, coll. Thren. II, 19.) ὁδῶν αὐτοῦ, in principio viarum suarum. Am. VI, 1. ἀρχὰς ἐθνῶν, *principes* gentium. *Scharfenbergius* ad *Cappelli Crit. S. T.* III. p. 190. mavult reponere ἀπαρχάς. - שָׁלְטָן Chald. *dominatus*. Dan. VI, 26. ἐν πάσῃ ἀρχῇ τῆς βασιλείας μου, in omni *dominatu*, seu *provincia* regni mei. Ib. VII, 12. μετεστάθη ἡ ἀρχὴ, translatus est *dominatus*. Ib. 14. 26. 27. πᾶσαι αἱ ἀρχαὶ αὐτῷ δουλεύσουσι, omnes *dominatores* s. *principes* illi servient. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v. - *תּוֹחֶלֶת, *spes, exspectatio*. *Theod.* et LXX Iob. XL, 27. (28.) ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ. Videntur legisse תְּחִלָּתוֹ, ab חָחֵל, *incepit*. Potest tamen quoque ἀρχὴ verti: *spes ab initio concepta*, nempe eum capiendi. Certe *Vulgatus* transtulit: *spes eius frustrata est*. Adde *Symm*. Iob. XLI, 4. - תְּחִלָּה, *initium*. Gen. XLI, 21. καθὰ καὶ τὴν ἀρχὴν, quemadmodum et *ab initio, antea, prius*. Iud. XX, 18. ἐν ἀρχῇ, ita ut tanquam *dux* praesit, unde ibi e glossemate additur: ἀφηγούμενος. Prov. IX, 10. Dan. VIII, 1. IX, 21. 23. Sir. I, 14. ἀρχὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν θεὸν, *summa* sapientia est Deum colere: ubi ἀρχὴ notat *id, quod in aliqua re praecipuum est, caput rei*, ad imitationem hebr. רֵאשִׁית. Prov. I, 7. Potest quoque ibi ἀρχὴ de *fonte* accipi, seu de *eo, unde aliquid originem ducit*. Vide *Valcken.* ad *Herodot.* p. 426, 98. Sir. XXIX, 28. ἀρχὴ ζωῆς, *praecipua* victus genera. Ib. XXXIX, 31. ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ πῦρ. Sir. X, 12. ἀρχὴ ὑπερηφανίας, *summa* superbia. Ib. XI, 3. ἀρχὴ γλυκασμάτων, *primas obtinet* in dulcedine. 1 Macc. V, 33. ἐν τρισὶν ἀρχαῖς, tribus *agminibus*, ubi v. *Symm.* Sap. XII, 16. ἡ γὰρ ἰσχύς σου δικαιοσύνης ἀρχὴ, potentia tua *causa* est iustitiae, scil. quia te omnipotentem nullius habere oportet rationem. 'Αρχὴ hic *causam, rationem, fundamentum*

notat, quemadmodum et ib. XIV, 27. cum *αἰτία* permutatur. 4 Macc. IV, 17. *pontificatus*, coll. v. 18.

'ΑΠ' 'ΑΡΧΗ͂Σ, et contracte *ἀπαρχῆς*, *a principio*, *ante initium*, *ab aeterno*. בָּאִים part. plur. *venientes*. 2 Par. XXIII, 8. Recte: nam בָּאֵי הַשַּׁבָּת h. l. sunt *ministerium hebdomadale ingredientes*, ut recte transtulit *Dathius*. - *יָפֶה, *pulcher*. *Symm*. Ps. XLVII, 3. Quid legerit, non facile aliquis divinaverit. Num fortasse legit מִימֵי? Sed sine dubio lectio est vitiosa, et loco ἀπ' ἀρχῆς reponendum est ἀπαρχῆς, quod de *omni*, *quod praestans est*, adhibetur. Vide infra s. ἀφωρισμένος. - מִיּוֹם, *a die*, h. e. *antequam dies esset*. Ies. XLIII, 13. ἔτι ἀπ' ἀρχῆς, iam ante initium, h. e. *ab aeterno*. - מֵעוֹלָם, *a saeculo*. Ios. XXIV, 2. Ies. LXIII, 16. 19. - קֶדֶם, *olim*, *pridem*. Ps. LXXIII, 2. - מִקֶּדֶם, *ab antiquo*. Neh. XII, 45. Ps. LXXVII, 3. Ies. II, 6. - מִימֵי קֶדֶם, *a diebus antiquis*. Ies. XXIII, 7. - לְקַדְמָה, *ad pristinum statum*. Ez. XVI, 54. - בְּרֹאשׁ, *in capite*. Ez. XLII, 12. Amos VI, 7. Nah. III, 10. - לְרֹאשׁ, *ad caput*. Thren. II, 19. - מֵרֹאשׁ, *a capite*. Cohel. III, 11. Cant. IV, 8. Ies. XLVIII, 16. - רִאשֹׁנוֹת, *priora*. Ies. XLII, 9. - בָּרִאשֹׁנָה, *in principio*. 2 Sam. VII, 10. 1 Par. XVII, 9. Zach. XII, 7. - רֵאשִׁית, *primitiae*. Lev. II, 22.

**'ΕΞ 'ΑΡΧΗ͂Σ*, *olim*, *quondam*, *a longo inde tempore*. 1 Macc. XV, 17. ubi pactum, quod Iudaei cum Romanis ante paucos annos fecerant, vocatur ἡ φιλία καὶ συμμαχία ἡ ἐξ ἀρχῆς.

ΚΑΤ' 'ΑΡΧΑ'Σ, et contracte *καταρχὰς*, *in principiis*. לְפָנִים, *ad faciem*, *antea*. Ps. CI, 26. - קֶדֶם, *pridem*, *olim*. Ps. CXVIII, 151.

'ΑΡΧΗΓΕ'ΤΗΣ, *princeps*, item *auctor*. 2 Macc. II, 31. τῷ τῆς ἱστορίας ἀρχηγέτῃ καθήκειν, historiae *auctori* congruere. Adde *Herodot*. IX, 85. p. 541. *Eurip*. *Orest*. 554. *Soph*. *Oed*. *Tyr*. v. 769.

'ΑΡΧΗΓΟ'Σ, *dux*, *princeps*, item *auctor*. - חֹבֵשׁ part. *obligans*, *medicus*. *Symm*. et LXX Ies. III, 6. οὐκ ἔσομαι σου ἀρχηγός. Non legerunt חָמֵשׁ, ut nonnullis visum est, sed rem metaphora signatam expresserunt, et ita verterunt, ut responsio invitationi v. 6. (ubi legebatur קָצִין) responderet. Vide infra s. v. ἐπιδεσμεύω. - *נָסִיךְ, *princeps*, pr. *unctus*. *Theod*. Mich. V, 4. - נָשִׂיא, idem. Num. XIII, 3. XVI, 2. - פֵּאָה, *angulus*, *latus*. Num. XXIV, 17. τοὺς ἀρχηγοὺς μωάβ. Nempe *angulus exterior* aedificii, quia in utrumvis latus prospectui patet, et aedificium continet, pro *principe*, *rege* vel *magnate* sumitur. Conf. *Glassii Philol*. S. p. 1203. et *Lex*. *N*. *T*. s. v. ἀκρογωνιαῖος. Idem valet de *Theodot*. Ier. XLVIII, 45. - פָּקִיד part. Pah. *praefectus*. 2 Par. XXIII, 14. τοῖς ἀρχηγοῖς τῆς δυνάμεως: ubi alii libri ἐπισκόποις habent. -

פְּרָעָה, *ultio*. Iud. V, 2. ἐν τῷ ἄρξασθαι τοὺς ἀρχηγοὺς ἐν ἰσραήλ. Scilicet פֶּרַע in lingua arabica notat *superiorem esse aliis*. Vide infra s. v. ἄρχων. - קָצִין, *dux, princeps*. Iud. XI, 6. ubi cum ἡγούμενος in codd. permutatur. Ies. III, 5. 6. - ראשׁ, *caput*. *Inc.* Hab. III, 14. LXX Ex. VI, 14. Num. XIII, 4. Thren. II, 10. ἀρχηγοὺς παρθένους, *primarias* virgines. - רֵאשִׁית, *principium*. Mich. I, 13. ἀρχηγος ἁμαρτίας ἐπὶ τῇ θυγατρὶ, peccandi *principium fuisti* puellae, aut *auctor* peccati. Sic 1 Macc. IX, 61. ἀρχηγοὶ τῆς κακίας, *auctores* malitiae. In Epistola, quae *Ignatio* tribuitur, ad *Heronem Diacon.* p. 94. diabolus dicitur φθόνου ἀρχηγὸς, h. e. *auctor* invidiae. Eodem sensu vox ἀρχηγὸς occurrit Hebr. II, 10. et XII, 2. Vide *Lexicon N. T.* s. h. v. Adde *Inc.* Ez. X, 11. - שַׂר, *princeps.* Iud. V, 15. Neh. II, 9. Ies. XXX, 4. 1 Macc. X, 47. ἀρχηγὸς λόγων εἰρηνικῶν estis, *qui primus pactum cum aliquo fecit*, aut: *pacem inire tentavit. Syrus:* ܪܫܐ, *primus*. Act. III, 15. ἀρχηγὸς ζωῆς, *qui primus in vitam rediit.* Conf. *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 532.

ʼΑΡΧΗ͂ΘΕΝ, *a principio*, et ʼΕξ ἀρχῆθεν, idem. *מִנִּי קֶדֶם, *a quondam. Aqu.* Ps. LXXVII, 2. - קֶדֶם. *Inc.* et LXX 2 Reg. XIX, 25. ἀπὸ ἡμερῶν ἀρχῆθεν ἔπλασα. Arbitror pro ἀρχῆθεν scribendum esse ἀρχαίων, quia ἀπὸ ἡμερῶν praecessit. *Vulgatus* certe habet: *ex diebus antiquis.* Potest tamen et impressa lectio excusari, si sumamus *Aquilam* esse auctorem huius versionis. *Aqu.* Deut. XXXIII, 15. Psalm. LXVII, 34. Prov. VIII, 22. *Inc.* Ps. XLIII, 2. - *שֶׁבְּטֶרֶם, *qui antequam. Aqu.* Ps. CXXVII, 6. ὁ ἀρχῆθεν, qui ab initio, h. e. statim atque effloruit. *Lexic. Seguer.* in *Bekkeri Anecdotis graecis* T. I. p. 7. ἀρχῆθεν παρὰ μὲν ταῖς ἄλλαις διαλέκτοις εὑρίσκεται, ʼΑττικοῖς δὲ οὐ φίλον. διὸ οὔτε Πλάτωνα οὔτε Θουκυδίδην ἔστιν εὑρεῖν λέγοντα τοῦτο. Legitur apud *Herodotum* III, 80, 16. p. 192. VIII, 22, 17. p. 466.

ʼΑΡΧΙΔΕΣΜΟΦΥ'ΛΑΞ, *summus carceris custos.* שַׂר בֵּית סֹהַר, *praefectus domus carceris.* Gen. XXXIX, 21. 22. 23. - *שַׂר הַטַּבָּחִים, *princeps laniorum*, seu *satellitum.* Gen. XLI, 10. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri ἀρχιμάγειρος habent. Vide infra s. v. ἀρχιδεσμώτης.

ʼΑΡΧΙΔΕΣΜΩ'ΤΗΣ, *princeps captivorum, qui carceribus et capitis damnatis praeest.* שַׂר טַבָּחִים, *praefectus satellitum.* Gen. XL, 4. - שַׂר בֵּית סֹהַר, *praefectus domus carceris. Inc.* Gen. XXXIX, 22.

*ʼΑΡΧΙΕΡΑ'ΟΜΑΙ, *summus sacerdos sum, summo sacerdotio fungor.* 4 Macc. IV, 18.

ʼΑΡΧΙΕΡΑΤΕΥ'Ω, *summo sacerdotio fungor.* 1 Macc. XIV, 47. εὐδόκησεν ἀρχιερατεύειν. Vsus quoque est hac voce *Iosephus A. I.* XIV, 6, 1. p. 692.

ἈΡΧΙΕΡΕΥ'Σ, *summus sacerdos*. כֹּהֵן, *sacerdos*, quandoque etiam *summus sacerdos*, כֹּהֵן הַגָּדוֹל alias dictus. Lev. IV, 3. et 17. 3 Esdr. V, 62. IX, 40. et alibi saepius.

ἈΡΧΙΕΡΩΣΥ'ΝΗ, *summum sacerdotium*. 1 Macc. VII, 21. XI, 27. 57. et alibi passim.

ἈΡΧΙΕΤΑΙ'ΡΟΣ, *princeps amicorum*. הָאַרְכִּי רֵעַ, *Arachites socius*, seu, ut *Bielius* interpretatus est, *socius*, *amicus*, *longus*, et *longo usu probatus*. 2 Sam. XV, 37. XVI, 6. et 1 Paral. XXVII, 33. in quo posteriore loco ἀρχιεταῖρος permutatur cum πρῶτος φίλος in codd. *Fullerus* in *Miscell. Sacris* lib. II. c. 10. p. 230. hic mendum subesse suspicatur, et ὁ ἀρχιεταῖρος Δαβὶδ sic restituit in integrum: ὁ Ἀρχὶ, ἑταῖρος Δαβίδ. In eadem sententia versantur *Flam. Nobilius*, ac *Scharfenbergius* in Diss. de *Iosephi* et *Vers. Alex. consensu* p. 21. qui etiam provocat ad *Complut.* et *Vulgatum*, qui habet: *Chusai Arachites*, *amicus Davidis*. Sed hoc minime fieri posse ex eo statuit *Is. Vossius* de LXX *Intt.* p. 58. quod 1 Par. XXVII, 33. pro ἀρχιεταῖρος LXX habeant πρῶτος φίλος. Et praeterea LXX הָאַרְכִּי רֵעַ recte ita vertisse putat. Nam ad verbum illud sonare *amicum* vel *socium longum*, i. e. *longo usu probatum*. Esse vero veterem amicum et socium non necessitudinis tantum, sed et dignitatis nomen apud reges. LXX translationem praeterea probare *Iosephum*, qui φίλον βέβαιον vocet, i. e. amicum certum et longo usu probatum. Confer *Iosephi A. I.* VII, 9, 6. ubi secundum exempla vulgaria vocatur ἀρχίφιλος.

ἈΡΧΙΕΥΝΟΥ'ΧΟΣ, *princeps eunuchorum*. רַב סָרִיסִים, *magister cubiculariorum*. Dan. I, 3. sec. *Chis.* – שַׂר סָרִיסִים, *praefectus cubiculariorum*. *Theod.* Dan. I, 7. 8. 9. 10. 11. 18.

ἈΡΧΙΜΑ'ΓΕΙΡΟΣ non est *princeps coquorum*, ut vulgo vertitur, sed *praefectus satellitum*, seu *princeps militiae regis* (ut *Vulg.* Dan. II, 14. recte transtulit), seu: ὁ τὴν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἀρχὴν πεπιστευμένος, teste *Iosepho A. I.* X, 10, 3. coll. 8, 5. ubi eum στρατηγὸν appellat. רַב טַבָּחִים, *magister satellitum*, qui ita dicti sunt a parte muneris, e quo capite damnatos occidere tenebantur. 2 Reg. XXIV, 28. 29. 31. etc. Ier. XXXIX, 9. XL, 1. 2. 5. – *רַב טַבָּחַיָּא chald. idem. Dan. II, 14. sec. *Theod.* et *Chis.* – שַׂר טַבָּחִים, *praefectus satellitum*. Gen. XXXVII, 35. XXXIX, 1. XLI, 10. 12. *Phav.* ἀρχιμάγειρος, ἔφορος τῆς βασιλικῆς τραπέζης. Vocem hanc pro militum praefecto sumi vult *Hieronymus* in *Quaest. hebr.* et *Augustinus Quaest.* 27. in *Genesin*, sive id fiat per tropum aliquem, sive quod etiam haec vox generatim pro *mactatore* capi possit, ut perspicue indicat *Hieronymus* eo, quod μαγειρεύειν significet *occidere*, et μαγὶς

ex quorundam sententia sit i. q. *μάχαιρα.* Vide *Bonfrerium* in *Comment.* in *Genes.* p. 287.

'ΑΡΧΙΟΙΝΟΧΟΕΙ'Α, principatus pincernarum, aut: *dignitas eius, qui principem locum inter pincernas obtinet.* כֵּן, *basis, status.* Gen. XL, 13. *ἀποκαταστήσει σε εἰς τὴν ἀρχιοινοχοεῖαν,* (quae prior ipsius fuerat conditio, quae voce hebraica h. l. indicatur.), ubi *Vatic.* *ἀρχιοινοχοΐαν* habet.

'ΑΡΧΙΟΙΝΟΧΌΟΣ, princeps pincernarum. מַשְׁקֶה, *pincerna.* Gen. XL, 1. 5. - שַׂר מַשְׁקִים, *praefectus pincernarum.* Gen. XL, 2. 9. 21. 23. XLI, 9.

'ΑΡΧΙΠΑΤΡΙΏΤΗΣ, princeps familiae, seu: *familiarum.* רָאשֵׁי אָבוֹת, *caput patrum.* Ios. XXI, 1. Adde Daniel. III, 94. sec. *Chis.* ubi *Scharfenbergius* legere mavult *ἀρχισατράπαι,* ut chald. אחשדרפניא respondeat.

'ΑΡΧΙΠΟΙΜΗ'Ν. princeps pastorum. נֹקֵד, *pecuarius.* *Inc.* 2 Reg. III, 4. *Vulg. nutriebat multa pecora.*

'ΑΡΧΙΣΙΤΟΠΟΙΟ'Σ, princeps pistorum. אֹפֶה, *pistor.* Gen. XL, 1. 5. - שַׂר אֹפִים, *praefectus pistorum.* Gen. XL, 2. 16. 22. et XLI, 10. Adde *Philonem de Iosepho* p. 548. B.

'ΑΡΧΙΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, princeps militiae. שַׂר צָבָא, *praefectus exercitus.* Ios. V, 15. 1 Sam. XII, 9. Dan. VIII, 11. Adde *Inc.* 2 Sam. XIX, 13. ubi *Vulgatus: magister militiae.* Adde *Iosephum A. I.* VI, 11, 9. p. 341.

'ΑΡΧΙΣΤΡΆΤΗΓΟΣ ΤΗ͂Σ ΔΥΝΆΜΕΩΣ, magister militiae, seu: *summus imperator exercitus.* שַׂר צָבָא. Gen. XXI, 22. 32. Ios. V, 14.

'ΑΡΧΙΣΩΜΑΤΟΦΥ'ΛΑΞ, summus corporis custos, vel, *qui praeest satellitibus,* seu *stipatoribus.* שֹׁמֵר סַף, *custos liminis.* Esth. II, 21. Recte quoad sensum. - שֹׁמֵר לְרֹאשׁ, *custos capitis.* 1 Sam. XXVIII, 2. Adde *Iosephum A. I.* XII, 2, 4. 6. p. 589.

'ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΕ'Ω, fabrico. חָשַׁב, *cogito, excogito, invenio, machinor.* Ex. XXXV, 32. - מַחֲשָׁבָה, *cogitatio, inventio.* Ex. XXXI, 4. *Aristoph. Pac.* v. 304. *Athen.* IX. p. 378. B. *Theophr. Char.* II, 5.

'ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΕΥ'Ω, idem. חָרָשׁ, *faber.* Ex. XXXVIII, 23.

'ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΝΙ'Α, fabricatio, ars architectonica. חשׁב part. *cogitans,* etiam *fabricans.* Ex. XXXV, 33. Vide *Kreyssigii Symbolas* P. V. p. 14. - מַחֲשָׁבָה, *excogitatio, fabricatio.* Ex. XXXV, 30.

'ΑΡΧΙΤΕ'ΚΤΩΝ, architectus, fabricator. חָרָשׁ, *faber, artifex.* Ies. III, 2. Sir. XXXVIII, 30. 2 Macc. II, 30.

'ΑΡΧΙ'ΦΥΛΟΣ, princeps tribus. רֹאשׁ, *caput.* Ios. XXI, 1. - רֹאשׁ שֵׁבֶט, *caput tribus.* Deut. XXIX, 10.

'ΑΡΧΟΜΑΙ. Vide post ἄρχω.

'ΑΡΧΟΝΤΙΚΆ, quae principis sunt. נְדִיבוֹת. *Symm.* Ies. XXXII, 8.

*ΑΡΧΩ, *impero*, *principatum gero*, item, *principem constituo*. מָשַׁל, *dominor*. Gen I, 18. ὥστε ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, ut *praeessent*, h. e. *lumen praeberent* diei et nocti. Apud *Hesych.* inde, ut videtur, ἄρχειν exponitur λάμπειν, *lucere*. *Augustin.* et *Victor Afric.* in *inchoationem* diei et noctis. Ib. XLV, 26. αὐτὸς ἄρχει πάσης αἰγύπτου, ille *dominus est* totius Aegypti. Iud. VIII, 22. ἄρχε ἡμῶν, *impera* nobis. Vide et v. 23. 1 Par. XXIX, 12. Prov. XXII, 7. – נָדִיב, *liberalis*. Ies. XXXII, 5. Scilicet נָדִיב quoque *principem* notat, a נָדַב, in l. arab. *nobilis fuit*. – נוּעַ, *moveo me*. Iud. IX, 9. 11. 13. πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων. Scilicet *movere se super aliquem* notat in hac orationis serie *praeesse*, *imperare*, coll. v. 8. et 15. Arab. نزع *praecedere* notat. – נֵס, *vexillum*. Ies. XI, 10. ἄρχειν ἐθνῶν. Vexillum superioritatis et dominii signum est. Vide *Glassii Philol. S.* p. 984. Secundum *Bootium anim. sacr.* p. 55. נָשִׂיא legerunt. – סוּר, *recedo*. 1 Sam. XXII, 14. ubi pro סָר, *recedens*, legisse videntur שַׂר, *princeps*. Apparet tamen, e lingua arab. סור antiquitus *ascendendi* notionem habuisse. Vide s. ἀρχός. – *עָנָה, *alternis cano*. 1 Sam. XXI, 11. ubi cum ἐξάρχειν in codd. permutatur, ac latino *praeire* respondet. – עָצַר, *imperando coerceo*. 1 Sam. IX, 17. ἄρξει ἐν τῷ λαῷ. – עַתּוּדִים plur. *hirci*. Ies. XIV, 9. οἱ ἄρξαντες τῆς γῆς. *Hirci* seu *arietes* metaphorice *duces* et *gubernatores* populi significant. Confer Zach. X, 13. – פָּרַע, *ulciscor*. Iud. V, 2. ἐν τῷ ἄρξασθαι, quam notionem habet vox hebraica in l. arabica. Vide infra s. v. ἄρχων. – רָדָה, *dominor*. Gen. I, 26. 28. – *שׁוּר in Piel *intueor*, *contemplor*. *Theod.* Iob. XXXVI, 24. Permutavit fortasse Schin cum Sin. שׂוּר enim est *principatum tenere*. Sed dubiam rem reddit *Vulgatus*, qui habet: *de quo cecinerunt viri*, ex notione *canendi*, quam שׁוּר aeque ac ἄρχειν habet. – שׂוּר, הֵשִׂיר Kal et Hiphil, *principem ago*, *constituo*. Iud. IX, 22. ἦρξεν Ἀβιμέλεχ ἐπὶ τῷ ἰσραὴλ, *tenuit* Abimelech *principatum* super Israelem. Ies. XXXII, 1. Hos. VIII, 4. οὐ δι' ἐμοῦ ἦρξαν, *praefecerunt* tibi *principem* non ex me. – שְׁלֵט Chald. *dominium habeo*. Dan. V, 7. – שָׁפַט, *iudico*. Ies. XL, 23. – שָׁר, *cantor*, a שׁוּר, *cano*. 2 Par. XXXV, 25. εἶπαν πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ ἄρχουσαι θρῆνον, dicebant omnes *praecentores* et *praecentrices* lamentationem. Psalm. LXVII, 27. προέφθασαν οἱ ἄρχοντες καὶ αἱ ἄρχουσαι θρῆνον, praecedebant *praecentores* una cum psallentibus. Hic in vocibus ἄρχοντες et ἄρχουσαι procul dubio subintellegere debemus ᾆσμα vel ᾠδήν. Conf. v. ἐξάρχειν. Eodem autem sensu ἄρχειν legitur apud *Theocrit. Idyll.* α', v. 64. ubi aliquoties ita ingeminatur: ἄρχετε Βουκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. Qui Graecis ἄρχων ᾠδῆς, *Apuleio* in libro *de mundo*

nuncupatur *dux carminis* et *praecentor*. – שֹׂרֵר Pih. a שׂוּר. Vide supra s. שׂוּר. – שָׂרָה, *principem me gero*. *Aqu.* Gen. XXXII, 28. ἦρξας μετὰ θεοῦ, *princeps fuisti* cum Deo. Sed *Philo* de *temul.* p. 251. et de *mutat. nominum* p. 1051. *Aquilam* ὅτι ἴσχυσας μετὰ θεοῦ scripsisse testatur. *Symm.* ἦρξας ἰσχύϊ πρὸς θεὸν, princeps fuisti robore, i. e. praevaluisti robore adversus Deum. – שׂוּר, *principatum gero*. *Aqu. Symm.* Prov. VIII, 16. ἄρξουσι.

ἌΡΧΟΜΑΙ, *incipio*, *dominor*. בָּרָא, *creo*. Gen. II, 3. ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι. Nonnulli existimant LXX legisse הֵחֵל pro בָּרָא, quae tamen voces et forma et sono nimium differunt. Alii contra statuunt eos legisse בָּדָא per *Daleth* μεταστοιχειώσει ipsis familiarissima, nam arab. بدا *incipere*, *excogitare* notat. Mihi autem sensum expressisse videntur, et ἤρξατο ποιῆσαι est i. q. ἐποίησε, coll. Act. I, 1. ibique Intt. – הוֹאִיל Hiph. a יָאַל, *volo*. Gen. XVIII, 27. Fortasse permutarunt הוֹאִיל cum הֵחֵל. Lucem tamen quoque affundit huic versioni arab. أوّل, *primus*. Idem valet quoque de reliquis locis, v. c. Deut. I, 5. Ios. XVII, 12. 1 Par. XVII, 27. ad quem locum vide *Buxtorfium* in *Anticritica* p. 678. Hos. V, 11. quibus adde *Theodot.* Ex. II, 21. – הוּסַד Hoph. a יָסַד, *fundor*. 2 Par. III, 3. ubi tamen הוּסַד, *fundatus est*, redditur a LXX libere vertentibus: ἤρξατο οἰκοδομῆσαι. – הֵחֵל Hiph. a חָלַל, *incipio*. Gen. IX, 20. ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς, scil. εἶναι, h. e. *primus erat agricola Noachus*. Conf. Gen. X, 8. ubi εἶναι additur, et *Fesselii advers. sacra* lib. IV. c. 2. p. 386. *Aqu.* Deut. II, 25. pro אָחֵל, *incipiam*, posuit ἄρξαι: ubi vel rescribendum est ἄρξομαι, vel illud ἄρξαι referendum est ad הָחֵל v. 24. Vide ad h. l. *Scharfenberg.* LXX Deut. III, 24. σὺ ἤρξω δεῖξαι, *tu ostendisti*. V. et Iud. X, 18. XIII, 5. Sic etiam a Scriptoribus N. T. et exteris graecis et latinis ἄρχεσθαι et *coepisse* aliis verbis additur, cum actio ipsa, non actionis initium, significatur. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Num. XVI, 46. ἦρκται, coll. Iob. XIII, 5. et 2 Par. III, 10. *Hesych.* ἦρκται, ἤρξατο. Deut. II, 31. ἦργμαι, *coepi*, coll. 1 Sam. XXII, 15. – *הִקִּיף, *circumeo*. *Inc.* Iob. I, 5. ἤρξαντο, quod est prorsus contrarium iis, quae in textu hebraico leguntur: peractis convivii diebus. Mihi videtur *Inc.* ita interpretari voluisse: *cum in orbem transiissent*, *adeoque iterum inciperent*. Vide ad h. l. *Drusium*. Fortasse tamen ἤρξαντο pertinet ad הָלְכוּ v. 4. pro quo הֵחֵלּוּ legerit. – חָלָה; חִלָּה; הֶחֱלָה, Kal, Pih. Hiph. *aegroto*, *aegrotare facio*. Psalm. LXXVI, 10. νῦν ἠρξάμην. Legisse videntur הַחִלּוֹתִי, ab הֵחֵל, *incepit*, a חָלַל, vel sine ה coniugationis characteristico חִלּוֹתִי, *coepi*. Mich. I, 12. Legerunt

מִי הַחֹל. Hos. VII, 5. Legerunt הַחֹלִי. - יחל Pih. *sperare facio.* Ez. XIII, 6. Deduxerunt a חָלַל, unde הֵחֵל, *incipere.* - *רֹאשׁ, *caput, principium.* Iud. VII, 19. ἐν μέρει τῆς παρεμβολῆς ἀρχομένης, in parte castrorum *primorum.* - *בָּרַע, *dissolvo, dissipo, disturbo.* Iud. V, 2. sec. *Basil.* et *Cod. Reg.* ἐν τῷ ἄρξασθαι: ubi ἄρχεσθαι *dominari, imperare, subiugare,* vel *imperium alteri eripere* notat. - *שׁוּת, *pono.* Hos. VI, 11. ἄρχου τρυγᾶν, *incipe metere.* Acceperunt שׁוּת in notione *faciendi*, quam habet, nec שׁוּת permutarunt cum שׂוּר, *principatum tenere*, aut legerunt שְׁרֵא (a שְׁרָא, quod in libro Esdrae aliquoties occurrit, et Chaldaeis est *incipere*), ut *Bahrdtio* placuit. - שְׁרָא Chald. *incipio.* Esdr. V, 2. coll. 3 Esdr. VI, 2. Sir. XVIII, 6. τότε ἄρχεται, *tunc inveniet tantum superesse, ut quasi de novo incipiendum sit.* 1 Macc. V, 31. ἦρκται ὁ πόλεμος, h. e. *grave esse proelium.* Ita *Syrus* bene quoad sensum, nam ἄρχομαι est h. l. *dominari*, quod si de *proelio* dicitur, est i. q. βαρύνεσθαι, coll. IX, 17. Non opus itaque est coniectura *Trendelenburgii*, eum legisse ἦρται (*Hesych.* αἴρει, ἐγείρει, αὔξει), aut ἦρκται esse i. q. εἶρκται, a verbo εἴργω. Vide quoque ad h. l. notas *Michaelis.*

ἈΡΧΟ'Σ, *princeps, imperator.* מָשַׁל, *dominor. Al.* 2 Sam. XXIII, 3. *Hesych.* ἀρχὸς, ἡγεμών. ἌΡΧΩΝ, idem. *אַבִּיר, *potentissimus. Symm.* 1 Sam. XXI, 7. ἄρχων τῶν νομέων. - אָדוֹן, *dominus.* Ies. XXII, 18. - אַיִל et אֵל, *fortis.* Ex. XV, 15. Ez. XXXI, 11. - אֲנָשִׁים plur. *homines, viri.* Ios. IX, 14. Iud. VIII, 15. - אֲנָשִׁים מְרָאשִׁים, *homines ex capitibus*, i. e. *praecipui.* 2 Paral. XXVIII, 12. - *בַּעַל, *dominus.* 2 Sam. VI, 2. *Vulg.* de *viris.* - *חֶלְדַּי, *Cheldai*, nomen proprium. Zach. VI, 10. παρὰ τῶν ἀρχόντων. N. L. - חֹרִים plur. *ingenui, nobiles.* Ies. XXXIV, 12. Ier. XXVII, 20. et XXXIX, 6. - יָסַר, *erudio.* 1 Paral. XV, 22. ἄρχων τῶν ᾠδῶν, ubi loco יָסַר nonnullis legisse videntur יָשַׁר a rad. שׂוּר, *dominari. Buxtorfius* autem in *Anticritica* p. 636. recte monuit, eos potius putasse סוּר esse i. q. שׂוּר, quemadmodum etiam antiquiores pariter ac recentiores interpretes סוּר recte per *praeesse, praeire*, seu *praecinere* explicarunt. - יָתֵד, *clavus, a quo aliquid suspenditur, paxillus.* Ies. XXII, 23. ubi vel sensum expresserunt (nam *clavus* h. l. metaphorice *principem* notat, a quo quasi pendet res publica), vel respexerunt notionem *excellentiae* ac *eminentiae*, quam quoque vox hebraica habet. - לְאֹם, in plur. לְאֻמִּים, *nationes.* Gen. XXVII, 29. Ies. XXXIV, 1. XLI, 1. XLIII, 4. 9. In omnibus his locis pro arbitrio mihi transtulisse videntur. - מְחֹקֵק part. Pih. *legislator.* Deut. XXXIII, 21. Ies. XXXIII, 22. - מֵלִיץ, *interpres, orator.* Ies. XLIII, 27. Sc. ibi per מְלִיצֵי sunt *sacerdotes* intellegendi, quatenus sunt interpretes voluntatis divinae, qui v. 28. vocantur שָׂרֵי קֹדֶשׁ, *principes*

sanctuarii, quem locum sine dubio in mente habuerunt LXX ita vertentes. – מֶלֶךְ, *rex.* Gen. XLIX, 20. Num. XXIII, 21. Deut. XVII, 14. – מֹלֶךְ, *Molech*, idolum Ammonitarum. Levit. XVIII, 21. XX, 2. 3. 4. 5. Cf. *Outhovium* in *Bibl. Brem.* Class. I. pag. 218. ubi ostendit bene LXX מֹלֶךְ, *Molech* vel *Moloch*, ἄρχοντα vel βασιλέα transtulisse. – מֹשֵׁל, part. *dominator.* Gen. XLV, 8. 2 Par. XXIII, 20. Ps. CIV, 19. 20. – נָגִיד, *antecessor, dux.* 1 Sam. IX, 16. X, 1. XIII, 14. – נָדִיב, *liberalis*, etiam *princeps. Aqu.* Cant. VI, 11. et VII, 11. *Symm.* Ies. XXXII, 8. LXX Iob. XII, 21. Ps. XLVI, 9. Ies. XIII, 2. – נְסִיכִים, plur. *praefecti*, proprie *uncti. Theod. et Vta* Mich. V, 5. LXX Ios. XIII, 21. Ps. LXXXII, 11. Ez. XXXII, 29. – נָשִׂיא, propr. *elatus super alios.* Gen. XXV, 16. XXXIV, 2. Ex. XVI, 22. – *נָשִׁים plur. *foeminae.* Ier. XLIV, 9. ubi legerunt נְשִׂאִים. Nam quod *Cappellus* in *notis critt.* ad h. l. coniicit, eos legisse שָׂרַיו, minus est probabile. – סְגָנִים plur. *antistites.* Neh. IV, 19. V, 7. 17. Ies. XLI, 25. – סְרָנִים plur. *satrapae.* Iud. XVI, 5. 24. 1 Sam. VI, 4. – עֶבֶד, *servus.* Num. XXII, 18. Scilicet vox עֶבֶד haud raro de *ministris regiis* dicitur, et h. l. sermo est de legatis Balaki, qui sec. v. 15. erant nobiles, principes. – פֶּחָה, *dux, praefectus.* Neh. III, 7. V, 14. Adde τοὺς Γ Ier. LI, 57. – פְּקֻדָּה, *visitatio.* Ies. LX, 17. τοὺς ἄρχοντάς σου. Bene ita transtulerunt teriei orationis convenienter: nam פְּקֻדָּה notat quandoque *praefecturam*, et, abstracto posito pro concreto, *praefectum.* – פַּרְעָה, *ultio.* Deut. XXXII, 42. Scilicet arab. فرع *principem* notat, et *magnatem*, unde nomen Pharaonis. – קָדְקֹד, *vertex.* Deut. XXXIII, 20. Ies. III, 16. Sic *vertex* metonymice aliquoties sumitur in SS. In posteriori loco pro ἀρχούσας nonnulli coniecerunt legendum τραχήλους. – קָצִין, *dux, ductor.* Ies. I, 10. XXII, 3. Dan. XI, 18. ראשׁ, *caput. Symm.* Thren. I, 5. LXX Num. I, 4. VII, 2. Iud. X, 18. – רַב *Chald. magister, magnas.* Dan. II, 48. IV, 6. V, 12. – רֹדֶה partic. *dominans.* 1 Reg. IV, 24. – רוֹזְנִים plur. *dominatores.* Ps. II, 2. ubi *Symmachus* ὕπαρχοι habet. Ies. XL, 23. – שֵׁבֶט, *sceptrum.* Gen. XLIX, 10. – שֹׁד, *vastator.* Hos. X, 15. Legerunt כְּשַׂר. Eodem modo et Ies. XVI, 4. pro שֹׁד, *devastatio*, legerunt שַׂר, *princeps.* – שָׂדֶה, *ager.* Gen. XIV, 7. et XXXII, 3. Legerunt שָׂרֵי, quod *principes* notat. – שִׁלְטוֹן Chald. *dominator.* Dan. III, 2. 3. – שַׁלִּיטָא: שַׁלִּיט, idem. Gen. XLII, 6. Dan. II, 10. 15. V, 31. – שׁוֹר, in plur. שְׁוָרִים, *bos, boves.* Hos. XII, 11. ubi in mente habuerunt vocem שׂוּר, *principatum habere*, ab h. l. prorsus alienam. – שָׁר part. a שִׁיר, *cantor.* 2 Par. XXXV, 25. Ps. LXVII, 27. Ἄρχειν habet quandoque notionem *praecinendi*, ut lat. *praeire.* Vide supra. –

שַׂר, in plur. שָׂרִים, *princeps, principes.* Gen. XII, 15. XLVII, 6. Num. XXI, 18. - אִישׁ שַׂר, *vir princeps.* Ex. II, 14. - *שַׂר צָבָא, *princeps militiae, dux militum.* 2 Reg. V, 1. ἄρχων, ubi *Inc.* ἀρχιστράτηγος habet. Praeterea legitur apud LXX Ez. XXVII, 8. ubi verba οἱ ἄρχοντές σου, quibus nihil respondet in textu hebr., videntur e fine commatis huc irrepsisse. 1 Par. XXVIII, 1. ubi pro ἄρχων τῶν θησαυρῶν, seu, ut in aliis libris legitur, γαζοφύλαξ, nihil exstat in textu hebraico. Thren. II, 6. post καὶ ἱερέα additum legitur καὶ ἄρχοντα, cui etiam nihil respondet in textu hebr. Videntur hic duae interpretationes vocis כֹּהֵן coaluisse, et verba καὶ ἄρχοντα tribuenda esse *Symmacho.* כֹּהֵן enim in universum *eum* notat, *qui alicui praeest, praefectum, gubernatorem*, coll. 2 Sam. VIII, 18. Exod. III, 2. (ubi *Chaldaeus* רַבְרְבִין, *duces*, habet) et Iob. XII, 6. ubi ita vocantur *ministri regii.* 3 Esdr. I, 29. ubi respondet hebr. הוֹרִים, *iaculatores*, quod est in textu hebraico. 2 Par. XXXV, 22. ubi interpres potius legit חֹרִים sive הַחֹרִים, *nobiles*, quod recte mavult *Bretschneiderus*, quam הַשָּׂרִים, quod *Trendelenburg* coniecit. Sir. X, 14. ἄρχουσι opponuntur πραέσι, adeoque ἄρχοντες sunt *elati animo, insolentes, superbi, tyranni*, ut *Syrus* quoque et *Arabs* transtulerunt.

ΑΡΧΩΝ ΑΡΧΟ'ΝΤΩΝ, *princeps principum.* שַׂר שָׂרִים, idem. Dan. VIII, 25.

ΑΡΧΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙ'ΑΣ, *princeps regni.* מֶלֶךְ, *rex.* Dan. X, 13.

ΑΡΧΩΝ ΕΙ'ΜΙ', *princeps sum.* - הָיָה מֹשֵׁל, idem. 1 Reg. IV, 21. - הִשְׂתָּרֵר Hithp. a שָׂרַר, *principatum teneo, s. sumo.* Num. XVI, 13.

ΑΡΧΟΥΣΑ, *princeps foemina, principissa.* גְּבֶרֶת, *hera, domina.* Ies. XLVII, 7. - שָׁרָה, part. foem. a שׁוּר, *cantatrix.* 2 Par. XXXV, 25. - שָׂרָה, foem. a שַׂר, *princeps.* Iud. V, 29. 1 Reg. XI, 3. Ies. XLIX, 23. - שָׂרָתִי, cum ה paragogico. Thren. I, 2.

*ΑΡΩ'ΔΙΟΣ i. q. ἐρώδιος. Conf. var. lectt. Deut. XIV, 16. Secundum dialectum Atticam et Doricam α haud raro pro ε ponitur. Hinc latinum *ardea* et *ardeola* fortasse originem suam duxit.

ΑΡΩΜΑ, *aroma, odoramentum.* בֹּשֶׂם, in plur. בְּשָׂמִים, idem. 1 Reg. X, 2. ubi cum ἡδύσματα permutatur in codd. 2 Reg. XX, 15. 1 Par. IX, 29. 30. Adde *Aquilam* Ex. XXX, 27. Cant. VI, 1. πρασιαὶ ἀρώματος, areolae *herbis aromaticis* consitae. - נְכֹאת, *aroma contusum. Aqu. Symm.* Ies. XXXIX, 2. - סַמִּים, plur. 2 Paral. II, 4. *Theod.* Ex. XXX, 7.

ΑΡΩΜΑΤΙ'ΖΩ, *aromatibus condio.* Vsurpatur speciatim de *iis, qui mortuos condiant.* חָנַט, idem. *Aqu.* Gen. L, 26. ἠρωμάτισαν. - חֲנוּט part. Pah. *Aqu.* Gen. L, 3. τῶν ἀρωματιζομένων, *aromatibus conditorum.*

'ΑΣΆΛΕΥΤΟΣ, *inconcussus*, *immotus*. טֹטָפוֹת; plur. *frontalia*, *schedae memoriales*, φυλακτήρια dictae in N. T. Ex. XIII, 16. Deut. VI, 8. et XI, 18. *Sam. Petitum*, qui (in *Var. Lectt.* lib. II. cap. 3.) pro ἀσάλευτα hic legendum censet ἀζάλευτα (h. e. appensa αἰδοῖα ἐπὶ ἀποτροπῇ), merito confutant *Witsius Aegypt.* lib. II. cap. 9. §. 11. et *Spencerus* de *legibus Hebr. ritual.* lib. IV. c. II. p. 1210., quorum posterior etiam approbat sententiam illorum, qui ἀσάλευτα *immota* et *inconcussa* denotare iudicant, et LXX eam vocem usurpasse, quod sensum vocabuli טֹטָפוֹת feliciter interpretentur. Nam vocem illam res notare docet fronti vel manui tam firmiter alligatas, ut illic immotae maneant et inconcussae, atque inde Hebraeos illam ad *phylacteria* significanda aptam existimasse, quae in fronte manuque sinistra semper haerere, praesertim inter orandum, nec inde moveri debuerunt. Sic *Aquila* etiam טֹטָפוֹת interpretatur ἀτίνακτα, *immota*. Male itaque *Michaelis* coniecit LXX exprimere voluisse arab. طَشَّ, *agilis fuit*, et طوف, *expandit alas ad volandum*.

'ΑΣΑΛΙΣΑΗ'Λ vel 'Ασελεισήλ. Est ipsa vox hebr. cum ה praefixo. הַשְּׁלִישִׁי, *tertius*. Ier. XXXVIII, 14.

'ΑΣΑΡΗΜΩ'Θ. Ipsa vox hebr. הַשְּׁרֵמוֹת, pro qua Masoret hae legunt הַשְּׁדֵמוֹת. Ier. XXXI, 40. *Euseb. Onom. urbium et loc. SS.* scribit 'Ασαδημώθ, ac *Aquilam* hanc vocem τὰ προάστεια, *suburbana*, interpretatum esse testatur. Alii *campestria*, *regiones*, *planities* interpretantur.

'ΑΣΑΦΙ'Μ. Ipsa vox hebr. אֲסֻפִּים, *congregationes*. 1 Paral. XXVI, 17. τοῖς ἀσαφίμ. Ita enim ibi in codice quodam scriptum esse pro εἰς τὸ ἐσεφὶμ, vel, ut in Cod. *Alex.* legitur, εἰς τὸ ἀσαφεὶν, recte colligit *Bielius* e *Gloss. MSS.* in *lib. I. Paral.* ubi τοῖς ἀσαφὶμ exponitur τοῖς προθύροις, *vestibulis*.

"ΑΣΒΕΣΤΟΣ, *calx*. חֹמֶר, *caementum*. *Syr.* et *Hebr.* Gen. XI, 3.

'ΑΣΒΌΛΗ, vel ἄσβολος, *fuligo*, *favilla*, secundum *Phavorinum* ex ἄσις, h. e. ῥύπος, et βάλλω. Est enim *fuligo* quasi fumus pulverulentus. שְׁחוֹר, *nigredo*. *Symm.* et LXX Thren. IV, 8.

'ΑΣΈΒΕΙΑ, *impietas*, etiam *iniquitas et iniustitia erga alios*. *בַּעַל, *dominus*, *patronus*. Prov. I, 19. τῇ ἀσεβείᾳ. Legerunt בְּעָוֶלוֹ, quam lectionem faciliorem vulgata iudicat *Iaegerus* ad h. l. — *הַוָּה, *pravitas*. *Inc.* Prov. XI, 6. ubi tamen lectio ἀσεβείᾳ, quae in *Procopio* reperitur, sine dubio profluxit e *Scholio*, quod in editione *Bosiana* reperitur. — זָדוֹן, *superbia*, etiam *impietas*, e stilo SS. Deut. XVIII, 22. ἐν ἀσεβείᾳ ἐλάλησεν ὁ προφήτης, impie, h. e. *non*

iussu divino loquitur hic propheta. - זִמָּה, *scelus.* Ez. XVI, 57. XXIII, 27. 29. - חָמָס, *vis, violentia.* Ps. LXXII, 6. Ier. VI, 7. Ez. XII, 19. Hab. II, 17. ubi *ἀσέβεια iniquitatem erga alios* notat. - חֲרָדָה, *trepidatio.* Prov. XXIX, 25. *ἀσέβεια ἀνδρὶ δίδωσι σφάλμα.* Nescio, cur ita transtulerint. Num fortasse ideo, quia impietas hominem anxie timidum reddere solet, aut quia impietas est obiectum trepidationis aut *pudoris?* nam hanc quoque significatiouem habet arab. خرد. Conf. infra s. v. תּוֹעֵבָה. - מוֹעֵצוֹת, plur. *consilia.* Prov. I, 31. ubi series orationis docet, *consilia prava ac impia* intelligenda esse. - מִרְמָה, *fraus.* Hos. XI, 13. *ἐν ἀσεβείας.* Bene quoad sensum. Nam מִרְמָה, ut כַּחַשׁ, notat h. l. *simulationem pietatis, impietatem,* quae ita vocatur, quia Israelitae promiserant Deo, se eum culturos esse, et Deus hac lege iis promiserat, se eos esse tuiturum et ornaturum, ut adeo Israelitae sic mentiti et Deum dolo circumvenisse viderentur. - סָרָה, *aversio.* Deut. XIX, 16. - עָוֹן, *iniquitas.* Ps. XXXI, 6. Ez. XXXIII, 9. - פֶּשַׁע, *praevaricatio.* 1 Sam. XXIV, 12. Ps. V, 12. LXIV, 3. - *רָשָׁע, *impius.* *Symm.* Prov. XXIV, 15. ubi pro *ἀσέβειαν* vel reponendum est *ἀσεβείᾳ*, quasi legerit בְּרֶשַׁע, vel scribendum est *ἀσεβής.* - רֶשַׁע, *improbitas.* Prov. IV, 17. Coh. VIII, 8. Hos. X, 4. - רִשְׁעָה, idem. Deut. IX, 4. XXV, 3. Prov. XI, 5. - תּוֹעֵבָה, *abominatio,* etiam *impietas,* quatenus est aut esse debet *abominabilis.* Ez. XIV, 6.

'ΑΣΕΒΕ'Ω, *impie ego, impius sum.* הֵזִיד, Hiph. a זוּד, *superbio,* etiam *impie ago,* e stilo V. T. Deut. XVII, 13. XVIII, 20. - זִמָּה, *scelus.* Ez. XVI, 26. - חָמַס, *vim facio.* Prov. VIII, 36. *ἀσεβοῦσιν εἰς τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς*, ubi *ἀσεβεῖν* est i. q. *ἀδικεῖν* (qua voce h. l. *Aqu.* et *Symm.* utuntur) ac notat: *iniurium esse, laedere. Vulg. laedet animam suam.* Ier. XXII, 3. Soph. III, 5. - מָרָה, *rebello.* Thren. III, 41. Impius ex usu loquendi SS. contra Deum rebellare dicitur. - פָּשַׁע, *praevaricor.* Ies. LIX, 13. Ier. II, 8. 29. III, 13. - *רָשׁ, *pauper.* Prov. XXVIII, 3. *ἐν ἀσεβείαις.* Legerunt רֶשַׁע, *improbitate validus.* - רָשַׁע: הִרְשִׁיעַ, Kal et Hiph. Iob. IX, 20. *τὸ στόμα μου ἀσεβήσει,* h. e. ut *Montf.* transtulit: *os meum impia loquetur, adeoque me condemnabit.* *'Ασεβεῖν* est h. l. *tanquam impium tractare,* et ex adiuncto *condemnare.* Ibid. X, 7. 15. Psalm. XVII, 12. - חֶבֶל עָשָׂה, *confusionem facio.* Lev. XX, 12. *ἠσέβησαν,* nefandum seu turpissimum flagitium commiserunt. - תָּם, *integer, perfectus.* Iob. IX, 21. *ἠσέβησα,* ubi *Grabius* in textum e coniectura recepit *ἠυσέβησα,* quam emendationem orationis nexus efflagitat.

'ΑΣΕΒΕΙ͂Ν ΔΙΔΑ'ΣΚΩ, *impie agere doceo* seu *declaro,* h. e. *condemno.* הִרְשִׁיעַ Hiph. *impium pronuncio, condemno.* Iob. X, 2. ubi *Aquila καταδικάζειν* habet.

lenter ac impie agendi, quam habet quandoque פָּרַץ, aut potius legerunt פָּרִיצִים, et acceperunt sensu metaphorico, *qui lacerant* et *perfringunt*, h. e. *proterve violant leges divinas*. – פֹּשֵׁעַ, part. *praevaricator*. Hos. XIV, 10. – *פֶּשַׁע, *praevaricatio*. Thren. I, 5. ἀσεβῶν sec. *Ald.* vitiose pro ἀσεβειῶν e compendio scribendi. – רָעָה, *malum*. Prov. XI, 19. διωγμὸς ἀσεβοῦς: ubi ἀσεβοῦς est a neutro ἀσεβὲς deducendum, id quod postulat hebr. רָעָה, cui respondet. Voluit hoc quoque *Vulgatus*, qui habet: *sectatio malorum*. – רָפָא, *gigas*; it. *mortuus*. Ies. XXVI, 19. ubi vocem hebr. inepte sensu metaphorico acceperunt, coll. Prov. V, 5. et VII, 27. – רָשׁ, *pauper*. Prov. XXVIII, 2. Legerunt רַע. Similis aberratio reperitur Prov. XXIX, 7. – רָשָׁע, *improbus*. Gen. XVIII, 23. 25. Ex. IX, 28. XXIII, 7. – רֶשַׁע, *improbitas*. Cohel. III, 16. VII, 26. – אַנְשֵׁי רֶשַׁע, *viri improbitatis*. Iob. XXXIV, 8. – רִשְׁעָה, *improbitas*. Prov. XIII, 6. – לֹא שָׁמַע, *non audio*. Iob. XXXVI, 12. ἀσεβεῖς, *impios*, *qui non audiunt*, seu admittunt praecepta divina. – *תְּהוֹם, *abyssus*. LXX sec. *Hex*. Iob. XXXVIII, 30. ἀσεβοῦς. Est hoc antiquum mendum, quod *Catena* et alii libri retinuerunt pro ἀβύσσου, (quod etiam in *Compl*. reperitur,) ut iam recte legendum coniecit *Nobilius*. Praeterea legitur apud *Inc*. Iob. VIII, 20. ubi verba παρὰ τὸν ἀσεβῆ εἴη ἂν ὁ εὐσεβὴς (*prae impio fuerit certe pius*), quae in Cod. *Regio* reperiuntur, sunt, ut *Montf*. recte iudicavit, merum scholion aut additamentum e Scriptore Ecclesiastico. De loco Cohel. VII, 21. videndus est *Desvoeux* in *Comment*. ad h. l. p. 260. 1 Macc. III, 15. et IX, 73. ἀσεβὴς *gentilem*, *omnemque* notat, *qui non est Iudaeus*. Vide supra s. v. ἁμαρτωλός. *Hesych*. ἀσεβὴς, ἄθεος, ἁμαρτωλός. *Suidas*: ἀσεβεῖς, οἱ πολυθεΐαν ἢ ἀθεΐαν θρησκεύοντες.

'ΑΣΕΒΗ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *impius sum*. רָשַׁע, *impius sum*. Iob. IX, 29.

ΤΙ'ΘΗΜΙ ΕΙ'ΝΑΙ 'ΑΣΕΒΗ', *pono esse impium*, h. e. *condemno*. הִרְשִׁיעַ Hiph. *improbum pronuncio*, *condemno*. Iob. XXXII, 3.

'ΑΣΕΒΕ'ΣΤΑΤΟΣ, superl. *impiissimus*. רָשָׁע. Iob. XXXIV, 18. Adde 4 Macc. XII, 11.

'ΑΣΕΒΩ'Ν part. *impius*. רָשָׁע, idem. Deut. XXV, 2. Adde Sap. XIV, 9.

*'ΑΣΕΔΕ'Κ. הַהֶרֶס, nomen proprium. Ies. XIX, 18. Cf. *Vriemoet. Obss. Miscell*. p. 82. seq.

'ΑΣΕ'ΛΓΕΙΑ, *lascivia*, *impudicitia*, *scortatio*. Sap. XIV, 26. μοιχεία καὶ ἀσέλγεια. 3 Macc. II, 26. ubi verba ἀναριθμήτοις ἀσελγείαις διηρκέσθη *Bretschneiderus* vertenda putat: *in summa insolentia et iniuria perseveravit*, ut ἀσέλγεια sit *insolentia* et *quaevis insignior iniuria*. *Syrus* ܨܘܥܠܐ, *iniqui-*

tates: Hesych. *ἀσέλγεια, πορνεία. Suidas: ἀσέλγεια, ἀντὶ τοῦ πολυτέλεια. οὕτως Αἰσχίνης. ἡ ἀσέλγεια πορνεία, ἀκαθαρσία, μιαρία.* Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΣΕΛΓΩ͂Σ ΛΑΛΕ'Ω, *lascive loquor.* הֵילִיל, Hiph. a יָלַל, *eiulo. Aqu.* Hos. VII, 14. *ἀσελγῶς ἐλάλησαν:* ad quem locum *Bahrdtius* in *Apparatu Critico* p. 54. observat, יָלַל primum dictum esse de *amantibus, qui prae cupiditate macerante ingemiscunt*, et hinc ortum esse partim *ἀσελγῶς ἐλάλησαν* apud *Aquilam*, partim apud *Symm.* *ἐχρεμέτισαν*, quod de *equis hinnientibus* adhibetur. – מְשָׂרֶכֶת דְּרָךְ *implicans vias.* Ier. II, 23. *Aqu.* et *Symm.* *ἀσελγῶς ἐλάλησαν* e cod. *Colbertino*, ad quem locum vid. *Montf.* Videtur aut scholion esse, aut ad alium locum pertinere: nisi fortasse aliud legerint. *Doederleinius* (in *Eichhornii Repert. bibl. et or. literat.* Tom. I. p. 233.) haec verba ad בִּכְרָה קַלָּה, *dromedaria levis*, referenda, et *ἐλάλησεν* legendum esse coniicit. *Spohnius* ad h. l. arbitratur, diversas radices ab Intt. esse h. l. permutatas, nempe סָרַךְ, et סָרַח, quod notat *luxuriatus est. Kreyssigius* denique in *Symb.* P. VI. p. 4. existimat, ortam esse hanc notam hexaplarem ex loco *Victoris Antiocheni* male intellecto, vel potius non accurate inspecto, quem *Bosius* in notis ad verbum *ὠλόλυξε* laudavit: *'Ωσηὲ δὲ φησὶν ὁ προφήτης* (cap. VII, 14.) *ὀλόλυζον ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτῶν, ὅπερ 'Ακύλας καὶ Σύμμαχος, ἀσελγῶς ἐλάλησαν, ἐξέδωκαν.* Mihi vero sensum formulae *implicare verba* expressisse videntur. Certe arab. شَرَكَ, *implicuit*, transfertur ad *cursum, quo animal lasciviens per involutas ambages et identidem in se quasi replicatas vagatur.* Cf. *Schroederi Obss. Select.* p. 10.

'ΑΣΕ'ΛΗΝΟΣ ΝΥ'Ξ, *nox illunis.* אֹפֶל, *tenebrae. Inc.* Ps. X, 2. Adde *Thucyd.* III, 22.

"ΑΣΗΜΟΣ, *non signatus, non variegatus.* עֲטֻפִים part. Pah. plur. *serotinae pecudes.* Gen. XXX, 42. Nempe oves serotinae ac debiliores non erant variegatae et versicolores, coll. v. 39. et 40. Dicitur etiam *ἄσημος homo obscurus, ignobilis, qui est e plebe*, 3 Macc. I, 14. ubi *Syrus* ܡܣܟܢܐ, *pauperem, egenum*, habet. *Glossae: ἄσημος, ignobilis. ἀσημότης, ignobilitas. Ignobilis, ἄγνωστος, ἄσημος.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

"ΑΣΗΠΤΟΣ, *non putrescens, incorruptus, incorruptibilis.* Iungitur cum *ξύλον* et *στύλος*. – ΞΥ'ΛΟΝ "ΑΣΗΠΤΟΝ, *lignum non putrescens*, legitur pro עֵץ לֹא יִרְקַב, *lignum, quod non putrescit*, Ies. XL, 20. – גֹּפֶר, *cupressus. Inc.* Gen. VI, 14. Speciem pro genere posuerunt. – עֲצֵי שִׁטִּים, *lignum Siddim*, quod est lectissima quaedam cedri species, Exod.

XXV, 5. 10. 13. 23. 28. Deut. X, 5. In omnibus his locis arborem non suo certo ac proprio vocabulo nominarunt, sed descripserunt eius naturam. – צַעֲצֻעִים plur. *id quod ex formis diversis constat*, ex aliorum autem sententia: *instar puerorum*. 2 Par. III, 10. sec. *Ald. Compl.* ἐκ ξύλων ἀσήπτων. Sine dubio mera coniectura ducti, ac veram notionem vocis hebr. ignorantes, ita transtulerunt. – *Στύλος ἄσηπτος*, *columna non putrescens*. עַמּוּד שִׁטִּים, *columna Sittim vel cedrina*. Ex. XXVI, 32. 37. XXXVI, 34. Vide supra s. v. ξύλον ἄσηπτον.

'ΑΣΘΕ'ΝΕΙΑ, *imbecillitas*, *infirmitas*. דְּמִי *meridies*. *Aqu. Symm.* Ies. XXXVIII, 10. Sensum expresserunt ac דְּמִי acceperunt in notione *excidii*. – מִכְשׁוֹל, *offendiculum*. Ier. VI, 21. Admodum cognatae sunt notiones imbecillitatis et offensionis. Nam qui imbecillis est, facile offendit. Vide quoque infra s. v. מַכְשֵׁלָה. Adde *Theod.* Ez. III, 20. – מֻכְשָׁל part. *Hoph. proiectus*. Ierem. XVIII, 23. ἡ ἀσθένεια αὐτῶν. Loco מֻכְשָׁלִים legerunt מִכְשׁוֹלָם. – *מַכְשֵׁלָה, *ruina*. *Symmach. Theod.* Ies. III, 6. ubi non aliter legerunt, sed ἀσθένεια est h. l. metaphorice *respublica afflicta et exhausta*. *Hieronymus* vertit: *ruina*. – מַעֲשֶׂה, *opus*. Ioh. XXXVII, 7. Sensum expresserunt: nam ἀσθένεια est h. l. in eo, quod sine Deo nihil efficere valeant, ut series orationis docet. – עַצֶּבֶת, *dolor*. Ps. XV, 3. – *צֶלַע, *claudicatio*, ac metaphorice in universum *infortunium*. *Ed. VIa* Ps. XXXIV, 15. – שָׁפָל, *humilis*, *demissus*. Cohel. XII, 4. 2 Macc. IX, 21. περιπεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ, incidens in morbum gravem. Ibid. v. 22. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

'ΑΣΘΕΝΕ'Ω, *imbecillis*, *infirmus sum*, *deficio*. אֵין כֹּחַ, *sine robore*. Ies. XLIV, 12. – אֻמְלַל, Pyh. *languesco*. 1 Sam. II, 5. Thren. II, 8. – דָּאַב, *doleo*. Ps. LXXXVII, 19. – דַּל, *tenuis*, *attenuatus*. Iud. VI, 15. sec. *Vat.* ubi ἀσθενεῖν vel de iis dicitur, *qui sunt exigui numero*, vel de iis, *qui sunt in misera et humili conditione*. Posterius h. l., si nempe אֲלָפַי accipitur de *familia*. 2 Sam. III, 1. XIII, 4. τί σοι, ὅτι οὕτως ἀσθενεῖς; quid tibi, quod ita deficias, aut *macie attenueris*? – דָּלַל, *exhaurior*. Ios. XXVIII, 4. – הִתְמוֹלֵל, Hithp. a מוּל, *excisus sum*. Ps. LVII, 7. ἐκτενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν, ubi ἀσθενεῖν de *sagittis* usurpatum notat *scopum non ferire*. *Vulgat. infirmentur*. *Hieron. conterantur*. – חִיל, *parturio*, it. *maneo*. Hos. XI, 7. ἠσθένησεν, quasi legissent חלה a חָלָה. – חָלָה, *aegroto*. Iud. XVI, 7. 11. Ez. XXXIV, Dan. VIII, 27. ἀσθενήσας ἡμέρας πολλάς, h. e. *ieiunavi* per aliquot dies: nam ieiunio maceratur corpus. Eodem modo ἀσθενεῖν *ieiunium agere* notat. 1 Macc. I, 27. ubi etiam *Syrus* sic intellexisse videtur. – חָתַת, *frangor*. 1 Sam. II, 4. τόξον δυνατῶν ἠσθένησε. – *כָּסַל, *stulte ago*. *Theod.* Ier. X, 8.

Non opus est statuere, eum בָּשַׁל legisse, nam etiam arab. كسل notat *languidus fuit*, et *languide egit*. – נִכְשַׁל, כָּשַׁל, הִכְשִׁיל, Kal, Niph. et Hiph. *impingo, impingere facio. Symm. Theod.* Ies. XL, 30. ubi ἀσθενεῖν est: *quasi prae infirmitate cadere et impingere. Vulgat. in infirmitate cadent. Theodot.* Ierem. VIII, 12. *Symm.* Prov. IV, 19. ubi ἀσθενεῖν est *lassari, fatigari.* Causam posuit pro effectu. LXX 1 Sam. II, 4. Iob. IV, 4. Ps. IX, 3. Saepius כָּשַׁל ex usu l. Syr. (ܟܫܠ, *infirmus fuit*) et arab. (كسل, *torpuit, languit*) *debilem esse, debilitari* notat, ut multis exemplis docuit *Simonis* in *Lex. hebr.* p. 836. Adde Hos. XIV, 1. ubi in *Rom.* et *Ald.* vitiose excusum est ἠσθένησαν pro ἠσθένησας. Confer *Grabii Proleg.* T. II. c. 1. Mal. II, 8. ἠσθενήσατε πολλοὺς ἐν νόμῳ: ubi ἀσθενεῖν est *aliis ad peccandum auctorem esse*, i. q. σκανδαλοῦν et σκανδαλίζειν. Fortasse tamen pro ἠσθενήσατε legendum est ἠσθενώσατε, vel ἠσθενίσατε: nam ἀσθενοῦν et ἀσθενίζειν est *infirmare. Aqu.* et *Symmach.* habent: ἐσκανδαλώσατε. – מִכְשׁוֹל, *offendiculum.* Ez. XXI, 15. – מַכְשֵׁלָה, idem. *Theod.* et LXX Soph. I, 3. ἀσθενήσουσιν, ex usu linguae syr. et arab., de quo vide supra s. v. כָּשַׁל. – מָעַד, *nuto, vacillo.* 2 Sam. XXII, 37. ubi cum σαλεύεσθαι permutatur in codd. ac posuerunt antecedens pro consequente: nam nutatio est effectus imbecillitatis pedum. Ἀσθενεῖν igitur h. l. est *prae imbecillitate pedum ac talorum nutare et titubare.* Vide sequ. Ps. XVII, 40. et XXV, 1. – *מֵעַתָּה, *ex tunc.* Dan. X, 17. sec. *Chis.* ἠσθένησα. Forte legit מְעֻנֶּה. – נִלְאָה, *fatigatus sum.* Ps. LXVII, 10. – נִמְהַר Niph. *praecipitor.* Ies. XXXII, 4. ubi οἱ ἀσθενοῦντες metaph. sunt *stulti, insipientes*, quemadmodum נִמְהָרִים *praecipites, temerarii. Vulg.* cor *stultorum.* – סָרַח, *luxurio.* Ezech. XVII, 6. ἐγένετο εἰς ἄμπελον ἀσθενοῦσαν. Ita verterunt oppositionis causa; opponitur enim *cedro.* Praeterea vitis luxurians non solet in altum surgere. – צִפְצֵף, Piel. *pipio.* Ies. XXIX, 4. ἡ φωνή σου ἀσθενήσει. Bene quoad sensum: nam vox humilis et submissa, quam pythones affectabant, recte ἀσθενὴς dici poterat. – קָצַר, *curtus, brevis.* 2 Reg. XIX, 26. ἠσθένησαν τῇ χειρί. Sensum secuti sunt. – רָכַךְ, *mollesco.* Ies. VII, 4. μηδὲ ἡ ψυχή σου ἀσθενείτω, h. e. *neque spem tuam abiicias.* – רָפָה, *deficio. Al.* Iud. XIX, 9. ἠσθένησεν ἡ ἡμέρα εἰς τὴν ἑσπέραν, *deficit* seu *inclinat* dies in vesperam, ubi cum κλίνειν permutatur in codd. Vsurpatur autem h. l. ἀσθενεῖν de *die inclinante ad vesperam*, quia vesperae tempore lux est quasi debilior. – שִׁכֵּל Pih. *orbo.* Malach. III, 11. ubi ἀσθενεῖν dicitur de vitibus infructuosis ac sterili-

bus, certe uvas maturas non producentibus. 1 Macc. II, 6. ubi vid. *Michaelis*. Ibid. XI, 49. ἀσθενεῖν ταῖς διανοίαις est *animis concidere*, *spem abiicere:* ubi vid. *Syrus*. Vide quoque supra s. v. רָכַךְ.

'ΑΣΘΕΝΗ'Σ, *imbecillis*, *infirmus*, *impotens*. אֶבְיוֹן, *egenus*. Prov. XXXI, 9. – דַּל, *tenuis*, *attenuatus*. 2 Sam. XIII, 4. sec. *Vat.* e quo loco luculenter apparet, ἀσθενῆ non semper *eum* notare, *qui morbo aliquo laborat*, sed etiam, *qui morboso similem speciem habet*, et v. c. *pallidus*, seu *tabefactus est*. Adhibetur enim ibi de eo, qui prae amore (qui saepius apud Latinos *morbus* dicitur) macie attenuatur ac pallet: coll. v. 2. *Incertus* ibi habet συντέτηκας. *Vulg. attenuaris macie*. Adde Prov. XXI, 13. – *זוֹעֵף, *tristis*. Dan. I, 10. ubi זוֹעֲפִים sec. *Chis.* redditur per διατετραμμένα καὶ ἀσθενῆ, quorum alterutrum est vel glossa, vel alius interpretis. – חֵלְכָאִים, *congregatio attritorum*, de qua voce videndus est *Schultensius* in *Op. min.* p. 182 seq. *Aqu.* Ps. X, 8. – עָנִי, *afflictus*. Iob. XXXVI, 15. Prov. XXII, 22. οἱ ἄλλοι et LXX ib. XXX, 14. – בֶּן עָנִי, *filius afflictionis*. Prov. XXXI, 5. – רָזָה foem. *macilenta*. Ez. XXXIV, 20. προβάτου ἀσθενοῦς. – רַךְ, *tener*, *mollis*. Gen. XXIX, 17. – רָפֶה, *remissus*, *debilis*. Num. XIII, 19. Iob. IV, 3. – שָׁפָל, *humilis*. Ez. XVII, 14. βασιλείαν ἀσθενῆ. Sap. II, 11. τὸ ἀσθενὲς substantive sumtum est *imbecillitas*, *status in civitate humilis*, *in quo auctoritate et imperio caremus*, ut recte interpretatus est *Bretschneiderus*. Ibid. XIII, 18. τὸ ἀσθενὲς, *impotens*, κατ' ἐξοχὴν dicitur *idolum*.

'ΑΣΘΕΝΗ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *infirmus sum*. אֻמְלַל Pyh. *languesco*. Ps. X, 3.

'ΑΣΘΕΝΗ̃ ΠΟΙΕ'Ω, *infirmum facio*. חָתַת, *conteror*. 1 Sam. II, 9. s. 10. ubi legerunt יְהוָה יָחֵת.

*'ΑΣΘΕΝΟ'ΨΥΧΟΣ, *imbecillis animo*. 4 Macc. XV, 5.

'ΑΣΘΕΝΩ̃Σ, *infirme*, *sine viribus*. 2 Maccab. IX, 21. ἀσθενῶς διεκείμην, *incidi in morbum gravem*.

'ΑΣΘΜΑ, *anhelatio*, *halitus*, ab ἄω, vel ἄημι, *flo*, *spiro*. *זְמוֹרָה, *ramus*. *Symm.* Ez. VIII, 17. ubi videndus *Montf. Drusius* existimat *Hieronymum* legisse ᾆσμα. Sed potest quoque recepta lectio defendi, si ἆσθμα explicatur per *sonitum*, *qui in similitudinem cantici per nares emittitur*. Sap. XI, 19. πυρπνόον φυσῶντας ἆσθμα, ignivomum spirantes halitum. *Antipat. Sidon.* 63. ἆσθμα πυρός. *Hesych.* ἄσθματος, ἐνεχέτου ἀναπνοῆς, πνεύματος. Idem: ἆσθμα, ἀναπνοὴ βιαία, σύρισμα.

'ΑΣΘΜΑΙ'ΝΩ, *anhelo*, *spiritum cum difficultate traho*. Sirac. XXXI, 21. ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ οὐκ ἀσθμαίνει, quo fit, ut in cubili suo non anhelet, h. e. non gravetur ac dolorem sentiat.

'ΑΣΙ'ΔΑ, *Asida.* Ipsa vox hebraica חֲסִידָה, *cieonia,* sic vocata ob beneficentiam. Iob. XXXIX, 13. *Polychronius* apud *Nicet.* ἔστι καὶ ἡ ἀσίδα πτηνὸν μέγιστον, πλὴν εὔηθες, ἣν 'Ακύλας ἐρωδιὸν καὶ ἱέρακα ἐκδέδωκεν. *Olympiodorus:* 'Ασίδα ὁ ἐρωδιός ἐστι κατὰ 'Ακύλαν, ἡ πελαργὸς, ὡς τινὲς ἔφασαν, οὐ καλῶς νοήσαντες. *Gloss. Vett. Hasidia, milvus vel herodius.* Vnde apud *Hesychium* pro 'Ασίδον, ῥαδιῶνα, *Bielio* legendum videtur 'Ασίδαν, ῥωδιῶνα vel ῥωδιόν: nam ἐρωδιὸς etiam ῥωδιὸς dictus est. Vide in v. 'Ερωδιός. Caeterum in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Phavor.* 'Ασίδα exponitur στρουθοκάμηλον.

'ΑΣΙΔΑΙ'ΟΙ, *Asidaei*, vel *Chasidaei*, nomen proprium ex hebr. חֲסִידִים, *pii, benefici.* 1 Macc. VII, 13. 2 Macc. XIV, 6. Ita vocabantur, qui ultra legem institutis quibusdam sive votis se adstringebant, quae vocantur τὰ ἐπίμετρα τοῦ νόμου, quales Ieremiae tempore erant Rechabitae. Vide *Grotium* ad 1 Macc. II, 46.

'ΑΣΙ'ΔΗΡΟΣ, *carens ferro*, seu *ense.* Sap. XVII, 16. εἰς τὴν ἀσίδηρον εἱρκτὴν κατακλεισθεὶς, in *inferratum* carcerem inclusus. Adde *Lucian. Scyth.* p. 341. B. et 850. B.

'ΑΣΙΝΗ'Σ, *illaesus*, *incolumis.* 3 Macc. VI, 7. εἰς φῶς ἀνήγαγες ἀσινῆ, in lucem reduxisti *illaesum.* Ibid. VII, 20. *Hesych.* ἀσινῆ, ἀβλαβῆ. *Aeschyl. Agam.* 1350. *Herodot.* II, 114. p. 129.

'ΑΣΙΤΕ'Ω, *abstineo cibo.* צוּם, *ieiuno.* Esth. IV, 16. ἀσιτήσομεν, pro quo editio *Origenica* male ἀσιτήσωμεν habet. 1 Macc. III, 17. Adde *Diog. Laert.* II, 145.

'ΑΣΙΤΙ', *sine cibo.* Vide 'Εργάζομαι.

'ΑΣΙΤΙ'ΖΩ, *abstineo cibo.* צוּם, *ieiuno.* Esther. IV, 16. Ita *Bielius.* Sed in omnibus libris legitur ibi ἀσιτήσομεν.

'ΑΣΚΕ'Ω, *exerceo, observo.* נִסָּה Pih. *tento. Symmach.* Iud. III, 1. ubi ἀσκεῖν est i. q. πειράζειν. Vide *Theodoret. Quaest.* 8. p. 327. 2 Macc. XV, 4. ὁ κελεύσας ἀσκεῖν τὴν ἑβδομάδα, qui iussit *agere* seu *celebrare* septimum diem.

'ΑΣΚΑΛΑΒΩ'ΤΗΣ, *stellio*, animal simile lacertae. Dicitur et ἀσκάλαβος, ab ἄσκαλος, i. e. *circulus*, quia scilicet *circulis quibusdam aureis velut stellis distinctus et varius est*, unde et *stellio* vocatur. Confer *Aristot. hist. anim.* lib. IX, 1. ubi et *Gaza stellionem* vocat. Adde *Plin. H. N.* XXIX, 4. לְטָאָה. *Al.* Lev. XI, 30. ubi vid. *Bonfrerius* in *Commentario* p. 626. *Hesych.* ἀσκάλαβος, γαλεὸς, ἀσκαλαβώτης, ὁ αὐτός. Vide infra καλαβώτης.

*"ΑΣΚΗΣΙΣ, *exercitatio*, *studium.* 4 Macc. XIII, 21. ἐν νόμῳ θεοῦ ἀσκήσεως. *Hesych.* ἄσκησις, ἐπιμέλεια.

*'ΑΣΚΗΤΗ'Σ, *exercitator*, *qui in rerum divinarum meditatione se exercet.* 4 Maccab. XII, 11. τοὺς τῆς εὐσεβείας ἀσκητὰς, pietatis cultores. *Hesych.* ἀσκητὴς, ἀθλητής.

'ΑΣΚΟΠΥΤΙ'ΝΗ, *uter*, *utris*. Est ab ἀσκὸς, *uter*, et πυτίνη, *vas vinarium*. Iudith. X, 5. ἀσκοπυτίνην οἴνου. *Antiphanem* etiam in *Meleagro* et *Menandrum* in *Chalcedonio* hac voce usum esse discimus ex *Polluce* Lib. X. segm. 73. *Vulg.* usus est voce *ascopera*, quae e Graeco conflata, notat *marsupium* s. *sacculum*, *in quo viatores suas vestes*, *annonam*, *aliaque utensilia reponunt*, *secumque portant*.

'ΑΣΚΟ'Σ, *uter*, *utris*. חֵמֶת, *lagena*. Genes. XXI, 14. ἀσκὸν ὕδατος (pro πεπληρωμένον ἐξ ὕδατος. Vide *L. Bos. Ellips. gr.* pag. 313.), utrem aqua plenum. Ibid. 15. et 19. - *לֶתֶךְ, nomen mensurae, vulgo *semicorus*. *Symm.* Hos. III, 2. - נֹאד, *uter*. Ios. IX, 4. 13. Iud. IV, 19. 1 Sam. XVI, 20. - נֵבֶל, *lagena*. 1 Sam. X, 3. ἀσκὸν οἴνου, *utrem vino repletum*. Sic *Homerus* ἀσκὸν οἴνοιο et ὕδατος dixit *Odyss.* ε, v. 625. sequ. Ier. XIII, 12. נֵד, *acervus*, *cumulus*. *Symm.* et LXX Ps. XXXII, 7. (ὡσεὶ ἀσκόν. Mallem legere ὡς εἰς ἀσκόν.) LXXVII, 16. Legerunt נֹד vel נֹאד. - רָקָב, *putredo*. Iob. XIII, 28. ὡς παλαιοῦμαι ἴσα ἀσκῷ. Hic LXX cum *Arabe* tribuerunt רָקָב notionem *utris*, quam habet in l. Chald. רוקבא, et quae omnino reliquis verbis, in primis posteriori membro, aptior esse videtur, quam notio *putredinis*, ut iam observavit *Vogelius*. Sec. *Middeldorpf.* in *Curis hexapl.* in *Iobum* p. 35. pro ἀσκῷ LXX scripserant σῆς, quod literis maiusculis exaratum facile confundi poterat cum syllaba σκω, repetita litera α finali vocabuli praecedentis ἴσα. - Praeterea legitur Iob. XXXII, 19. ubi ἀσκὸς de suo addideruut, ut sensum magis perspicuum redderent. Vide sequ.

'ΑΣΚΟ'Σ ΓΛΕΥ'ΚΟΥΣ, *uter musti*. יַיִן, *vinum*. Iob. XXXII, 19.

"ΑΣΚΩΜΑ, *pellis muniens remos*, aut secundum *Bielium*, *acervus*, *utris ad instar assurgens*. נֵד, *acervus*. *Symm.* Ios. III, 16. ὡς ἄσκωμα, quod sc. aquae in morem utris intumescerent, et quasi utre continerentur ac prohiberentur, nè defluerent. Legit נֹד, *uter*, ut monuit *Fischerus* de *Verss. GG.* pag. 152. aut potius credidit duarum affinium vocum significationes interdum misceri. *Theodoretus* ad h. l. explicat per ἐπεχομένην τῶν ὑδάτων ῥύμην, οἷον ἠσκοῦτο καὶ ἐκορυφοῦτο. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*. Alias Graecis ἄσκωμα notat *lorum*, *quo scalmus munitur*. Vide *Spanhemium* ad *Aristoph. Ran.* v. 367. *Phavorinus Hesychium* et *Suidam* sequutus ita: ἄσκωμα, δερμάτιόν τι, ᾧ ἐν ταῖς τριήρεσι χρῶνται, καθ' ὃ ἡ κώπη ἐμβάλλεται. ἢ ἄσκωμα λέγεται ὁ ἱμὰς ὁ συνέχων τὴν κώπην πρὸς τῷ σκαλμῷ.

'ΑιΣΜΑ, *canticum*. שִׁיר, masc. idem. *Aqu.* Ps. XXVII, 2. LXX Ps. XXXII, 3. Cohel. VII, 6. - שִׁירָה, foem. Num. XXI, 17. Ies. V, 1. XXIII, 15. - מִזְמוֹר. *Symm.* Ps. IX, 1. - זְמוֹרָה, *ramus*. *Symm.* Ez. VIII, 17. ὡς ἀφιέντες εἰσὶν ἦχον ὡς

ᾆσμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν. *Hieronymus* vertit: *quasi emittentes sonitum in similitudinem cantici per nares suas.* Legit זְמִירָה. Apud *Origenem* pro ᾆσμα ibi male legitur ἄσθμα. Conf. *Drusium* in *fragm.* p. 584. ac *Montfauconium*. *Hesych.* ᾆσμα, ᾠδὴ, ὕμνος, ᾠδῆς ᾆσμα καὶ μέλος ᾠδῆς. Confer *Suiceri Thes. Eccles.* T. I. p. 550.

ἈιΣΜΑ ἈιΣΜΆΤΩΝ, *canticum canticorum.* שִׁיר הַשִּׁירִים, idem. Cant. I, 1. h. e. *canticum praestantissimum,* seu *collectio canticorum.*

ἈΣΜΕΝΊΖΩ, *laetor, gaudeo.* נָכָה, *percutio.* 1 Sam. VI, 19. οὐκ ἠσμένισαν κ. τ. λ. sec. *Vat.* ubi per litotita sensum expresserunt. Hinc apud *Hesychium* Οὐκ ἠσμένισαν exponitur οὐκ ἐχάρησαν. Idem: Ἠσμένισαν, ἐχάρησαν.

ἍΣΜΕΝΟΣ, *gaudens, libens, avidus.* 2 Macc. X, 33. ἄσμενοι. *Hesych.* ἄσμενοι, χαίροντες.

ἈΣΜΈΝΩΣ, *cum gaudio, libenter.* 2 Macc. IV, 12. 3 Macc. III, 15. V, 21. *Hesych.* ἀσμένως, μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, εὐκτέως, προθύμως, ἑκουσίως. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

*ἈΣΜΟΔΑΙ͂ΟΣ, *Asmodaeus.* Est ipsa vox hebr. אַשְׁמְדַי, *perdens*, a שָׁמַד, *perdo*, i. q. ἀβαδὼν (אֲבַדּוֹן) et gr. ἀπολλύων (Apoc. IX, 11.), ὀλοθρεύων. Sap. XV, 25. In *Targum* Eccles. I, 12. vocatur מלכא דשידי, *rex daemonum.* Conf. *Buxtorf. Lex. Talmud.* p. 237. et *Lightfoot. hor. hebr. et talm.* ad Luc. XI, 15. Tob. III, 25.

*ἈΣΜΟΝΑΙ͂ΟΣ i. q. μακκαβαῖος ex hebr. חַשְׁמָן, coll. arab. حاشم et حشيم, *magnas, optimas, magnus magnique famulitii vir*, a حشم. Cf. *Eichhornii Introd.* in *Libros Apocryphos V. T.* p. 217.

*ἌΣΟΦΟΣ, *insipiens.* חָכָם, *sapiens.* Prov. IX, 8. sec. cod. *Alex.* ubi culpa librarii ἄσοφον positum est pro σοφὸν, quod reliqui libri habent.

ἈΣΠΑΖΟΜΑΙ, *saluto.* שָׁאַל, *rogo.* Iob. XVIII, 15. ἠσπάσαντο αὐτὸν εἰς εἰρήνην, salutabant eum ad pacem, h. e. cum apprecatione pacis vel salutis. Quod hic est ἀσπάζεσθαι εἰς εἰρήνην, 1 Maccab. VII, 19. 33. est ἀσπάζεσθαι εἰρηνικῶς. 1 Sam. XXV, 5. sec. *Compl.* 2 Sam. VIII, 10. – שָׁאַל לְשָׁלוֹם, *rogo de pace, i. e. prosperitate.* Exod. XVIII, 7. *Symm.* Ps. CXXI, 6. ἀσπάσασθε τὴν ἱερουσαλὴμ, *precamini pro salute ac prosperitate urbis Hierosolymae.*

ἈΣΠΆΛΑΘΟΣ, *aspalathus*, arbor parva, vel potius arbustum spinosum, flore rosae redolens, praesertim apparente iride, uti tradit *Plinius* XII, 24. *Aristot. Problem.* sect. 12. n. 3. Sir. XXIV, 15. ἀσπάλαθος ἀρωμάτων, aspalathus aromaticus. *Compl.* ὡς πάλαθος, al. ὡς παλάθη. *Vulg.* balsamum. Forte legend. *aspalathum* s. *aspalthum.* Sed *Syrus* quoque *thymiama* habet.

Vide *Hoeschelium* et *Drusium* ad h. l. *Hesych.* ʼΑσπάλαθος, φυτὸν ἀκανθῶδες. Cf. *Dioscoridem* lib. XV. c. 19.

ʼΑΣΠΑ΄ΛΑΞ, (in usu etiam est σπάλαξ.) *talpa*, secundum etymol. ita dicta a σπᾷν, h. e. *vellendo*, eo quod semper terram revellat et rostro fodiat. תנשמת, *chamaeleon*, etiam *noctua*. Lev. XI, 30. ac Deut. XIV, 21. sec. cod. *Basil.* in *Hex.* *Hesych.* ἀσπάλαξ, ζῶον ἐστερημένον ὄψεως. Apud eundem in v. Δωΐ post vocem Δώων, ʼΑσπάλαξ exponitur: μῦς τυφλὸς, ὁ τὴν γῆν τρυπῶν. Vide et *Hesych.* in Σπάδαξ et Τυφλότερος ἀσπάλακος, ac *Schol. Lycophr. Alex.* 121. Adde *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 1026. l. 71.

ʼΑΣΠΙΔΙ΄ΣΚΗ, *scutulum, parvum scutum.* משבצה, *funda annuli.* Ex. XXVIII, 14. (ubi intellegendae sunt *fimbriae aureae, quibus vestis extrema ora* s. περιφέρεια *cingenda erat.*) XXXIX, 14. 17. *Gloss. in Octat.* ἀσπιδίσκους, σκουτάρια. ubi *Bielius* legere mavult ἀσπιδίσκας. *Hesych.* ἀσπιδίσκας, πελτάρια, σκουτάρια. ἢ περιφερὴς κόσμος ὅπλοις ἐοικώς. Adde *Aristoph. Lysistr.* v. 395. ubi vid. *Schol.* 1 Macc. IV, 57. ἀσπιδίσκαις. *Vulgat. scutulis.* *Syrus* ܛܪܣܐ. *Iul. Pollux* Lib. I. §. 143. habet quoque vocem ἀσπιδίσκος, sed alia significatione.

ʼΑΣΠΙΔΟΦΟ΄ΡΟΙ, *scutati, gestantes scutum*, seu *clypeum.* רצים, *cursores.* *Theod.* 2 Reg. XI, 4. 20. Erant scilicet רצים *satellites* ad mandata celerrimo cursu deferenda adhibiti, et reliquorum satellitum instar *armis instructi*, quibus ad tutamen corporis regii, aut ad exequendum regum iussa, aut alios trucidandos uterentur. Cf. *Celeres* regum Romanorum apud *Livium* I, 15. Vox ἀσπιδοφορέω legitur apud *Schol. Aristoph. Nub.* v. 984.

ʼΑΣΠΙΔΩΤΟ΄Σ. קשקשים, *squamae.* *Symm.* ac *Theod.* 1 Sam. XVII, 5. sec. duo codd. *Coislin.* et *Regium.* Sed legendum ibi est λεπιδωτόν. Certe *Inc.*, quem *Symmachum* esse arbitror, Ez. XXIX, 4. nomen קשקשים per λεπίδας transtulit. Male itaque vocabulum ἀσπιδωτὸς *Montfauconius* (e quo sua hausit *Bielius*) non solum in Lexicon suum transtulit, sed etiam latine reddidit *scutatus*, cum tamen ἀσπὶς sit *clypeus*, non *scutum*, et *lorica scutata* ne cogitari quidem possit. ʼΗμιθωράκια λεπιδωτὰ memorantur a *Longo Pastorall.* I. pag. 25. ubi vid. *Mollus* p. 30. seq.

ʼΑΣΠΙΛΟΣ, *sine macula.* זך, *purus sum.* *Symm.* Iob. XV, 15. *Hesych.* ἄσπιλος, ἄμωμος, καθαρός.

ʼΑΣΠΙ΄Σ, *scutum, clypeus*, item *aspis*, *serpentis genus* ac *genus quoddam aspidum ab aliis distinctum.* אפעה, *vipera.* Ies. XXX, 6. — כידון, *clypeus*, a כדן, quod in l. aethiop. notat *tegere, protegere, defendere.* *Symm.* Ios. VIII, 18. LXX 1 Sam. XVII, 6. 45. ἀσπὶς χαλκῆ, *scutum aereum.*

Hesych. ἀσπὶς, ὅπλον πολεμικὸν, τὸ σκουτάριον. - מָגֵן, *scutum.* 1 Par. V, 18. Iob. XV, 26. ἐν πάχει νώτου ἀσπίδος αὐτοῦ, in crassitudine dorsi scuti sui. Si lectio sana est, verba haec LXX pendent ab hebraico יָרוּץ (*curret*, h. e. *impetum faciet*,) initio commatis, quod non prorsus incommodum, nec a textu hebraico alienum esset. Bene enim scuto dorsum crassum ob formam eius tribui potest. Non tamen plane silentio praetereundum est, *Vulgatum* verba haec Alexandrinorum tanquam sententiam separatam accepisse, et ita transtulisse: et *pingui cervice armatus est*, ut adeo loco ἀσπίδος αὐτοῦ legisse videatur ἀσπὶς αὐτοῦ, quod etiam bonum sensum gignit. *Theodotionis* versio h. l. cum impressa lectione LXX Intt. conspirat. Iob. XLI, 7. - מִשְׁבְּצָה, *funda annuli.* Exod. XXVIII, 13. ubi libri nonnulli ἀσπιδίσκας habent. - עַכְשׁוּב, *aspis.* Ps. CXXXIX, 3. - פֶּתֶן, idem. *Symm.* Psalm. LVII, 5. *Hebr.* et LXX Deut. XXXII, 33. Iob. XX, 14. *Symm.* et οἱ λοιποὶ Iob. XX, 16. Adde Ies. XI, 18. - צִנָּה, *clypeus*, *scutum.* Ierem. XLVI, 3. - צִפְעֹנִי, *basiliscus.* Ies. LIX, 5. - שַׁחַל, *leo*, *ferox.* Ps. XC, 13. ubi fortasse nomina animalium noxiorum pro lubitu permutarunt, quanquam non ignoro, etiam alios interpretes veteres שַׁחַל h. l. de genere *serpentis* explicasse. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. III. c. 3. - שְׁלָטִים, *peltae.* *Al.* 2 Par. XXIII, 9. Sap. V, 20. ἀσπίδα ἀκαταμάχητον, scutarium insuperabile. Inde in *Gloss. MSS.* τῆς Παναρέτου: ἀσπίδα, σκυτάριον ἀλυσίδοτον, seu, ut *Bielius* legendum coniicit: σκουτάριον ἀλυσιδωτόν. 1 Maccab. VI, 39. χρυσᾶς ἀσπίδας, coll. XIV, 24. et XV, 18. *Hesych.* 'Ασπίδα, σκυτάριον, seu, ut legendum est: σκουτάριον.

"ΕΚΓΟΝΑ 'ΑΣΠΙ'ΔΩΝ, *genimina aspidum.* צֶפַע, *basiliscus.* Ies. XIV, 29. Quae hic ἔκγονα ἀσπίδων, Matth. XXIII, 33. vocantur γεννήματα ἐχιδνῶν. - צִפְעוֹנִי גָּמוּל, *basiliscus ablactatus.* Ies. XI, 8. - שָׂרָף, *prester.* Ies. XXX, 6.

'ΑΣΠΛΑΓΧΝΕ'Ω, *immisericors sum.* אַכְזָר, *crudelis*, item *fortis.* *Aqu.* *Theodot.* Iob. XLI, 1. ἀσπλαγχνήσω. *Olympiodorus* in *Catena Nicetae* p. 584. habet ἀσπλαγχνίσω, cuius loco non tam εὐσπλαγχνήσομαι cum *Iunio*, quam ἀσπλαγχνίσωμαι rescribendum esse iudicat *Kreyssigius* in *Symbolis* P. VI. pag. 5. seq. ob analogiam verbi simplicis σπλαγχνίζομαι, quod vide infra.

"ΑΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, *immisericors.* אַכְזָר, *crudelis.* *Inc.* Deut. XXXII, 33. κεφαλὴ βασιλίσκων ἄσπλαγχνος. *Symmach.* Prov. XVII, 11.

*'ΑΣΤΑΘΗ'Σ, *instabilis*, *inconstans.* 3 Macc. V, 39. τὴν ἀσταθῆ διάνοιαν αὐτοῦ, sec. *Alex.* *Ald.* et *Compl.* *mentis eius inconstantiam:* ubi reliqui libri ἄστατον habent. *Hesych.*

ἀσταθῆ, ἀβέβαιον. *Anthol. Epigr. Gr.* lib. I. p. 27. ὑπ' ἀσταθέεσσιν αὔραις.

*'ΑΣΤΑΡΤΕΙ͂ΟΝ, *templum Astartes.* Vox haec a *Bielio* omissa legitur 1 Sam. XXXI, 10. pro בֵּית עַשְׁתָּרוֹת, *domus* seu *templum Astartes,* sec. *Vat.* ubi *Ald.* vitiose habet ἀσταρτίον. *Schol.* ibi: εἰς τὸ ἱερὸν τῆς 'Αστάρτης. λέγουσι δὲ εἶναι αὐτὴν τὴν 'Αφροδίτην.

'ΑΣΤΑ'ΡΤΗ, *Astarte*, Dea Sidoniorum. אֲשֵׁרָה, *lucus.* 2 Paral. XV, 16. Scilicet אֲשֵׁרָה per metonymiam quoque sumitur pro *simulacro* s. *statua in luco erecta*, ac nonnullis interpretibus est *Astarte* Dea. – עַשְׁתֹּרֶת, quod proprie *ovem* notat, vel *ovium gregem*, (Deut. VII, 13.) deinde nomen *Dei Sidoniorum* est, vel quod idolum illud formam ovis haberet, vel quod Deus ille ovium gregibus peculiariter invigilaret, eorumque curam haberet. Iud. II, 13. ubi in plurali ἀστάρταις. *Inc.* (*Aqu.*) 1 Sam. XXXI, 10. *Aqu.* 1 Sam. VII, 4. ubi vid. *Montf.* 1 Reg. XI, 5. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Αστάρτη, ἡ θεὸς, ἡ σελήνη, καὶ νῆσος Αἰθιοπίας. Alii *Venerem* esse perhibent. *Philo Byblius* apud *Eusebium Praep. Evang.* I. c. 5. τὴν 'Αστάρτην Φοίνικες τὴν 'Αφροδίτην εἶναι λέγουσι. Plura de hac Dea vide apud *Bonfrerium* in Iud. II, 13. p. 223. *Seldenum* de *Diis Syris Synt.* II. c. 2. *Allatium* not. ad *Eustathii Hexaem.* p. 814 sequ. *Ramiresium de Prado Pentec.* c. 21. p. 132 sequ. et in *Hist. Crit. Reip. liter.* T. IV. p. 15 sequ. – Vide alibi ῎Αγαλμα.

'ΑΣΤΑΡΩ'Θ. Vide supra ῎Αλσος.

*῎ΑΣΤΑΤΟΣ, *instabilis*, *inconstans.* 3 Macc. V, 39. τὴν ἄστατον διάνοιαν, *mentis inconstantiam.*

῎ΑΣΤΕΓΟΣ, *non tectus*, *sine tecto*, *qui domum non habet*, item, *qui continere nequit.* אֱוִיל, *stultus.* Prov. X, 9. ὁ ἄστεγος χείλεσιν, labiis non tectus, h. e. qui os patens habet, quod effutit, quidquid in buccam venit, qui os reprimere et commissa non tacere valet, i. q. φλύαρος apud *Suidam*, ac προπετὴς, v. 14. – חָלָק, *glaber*, *mollis.* Prov. XXVI, 28. στόμα ἄστεγον. *Iaegerus* in *Obss.* ad Prov. X, 8. interpretatur de *lubrico* (ita *Vulgatus*), cui lingua est ἐν ὑγρῷ, ut *Theophrastus* inquit *char.* 7. Sed mihi vox haec suspecta est, quia sermo est de *blandiloquo.* Num fortasse legendum est ἀστεῖον aut λεῖον? ut h. l. reliqui interpretes habent. – מָרוּד, *exul*, a رود, *vagari*, *huc illuc discursitare*, quam notionem sine dubio et olim habuit מָרַד. Ies. LVIII, 7. πτωχοὺς ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, pauperes, qui domus non habent, introducito in domum tuam. *Hesych.* 'Αστέγους, οἱ μὴ ἔχοντες οἴκους.

'ΑΣΤΕΙ͂ΟΣ, *urbanus*, *venustus.* בָּרִיא, *pinguis.* Iud. III, 17. ἀνὴρ ἀστεῖος σφόδρα, vir valde pulcher. *Bonfrerii*

coniectura in h. l. pag. 235. qui pro ἀνὴρ ἀστεῖος legendum putat ἀνὴρ σταιτὸς, *vir pinguedinis*, vel σταίτιος, *pinguis* et *adipatus*, non opus est. LXX enim בָּרִיא, quod *pinguem* notat, ἀστεῖος reddere potuerunt, quod *pingues pulchri* etiam esse soleant, certe vulgo habeantur. Conf. Gen. XLI, 2. ubi vaccae *pingues* dicuntur etiam καλαὶ τῷ εἴδει. – טוֹב, *bonus, pulcher*. Ex. II, 2. ἰδόντες δὲ αὐτὸ ἀστεῖον, videntes autem illum infantem pulchrum. *Hesych.* ἀστεῖον, καλὸν, ἢ πολιτικὸν, ἢ ἐπίχαριν, ἢ κεχαριτωμένον. Similiter *Gloss.* in *Octateuch.* ἀστεῖον, καλὸν, ἐπιχαρῆ (lege ἐπίχαριν), κεχαριτωμένον. — Iudith. XI, 23. ἀστεία εἶ ἐν τῷ εἴδει σου, pulcra es aspectu tuo. 2 Macc. VI, 23. ὁ δὲ λογισμὸν ἀστεῖον ἀναλαβὼν, quod *Bielius* transtulit: ille autem in cogitationem veniens *prudentem*. (*Suidas:* ἀστεῖος, εὐσύνετος, εὐπρόσωπος, χαρίεις, καλὸς, γελοιώδης. Vide et *Alberti Gloss. Gr. in N. T.* p. 68.) *Bretschneiderus* autem vertere mavult: hic vero *honestum* secutus consilium, scil. mortem potius subeundi, quam canum carne vescendi, ut ἀστεῖος sit i. q. καλὸς, h. e. *honestus*. *Xenoph. Cyrop.* III, 3, 24. λαβεῖν ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο.

ΟΥ'Κ 'ΑΣΤΕΙ'ΟΣ, *non urbanus*, vel *regius*, vel *rectus*. יָרַט, *declino, diverto*. Num. XXII, 32. οὐκ ἀστεία ἡ ὁδός σου ἐναντίον μου, via tua non est recta coram me, h. e. *displicet mihi* tua vivendi ratio: ubi alii habent οὐκ εὐθεῖα, quod etiam reponendum esse h. l. iudicat *Dathius*, praeeunte *Clerico*, et consentiente *Cod. Samaritano*. Sed non opus est, nam ἀστεῖον h. l. est in universum *id, quod placet*. Vide sequens ἀστείως. Caeterum LXX bene h. l. sensum expresserunt, nam *declinavit haec via coram me* est *mala est* etc. interprete *Seb. Schmidio*.

'ΑΣΤΕΙ'ΩΣ, *urbane, civiliter, bene, scite, prudenter, honeste*. 2 Macc. XII, 43. πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως πράττων. Perperam *Bielius* transtulit: bene, plane et *prudenter* agens. Rectius *Vulgatus:* bene et *religiose*, scil. de resurrectione, cogitans. Nam ἀστείως h. l. notat *convenienter voluntati divinae*. Cf. v. 45. ubi idem factum ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια dicitur. Eodem sensu venit hebr. יָפֶה, Cohel. III, 5. ubi notat *id, quod sapienti Dei voluntati convenit et respondet*. *Suid.* ad 2 Macc. l. l. ἀστείως, πρεπόντως, φρονίμως.

"ΑΣΤΕΚΤΟΣ, *qui ferri, sustineri non potest, intolerabilis*, ex α privativo, et στέγω, *sustineo, tolero, suffero*. *Orat. Manass.* v. 5. ἄστεκτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, ferri non potest magnificentia gloriae tuae. *Hesych.* ἄστεκτος, ἀφόρητος, ἀβάστακτος.

'ΑΣΤΗ'Ρ, *stella*. כּוֹכָב, idem. Gen. I, 16. XV, 5. XXII, 17. XXVI, 4. et alibi saepius. – כְּסִיל, *Orion*, nomen stellae fixae. *Symm.* Amos. V, 8. ἀστέρας. – מְאוֹרֵי אוֹר, *luminaria*

lucis. Ez. XXXII, 8. - *צָבָא, *exercitus*, *stellae coelestes.* Dan. VIII, 10. sec. *Chis.* bis.

*'ΑΣΤΟΧΕ'Ω. Dicitur haec vox, a *Bielio* omissa, proprie de *iis*, *qui aberrant a scopo*, *qui non feriunt scopum*, et opponitur τῷ εὐστοχεῖν, sed deinde simpliciter est *discedere.* Sir. VII, 21. μὴ ἀστόχει γυναικὸς σοφῆς καὶ ἀγαθῆς, ubi *Vulgatus: noli discedere a muliere* etc. h. e. *noli libellum repudii dare.* Ib. VIII, 11. μὴ ἀστόχει διηγήματος γερόντων, semper adsis institutioni sapientum. *Hesych.* ἀστοχεῖ, ἀποτυγχάνει, ἁμαρτάνει.

'ΑΣΤΡΑΓΑ'ΛΕΙΟΣ, *talaris*, *ad talos demissus.* Alii explicant: *varius*, *astragalis*, h. e. *intertextis panniculis*, *diversicolor.* - פַּסִּים, *institae*, *limbi*, *fasciae*, *quae vestium orae sunt assutae.* *Aqu.* Gen. XXXVII, 3. χιτῶνα ἀστραγάλειον, i. e. tunicam talarem, ut vertit *Hieronymus*, pro quo *Codex Mosqu.* habet στραγγάλων. *Fischerus* in *Clavi Verss. GG.* p. 29. putat *Aquilam* respexisse notionem, quam olim פַּס habuisse coniicit, ut significaret *talum*, et, ob figurae similitudinem, *os* quoque *illud*, *quod extat ad carpum*, i. q. doceri potest partim e l. chald. partim e loco Dan. V, 24. Vide quoque *Drusium* in *Fragm.* p. 49.

'ΑΣΤΡΑ'ΓΑΛΟΣ, *spondylus*, *vertebra*, item *talus.* אַפְסַיִם, *tali.* *Aqu.* *Symm.* *Theod.* Ez. XLVII, 3. - פַּס: פַּסָּא, chald. *pars*, *talus.* Dan. V, 5. et 26. - פַּרְסָה, *ungula.* Zach. XI, 16. *Hesych.* ἀστράγαλον, τὸν σφόνδυλον, καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ σκέλους.

'ΑΣΤΡΑΓΑΛΩΤΟ'Σ, i. q. ἀστραγάλειος, quod vide supra. פַּסִּים, *tali.* 2 Sam. XIII, 18. et 19. ubi cum καρπωτὸς in codd. permutatur, quod autem sine dubio est *Aquilae* versio, ut iam *Theodoretus* observavit. Conf. *L. Bosium* in notis ad h. l.

'ΑΣΤΡΑΠΗ', *fulgur.* בָּרָק, idem. Ex. XIX, 16. Deut. XXXII, 41. 2 Sam. XXII, 15. Adde *Aqu.* *Theod.* Iob. XX, 25. - בָּזָק, *corruscatio.* *Aquila* sec. alteram eius editionem et *Symm.* Ez. I, 14. - *שְׁבָבִים, *fragmenta ligni*, aut sec. *Hieronymum aranearum fila per aerem volantia.* *Ed. Vta* Hos. VIII, 6. παραπλησίως τῷ τῆς ἀστραπῆς ἱστῷ ἀράχνης. *Semler.* in *Ep.* ad *Griesbach.* p. 45. verba haec scholion continere putat, ad participium ῥεμβεύων referendum, et hoc modo restituendum: παραπλησίως τῷ τῆς ἀστραπῆς, ἢ ἱστῷ ἀράχνης. *Dathius* in *Opusc.* p. 53. pro ἀστραπῆς reponere mavult ἀράχνης, eadem voce in fine omissa. Vide ad h. l. *Kreyssigii Symb.* P. V. p. 10 sequ.

'ΑΣΤΡΑ'ΠΤΩ, *fulguro.* בָּרַק, idem. Ps. CXLIII, 1. Praeterea legitur 2 Sam. XXII, 15. et Ps. XVIII, 11. ubi ἤστραψεν de suo addiderunt: certe ei nihil respondet in textu hebraico. Non enim impetrare possum a me, ut cre-

dam, eos legisse בָּרָק ante בְּרָקִים. Fortasse tamen illud ἤστραψεν referendum est ad sequens רָב, *iaculatus est.* Sap. XI, 19. δεινοὺς ἀπ' ὀμμάτων σπινθῆρας ἀστράπτοντας, *horrendas ab oculis scintillas emittentes.* Ita *Vulgatus.*

'ΑΣΤΡΟ'ΛΟΓΟΣ, *astrologus, qui ex astrorum supputatione futura praedicit.* חֹבֵר part. *contemplator, observator.* Ies. XLVII, 13. *Diod. Sic.* I. p. 17, 3.

"ΑΣΤΡΟΝ, *astrum, sidus.* אוֹרִים גְּדוֹלִים, *luminaria magna. Aqu.* et *Theod.* Ps. CXXXV, 7. ἄστρα. — בָּרָק, *fulgur.* Iob. XX, 25. ubi pro ἄστρα δὲ, quod vitiose in cod. *Rom.* et adhuc vitiosius scriptum est in *Alex.* ἄνδρα δὲ, reponendum est ἀστραπαὶ ad fidem *Cod. Syr. Hexaplaris.* Sed fuit hic error antiquus, qui etiam effecit, ut quidam legerint, addita negatione: ἄστρα — μὴ περιπατήσαισαν. — *חַדְרֵי, *penetralia. Hebr.* Iob. IX, 9. πάντα τὰ ἄστρα τὰ κυκλοῦντα τον νότον. *Penetralia Austri* sunt h. l. *sidera in penetralibus Austri, quae non videntur a Septentrionem inhabitantibus.* — כּוֹכָב, *stella.* Ex. XXXII, 12. Deut. I, 10. Neh. IV, 21. et alibi saepius. — כּוֹכְבֵי בֹקֶר, *stellae matutinae.* Iob. XXXVIII, 7. — צָבָא, *exercitus,* it. *stellae.* Ies. XXXIV, 4. XLV, 12. — כְּסִיל, *Orion. Symm.* Amos. V, 8. — שְׁחָקִים plur. a שַׁחַק, *nubes superiores.* Ier. LI, 9. ἕως τῶν ἄστρων, sensu eodem.

'ΑΣΤΥΓΕΙ'ΤΩΝ, *urbi vicinus, suburbanus,* item: *vicinus* in genere. 2 Macc. VI, 8. τὰς ἀστυγείτονας πόλεις. Verbum ἀστυγειτονέω legitur apud *Aeschyl. Suppl.* v. 292.

'ΑΣΥΛΙ'Α, *inviolabilitas, sanctitas loci.* 2 Macc. III, 12. Vide *Suidam* s. v. ἄσυλον. *Aeschyl. Suppl.* v. 617. *Ioseph. A. I.* XVIII, 9, 3. p. 907. ult.

"ΑΣΥΛΟΝ, *asylum, locus inviolabilis.* 2 Macc. IV, 34. ἔπεισεν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν. Non enim opus est, ut ibi post ἀσύλου suppleatur τόπου.

"ΑΣΥΛΟΣ, *sacrosanctus, inviolabilis, a violentia tutus.* *קָבַע, *configo.* Prov. XXII, 23. ῥύσῃ σὴν ἄσυλον ψυχὴν, vitam tuam a Dei vindicis manu salvam et immunem conserves. Defendendi ac sospitandi notio suggesta est interpreti a קוֹבַע, *galea.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* Aliter de hac versione iudicat *Michaelis Supplem.* p. 2116. 2 Macc. IV, 33. εἰς ἄσυλον τόπον. *Hesych.* ἄσυλον, ἀβλαβές.

'ΑΣΥ'ΜΦΟΡΟΣ, *inutilis,* et per litotita, *noxius.* נֶתֶר, *nitrum.* Prov. XXV, 20. ὥσπερ ὄξος ἕλκει ἀσύμφορον, ubi ἀσύμφορον de suo addiderunt ad perficiendam sententiae integritatem.

'ΑΣΥ'ΜΦΩΝΟΣ, *absonus, discors.* פִּלֵּג Pih. *divido. Symm.* Ps. LIV, 10. ἀσύμφωνον ποίησον, *fac dissonam.* Adde Dan. XIV, 15. sec. *Chis.* μή τι σοι ἀσύμφωνον γεγένηται, ubi ἀσύμφωνον videtur esse i. q. δόλος. Vide et Sap. XVIII, 10.

ἀσύμφωνος ἐχθρῶν ἡ βοή. Adde *Platon.* de *rep.* lib. III. p. 402. D.

'*ΑΣΥΝΕΤΕ'Ω*, *insipio*, *desipio*, *non intellego.* בָּגַד, *perfide ago.* Ps. CXVIII, 157. εἶδον ἀσυνετοῦντας: ubi tamen *Grabius Prolegg. in LXX* Intt. T. IV. c. 4. §. 1. pro ἀσυνετοῦντας legendum censet ἀσυνθετοῦντας, quia non modo *Aqu. Symm.* et *Theodot.* hoc loco ita habent, sed et LXX sic vertisse indicio est latina vox *praevaricantes* apud *Vulgatum*, quemadmodum quoque alias hebr. בָּגַד ἀσυνθετεῖν reddiderunt. Vide hanc vocem suo loco. *Itala: pactum non servantes.* Sic et *Hilarius* et alii. Satis antiquam tamen esse lectionem istam ἀσυνετοῦντας, colligimus ex *Augustino* et *Ambrosio*, qui narrant quosdam codd. legere *insensatos*, *imprudentes*. Et habet profecto haec lectio, quo se defendat et tueatur: nam per usum loquendi SS. ἀσυνετεῖν commode de impietate explicari potest. Vide infra s. v. ἀσύνετος.

*'*ΑΣΥΝΕΤΙ'ΖΟΜΑΙ*, *desipio*, *insipio*, *non intellego.* בָּעַר, *desipio. Inc.* sec. Cod. *Mosqu.* Ier. X, 8.

• '*ΑΣΥ'ΝΕΤΟΣ*, *insipiens*, *amens.* אַבִּיר לֵב, *fortis corde.* Ps. LXXV, 4. οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. Legerunt sine dubio אָבְדֵי לֵב, *qui amiserunt* cor, aut secundum *Dathium* in notis ad *Psalter. Syr.* p. 173. בַּעֲרֵי לֵב. - בַּעַר, *brutus*, *insipiens. Aqu.* Prov. XXX, 2. - כְּסִיל, *stultus.* Ps. XCI, 6. *Theod.* Prov. XVII, 16. - נָבָל, idem. Deut. XXXII, 21. - סִכֵּל Pih. *stultum reddo. Inc.* 2 Sam. XV, 31. Sap. I, 5. ἀσύνετος *impium* notat, coll. Sir. XV, 7. 8. in quo posteriori loco ἄνθρωποι ἀσύνετοι et ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ sunt vocabula synonyma. Solent enim ex usu loquendi Hebraeorum verba *stultitiae* ad *impietatem* transferri. Adde Sap. XI, 16. XXI, 20. *Hesychius:* ἀσύνετος, ἄφρων.

'*ΑΣΥΝΕΤΩ'ΤΕΡΟΣ ΕἸ'ΜΙ'*, *insipientior sum.* נָפַל, *cado.* Iob. XIII, 2. οὐκ ἀσυνετώτερος εἰμὶ ὑμῶν. Non opus est statuere eos נָבָל legisse. Bene enim sensum verborum hebr. expresserunt, quae ita vertenda sunt: non sum inferior vobis, nempe sapientia ac prudentia. *Symmachus* bene καταδεέστερος.

'*ΑΣΥΝΘΕΣΙ'Α*, *foederis transgressio*, etiam *impietas:* מַעַל, *praevaricatio.* 1 Par. IX, 1. Esdr. IX, 2. 4. et X, 6. - פֶּשַׁע, *praevaricatio. Symm.* Ps. XXXV, 1. (ubi legit כְּפֶשַׁע vel עַל פֶּשַׁע) et Thren. I, 5. Praeterea legitur apud *Theod.* Gen. III, 17. qui pro hebr. בַּעֲבוּרֶךָ, *propter te*, posuit ἐν τῇ ἀσυνθεσίᾳ σου, propter *inobedientiam* tuam, ubi mihi sensum expressisse videtur. *Montfauconius* autem pro ἐν τῇ ἀσυνθεσίᾳ reponere mavult ἐν τῇ παραβάσει, qua tamen coniectura commode supersedere possumus. *Hesych.* ἀσυνθεσία, παράβασις. *Suidas:* ἀσυνθεσία, παράβασις συνθηκῶν.

'*ΑΣΥΝΘΕΤΕ'Ω*, *foedus transgredior*, *perfide ago*, etiam *impie ago*. - בָּגַד, *perfide ago*, *praevaricor*. Psalm. LXXII, 15. τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκας, seu, ut e *Vat.* reponendum est, ἠσυνθέτηκα, inique certe de omnibus tuis cultoribus iudicarem, seu: *impie in eos agerem*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἠσυνθέτηκας, παρέβης τὰς συνθήκας τὰς συγκειμένας. Ita etiam *Theodoretus*. *Suidas:* ἠσυνθέτηκας, ἃ συνέθου καὶ ὡμολόγησας παρέβης. Sic etiam graeci quidam codices Ps. LXXVII, 57. ἠσυνθέτησαν habent, quos secutus est *Vulgatus* vertens: *non servarunt pactum*, ubi tamen *Hieronymus* ad *Suniam* mavult LXX transtulisse ἠθέτησαν. Adde *Aqu. Theod.* Ps. CXVIII, 157. et *Theod.* Prov. XXIII, 28. - מָעַל, *praevaricor*. 1 Par. II, 7. ubi cum ἀθετεῖν in codd. permutatur. Esdr. X, 2. ἠσυνθετήσαμεν τῷ θεῷ ἡμῶν, *perfide egimus* in Deum nostrum: pro quo Neh. XIII, 27. legitur ἀσυνθετῆσαι ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν. Adde Esdr. X, 10. et Neh. I, 8.

'*ΑΣΥ'ΝΘΕΤΟΣ*, *foedifragus*, *foederis transgressor et violator*. בֹּגֵד part. *perfide agens*. Ier. III, 8. 11. - בָּגוֹדָה foem. *perfida*. Ierem. III, 8. 10. *Hesych.* ἀσυνθέτους, μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, μὴ συντεθειμένους. *Suidas:* ἀσυνθέτους, τοὺς ταῖς συνθήκαις μὴ ἐμμένοντας, ἃς ἂν πρός τινα συνθῶνται. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

*'*ΑΣΥΝΘΗΚΕ'Ω*, *foedus frango*, *perfide ago*. שָׁקַר, *perfide ago*, item *non obediens sum*. *Symm.* Ies. LXIII, 8. πλὴν λαός μου εἰσὶν υἱοὶ ἀσυνθηκοῦντες. *Montfauconius* in notis ad h. l. monet fortasse in *Symmacho* legendum esse οὐκ ἀσυνθετοῦντες. Prior coniectura recte se habet, nam illud οὐκ etiam additum reperitur apud *Procopium* in *Commentario* ad h. l. p. 727. Posterior vero ideo non arridet, quia partim receptam lectionem *Procopii* auctoritas tuetur, partim in verss. GG. V. T. multa vocabula nova et inusitata reperiri satis constat. Adi. ἀσύνθηκος occurrit apud *Onosandrum Strateg.* c. 37. οὐκ ἀσύνθηκον ἐν σπονδαῖς εἶναι.

'*ΑΣΥΡΗ'Σ*, *temerarius*, *scelestus*, *protervus*, *impurus*, *obscoenus*. Sir. XXIII, 14. ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ, *imperitae temeritati*. *Hesych.* ἀσυρὲς, βδελυρὸν, προπετὲς, βλοσυρὸν, θρασύ. Idem: ἀσυρῆ, ἀκάθαρτα.

'*ΑΣΦΆΛΕΙΑ*, *securitas*. בֹּטֵחַ part. *confidens*. Prov. XI, 15. Legerunt מִבְטָח vel בֶּטַח, ubi recte simul monuit *Iaegerus* ἀσφάλειαν dici de *quocunque genere securitatum*, *quibus cavetur creditori*, v. c. de pignoribus, syngraphis, fideiussoribus. - בֶּטַח, *confidentia*. Lev. XXVI, 5. Deut. XII, 10. - מָכוֹן, *basis*. Ps. CIII, 6. ubi ἀσφάλεια notat *id*, *quod securitatem praestat*, v. c. fundamentum firmum. - צֵל, *umbra*. Ies. XXXIV, 15. Loca umbrosa tutos homines praestant a solis radiis. - שָׁקַט, *quiesco*. Ies. XVIII, 4. ἀσφάλεια ἔσται ἐν τῇ ἐμῇ πόλει, *securitas* erit in mea urbe. - תּוּשִׁיָּה, *essen-*

tia. Prov. VIII, 13. ubi utraque vox *firmitatem animi* notat. 2 Macc. III, 22. *μετὰ πάσης ἀσφαλείας*, coll. XV, 1. et *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesychius ἀσφάλειαν* interpretatur *σωτηρίαν*.

'*ΑΣΦΑΛΗ'Σ*, *securus*, *tutus*, *certus*. *אַיָּלוֹת, *cervae*. *Inc.* Hab. III, 18. *ἀσφαλεῖς*. Respexit notionem *firmitatis* et *roboris*, quam verbum איל cum derivatis ex usu linguae arabicae habet, ac loco אַיָּלוֹת sine dubio legit אֵילוּת. – כֵּן, *sic*, it. *basis*. Prov. XV, 8. Vide s. *ἀσφάλεια* et מָכוֹן. – מְאֻשָּׁר part. Pyh. *beatus*. Prov. III, 18. notione assumta e Chald. אַשַּׁר. Vid. *Buxtorf.* in voce. Sap. III, 18. *ἀσφαλῆ βάσιν ἑδράσει*, fundamentum *tutum* collocabit. Ib. VII, 23. XIV, 3. *τρίβον ἀσφαλῆ*, semitam *tutam* ac *securam*.

'*ΑΣΦΑΛΗ' ΤΙ'ΘΗΜΙ*, *securum reddo*, *firmo*. עָזַז, *corroboro*. Prov. VIII, 28. *ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγάς*, *cum fontes stabiliret*.

'*ΑΣΦΑΛΙ'ΖΟΜΑΙ*, *securum reddo*, *munio*. אָחַז, *prehendo*. Neh. VII, 3. *ἀσφαλιζέσθωσαν*, *muniantur*. – *אָמֵץ, *firmus*, *robustus sum*. 2 Par. XXIV, 13. ubi sermo est de aedificio, ac *ἀσφαλίζεσθαι* notat *reficere*, *pristinae integritati restituere*. – החזיק Hiph. *roboro*, *restauro*. Neh. III, 15. Adde *Inc.* Deut. XII, 23. *Symm.* 1 Reg. II, 1. – הִצְנִיעַ Hiph. *humiliter ago*, *me humilio ac demitto*. *Theod.* Mich. VI, 8. *ἀσφαλίζου*. Fortasse permutavit צָנַע et צָנַן, *custodire*, *asservare*, unde צִנָּה, *asservatio*, *protectio*. Vide etiam infra s. v. *ἕτοιμος*. – תָּמַךְ, *sustento*. Ies. XLI, 10. Sap. IV, 17. *εἰς τί ἠσφαλίσατο αὐτὸν ὁ κύριος*, quare illum *tutum* (nempe a peccato et lapsu) *praestiterit* dominus, coll. X, 12. Ib. XIII, 15. *ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ*, ferro *muniens*.

'*ΑΣΦΑΛΩ'Σ*, *secure*, *tuto*, *confidenter*. בֶּטַח. Gen. XXXIV, 25. ubi male *Hieronymus* transtulit *diligenter*. Notat *secure*, h. e. *sine periculo*, ut iam observavit *Pearsonus* in *praefat. paraenetica*, coll. Lev. XXVI, 5. Tob. VI, 4. *θὲς ἀσφαλῶς*, *tuto* repone. Sap. XVIII, 6. *ἀσφαλῶς εἰδότες*, *certo* scientes. 1 Macc. VI, 40. ubi *ἀσφαλῶς Vulgatus* per *caute* transtulit, *Syrus* autem per [illegible], *confidenter*, ut *πεποιθότες* vertit IX, 58. Sensu haec parum differunt.

"*ΑΣΦΑΛΤΟΣ*, *bitumen*. חֵמָר, idem. Gen. XI, 3. (Schol. ad h. l. *ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος ἄσβεστον φασί. καὶ τὴν ἄσφαλτον τινὲς τῶν διδασκάλων ἄσβεστον ἔφασαν εἶναι, ἀγνοοῦντες, ὡς εἰκὸς, τὰς ἐν τῇ ἀσσυρίᾳ πηγάς. Diodorus: ἄσφαλτος εἰς οἰκοδομὴν ἄχρηστος, ἄσβεστος δὲ ἐπιτηδειοτάτη.* Sed vide *Theodoret.* in *append. Quaest.* 58.) XIV, 10. Ex. II, 3. – כֹּפֶר, *pix*. Gen. VI, 14. Confer *Bocharti Phaleg* lib. I. cap. 11. p. 45 sequ.

'ΑΣΦΑΛΤΟ'Ω, *bitumino, pico.* כָּפַר, *pice oblino.* Gen. VI, 14. ἀσφαλτώσεις αὐτὴν, *picabis* illam. *Hesych.* ἀσφαλτώσεις, πισσώσεις. Conf. *Bochartum* l. c.

'ΑΣΧΗΜΟΝΕ'Ω, *deformor, deformis fio*, metaph. *indecore me gero, turpiter ago, pudefio.* חָפַר, *pudefio. Symm.* Ps. XXXIX, 15. – נִכְלַם, *erubesco. Symm.* Psalm. LXVIII, 7. ἀσχημονήσαιεν. – נִקְלָה Niph. *vilesco.* Deut. XXV, 3. ἀσχημονήσει ὁ ἀδελφός σου ἐναντίον σου, ne a te *contemtim habeatur* frater tuus.

'ΑΣΧΗΜΟΝΟΥ῀ΣΑ, part. foem. *quae indecore se gerit.* עֶרְיָה foem. *nudata.* Ez. XVI, 7. 22. 38. XXIII, 29.

'ΑΣΧΗΜΟ'ΝΗΣΙΣ, *opprobrium.* כְּלִמָּה, idem. *Symm.* Ps. LXVIII, 8. Quanquam *Brunsius* pro ἀσχημόνησις ex *Vsserii* excerptis ex cod. *Oxon.* ἀσχημοσύνη protulit in *Eichhorn. Repert. bibl. et or. liter.* T. XIII. p. 182., tamen lectio ἀσχημόνησις praeferenda est. Nam hoc vocabulum, graecis quidem scriptoribus ignotum, sed ab eodem *Symmacho* etiam Ps. XLIII, 16. usurpatum, ab ἀσχημονέω eodem iure derivari potest, quo v. c. ἀγανάκτησις et ἀμφισβήτησις ab ἀγανακτέω et ἀμφισβητέω, atque alia eiusmodi nomina, quae a verbis in εω desinentibus descendisse novimus. Vide infra αὔχησις.

'ΑΣΧΗΜΟΣΥ'ΝΗ, *turpitudo, pudor, pudenda, excrementa.* כָּנָף, *ala. Inc.* Deut. XXVII, 20. ἀσχημοσύνην, quam versionem *Scharfenberg.* ad h. l. glossis marginalibus annumerandam esse censet, quibus loca obscura Vers. Alex. illustrantur collatione aliorum, ut sc. in mente habuerit interpres loca parallela Lev. XX, 11. et XVIII, 8. ubi in hebr. עֶרְוַת legitur. Sed quia formulae *retegere pallium* ac *retegere pudenda* sensu minime differunt, statui quoque potest, eum sensum exprimere voluisse. Reperitur praeterea lectio ἀσχημοσύνην etiam in Cod. *Oxon.* vers. Alex. – *מְעוֹר, *antrum*, it. *pudenda foeminarum. Symm.* Hab. II, 15. – עוֹר, *cutis.* Ex. XXII, 26. τοῦτο τὸ ἱμάτιον τῆς ἀσχημοσύνης αὐτοῦ: non male quoad sensum. – עֶרְוָה, *nuditas*, etiam *pudenda. Aqu. Symm.* Gen. IX, 22. ubi ἀσχημοσύνη de *pudendis marium* usurpatur, quemadmodum apud LXX Hos. II, 11. de *pudendis foeminarum* dicitur, ad similitudinem vocis chald. קְלָנָא. Adde Ex. XX, 26. Lev. XVIII, 6. 7. Ez. XVI, 8. 55. – צֵאָה, *excrementum.* Deut. XXIII, 13. Sir. XXIX, 24. ubi haeserunt interpretes in explicatione vocis ἀσχημοσύνη. Vide *Bretschneiderum Spicil.* p. 50. Mihi locus ita restituendus esse videtur: καὶ οἶκος καὶ ἱμάτιον καλύπτον ἀσχημοσύνην. Ib. XXX, 12. Adde *Platon.* de *rep.* lib. III. p. 400. C.

'ΑΣΧΗ'ΜΩΝ, *indecorus, probrosus, turpis.* נְבָלָה, *stultitia*, etiam *impie factum.* Gen. XXXIV, 7. ἄσχημον (sc. πρᾶγμα) ἐποίησεν, fecerat *rem turpem*, h. e. *stuprum* com-

miserat. — עֶרְוָה, *nuditas.* Deut. XXIV, 1. εὕρηκεν ἐν αὐτῇ ἄσχημον πρᾶγμα, quod aliquid in ea invenerit *inhonestum*, coll. Susann. v. 63. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. II. c. 25. p. 165. Sap. II, 20. θανάτῳ ἀσχήμονι καταδικάσωμεν αὐτὸν, ad mortem *probrosam* condemnabimus illum. *Hesych.* ἀσχήμονι, ἐπονειδίστῳ θανάτῳ. 2 Macc. IX, 2. ἀσχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι, *probrosum* reditum parare.

'ΑΣΧΟΛΕ'ΟΜΑΙ, *occupatus sum*, ab ἀσχολέω, *negotium facesso, occupo.* עָנָה, *distraho, occupo.* *Symm.* Coh. I, 13. Sir. XXXIX, 1. ἐν προφητείαις ἀσχοληθήσεται, in prophetiis *occupatus erit.*

'ΑΣΧΟΛΙ'Α, *occupatio, quum quis ita occupatus est, ut vacare non possit.* עִנְיָן, *distractio, occupatio.* *Symm.* Cohel. I, 13. II, 26. IV, 8. V, 13. Sir. XL, 1. ἀσχολία μεγάλη ἔκτισται παντὶ ἀνθρώπῳ, magni et continui *labores* parati s. destinati sunt omnibus hominibus. *Hesych.* ἀσχολία, ἐνδελεχισμός.

'ΑΣΩΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *luxuriose vivo, omnia per luxum profundo*, it. *temulentia obruor.* פּוּק, *impingo, titubo.* *Theod.* Ies. XXVIII, 7. ἠσωτεύθησαν. Ita enim scribendum est loco ἠσωθεύθησαν, ut vitiose excusum legitur in *Hexaplorum* ed. *Montfauconii.* Videtur autem mihi haec vox non ad פָּקוּ, sed vel ad תָּעוּ, vel ad שָׁגוּ in antecedentibus referenda esse.

'ΑΣΩΤΙ'Α, *luxuria, intemperantia magna.* זֹלֵל, *epulo.* Prov. XXVIII, 7. ποιμαίνει ἀσωτίαν: ubi fortasse legit זלות. 2 Macc. VI, 4. τὸ μὲν γὰρ ἱερὸν ἀσωτίας ἐπληροῦτο, templum luxuria repletum erat. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἀσωτία, πορνεία. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

"ΑΣΩΤΟΣ, *luxuriosus.* סֹרֵר part. *refractarius.* Prov. VII, 11. ubi סֹרֵר notat *aberrare a tramite pudicitiae, lascivire*, ἀφίστασθαι, ut *Aqu.* et *Symm.* transtulerunt.

"ΑΤΑΚΤΟΣ, *inordinatus.* תֹּהוּ, *inane.* *Aqu.* Deut. XXXII, 10. ubi non tam ἄτακτον *locum desertum* notat, ut nonnullis placuit, sed propriam notionem vocis hebr. expressit, quae *indigestum, indispositum* et *confusum* notat. 3 Macc. I, 16. δρόμον ἄτακτον ἐν τῇ πόλει συνίσταντο, cursum *inordinatum* per civitatem faciebant.

*'ΑΤΑ'ΚΤΩΣ, *incomposite, inordinate.* בְּשִׁגָּעוֹן, *in amentia* s. *insania magna.* *Symm.* 2 Reg. IX, 20. כִּי בְשִׁגָּעוֹן יִנְהָג, quia in temeritate ducit, seu furiose incedit, insano impetu fertur: ὅτι ἀτάκτως ἄγει. *Vulg.* *praeceps enim graditur.* Eodem fere sensu ἀτάκτως φέρεσθαι legitur in *Heliodori Aethiop.* lib. X. c. 28. p. 506. ed. *Schmid.*

'ΑΤΑΞΙ'Α, *inordinatio, confusio, ubi nullus servatur ordo.* Sap. XIV, 26. γάμων ἀταξία.

*'ΑΤΑ'Ρ ΔΕ', *nunc autem.* כִּי־עַתָּה, *quia nunc.* Iob. VI, 21. *Hesych.* ἀτὰρ δὲ, πλὴν, ὅμως δέ.

'ΑΤΑ'Ρ ΟΥ'Ν, *propterea igitur*. גַּם, *etiam*. Iob. VII, 11. ἀτὰρ οὖν οὐδὲ ἐγὼ φείσομαι τῷ στόματί μου, propterea igitur neque ego parcam ori meo. *Hesych*. ἀτὰρ οὖν, διὰ τοῦτο οὖν. *Homer*. Il. ι', v. 55. ἀτὰρ οὖν τέλος ἵκεο μύθων.

'ΑΤΑ'ΡΑΧΟΣ, *perturbationibus non obnoxius*, *non turbatus*, *imperturbatus*. Esth. III, 13. VIII, 13. (79.) 2 Macc. XI, 23. Adde *Marc*. *Anton*. VII, 16. et *Aristot*. *de moribus* III, 11.

'ΑΤΑΡΓΑΤΕΙ'ΟΝ (*Kircherus* scribit ἀταργίτιον), *fanum Veneris* (quam Graeci 'Ατάργατιν vocabant), alias ἀσταρτεῖον. 2 Macc. XII, 26. Vide *Grotium* ad 1 Macc. V, 43.

"ΑΤΑΦΟΣ, *insepultus*, *inhumatus*. 2 Macc. V, 10.

'ΑΤΕΙ'ΧΙΣΤΟΣ, *carens muro*, *muro non cinctus*, *male munitus*. אֵין חוֹמָה, *sine muro*. Prov. XXV, 29. πόλις ἀτείχιστος, *urbs muris carens*, aut: *male munita*. Confer *Sturzii* Lex. Xenoph. s. h. v. - מִבְצָר, *munitio*. Num. XIII, 20. ἢ ἐν τειχήρεσιν ἢ ἐν ἀτειχίστοις. Sed facta ibi est sine dubio transpositio verborum, et locus hoc modo restituendus erit: ἢ ἐν ἀτειχίστοις ἢ ἐν τειχήρεσι, ut ἀτειχίστοις pertineat ad מַחֲנִים, alterum vero ad מִבְצָר. - פְּרָזוֹן, *dux*. Aliis est *pagus magnus*. *Symm*. Iud. V, 11. ἀτείχιστοι. Vide quoque s. ἀτειχίστως. - פְּרָזִי, *paganus*. *Aqu*. Deut. III, 11. *Symm*. 1 Sam. VI, 18. Adde LXX sec. *Oxon*. Deut. III, 5. ubi sec. reliquos libros est nomen proprium τῶν φερεζαίων. Vide *Vossium* de *translat*. p. 51. Legitur praeterea ἀτείχιστος apud *Thucyd*. I, 5. *Strab*. VIII. p. 548. C. XVI. p. 1150. C. *Xenoph*. *Ages*. II, 24.

'ΑΤΕΙΧΙ'ΣΤΩΣ, *absque muro*. פְּרָזוֹת, *pagi*, *qui sunt sine muris*. *Symm*. Zach. II, 4. ἀτειχίστως, quod adverbium nuspiam obvium in adiectivum ἀτείχιστοι mutavit *Kreyssigius Symb*. P. VI. p. 8.

'ΑΤΕΚΝΕ'Ω, *careo liberis*, *sum sterilis*. שָׁכַל, *orbo*. 2 Reg. II, 19. ἡ γῆ ἀτεκνουμένη, *terra sterilis*. Vide et v. 21. Conf. *Drusium Quaest*. *ebr*. lib. II. c. 16.

'ΑΤΕΚΝΙ'Α, *carentia liberorum*, *orbitas*, *vita improlis*. שְׁכוֹל, *orbitas*. Ps. XXXIV, 14. ubi *Aqu*. ἀτέκνωσιν habet. *Suidas* ad h. l. ἀτεκνία, ἡ λήθη κ. τ. λ. Ies. XLVII, 9. ἀτεκνία καὶ χηρεία. Sap. IV, 1. *Vulg*. *casta generatio*. Legisse videtur ἀγνογονία.

"ΑΤΕΚΝΟΣ, *carens liberis*, *orbus*, *improlis*. *מְשַׁכֵּלָה, *abortiens*. *Inc*. Ex. XXIII, 26. Sed eodem iure ἄτεκνος ibi quoque referri potest ad sequens עֲקָרָה, *sterilis*. - עֲרִירִי, *solitarius*. Gen. XV, 2. Lev. XX, 20. 21. ubi *Schol*. οὐ λογισθήσεται τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τέκνα. Conf. *Michaelis Suppl*. p. 1975. - שָׁכוּל part. Pah. *orbatus*. Ies. XLIX, 21. - שְׁכוֹל, verbale. Ier. XVIII, 21.

'ΑΤΕΚΝΟ'Ω, liberis orbo. כשל Pih. *impingere facio.* Ez. XXXVI, 14. ubi *Mass.* legunt שִׁשֵּׁל, ac LXX pariter ac *Inc.* (sine dubio *Aquila*) legit literis transpositis חִשַּׁכְּלִי. Conf. ad h. l. *Cappellum* in *notis criticis* p. 557. - שַׁכּוּל, *orbatus.* 2 Sam. XVII, 8. Cant. IV, 2. et VI, 5. Adde *Theod.* Prov. XVII, 12. - שָׁכֹל, שִׁכֵּל, הִשְׁכִּיל Kal, Pih. et Hiph. Gen. XXVII, 45. ubi cum *ἀποτεκνόω* in Codd. permutatur. Ibid. XXXI, 38. XLII, 36. XLIII, 14. et alibi saepius. Adde *Inc. Int.* (sine dubio *Aquil.*) Hos. XIII, 7. sec. cod. *Barber.* ubi loco *ἀτεκνουμένη* reponendum est *ἠτεκνωμένη*, iudice *Fischero* in *Clavi Verss. GG.* p. 31. - *שָׁכַל et Hiph. הִשְׂכִּיל. *Aqu.* Ier. L, 9. מַשְׂכִּיל, *prudenter agens*, *ἀτεκνῶν*. Legit cum שׁ, a שָׁכַל, *orbus fuit. Vulgatus: interfectoris.* Praeterea legitur apud *Inc. Int.* Ies. LIX, 11. ubi כַּדֻּבִּים, *sicut ursi*, a *τοῖς ἄλλοις* translatum legitur *ὡς ἄρκτος ἀτεκνουμένη*, s. *ἠτεκνωμένη*, sine dubio ex aliis SS. locis, ubi haec comparatio reperitur, si nempe nota haec hexaplaris recte se habet. Sed desumta est haec nota e male intellecto loco *Eusebii*, qui in *Commentario* ad h. l. scribens: *καὶ ἐν ἄλλοις δὲ εἴρηται, ὡς ἄρκτος ἀτεκνουμένη*, per *τοὺς ἄλλους* non reliquos, exceptis Alexandrinis, interpretes, sed *ἄλλους τόπους*, *alia SS. loca*, in quibus haec loquendi formula occurrit, (v. c. Prov. XVII, 12. et Hos. XIII, 7.) intellexisse videtur.

'ΑΤΕ'ΚΝΩΣΙΣ, orbitas liberorum. שְׁכוּל, idem. *Aqu.* Ps. XXXIV, 14. ubi LXX *ἀτεκνίαν* habent.

'ΑΤΕ'ΛΕΙΑ, immunitas a publicis vectigalibus, vel *tributis.* 1 Macc. X, 34. *πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτελείας καὶ ἀφέσεως. Grotius* ad h. l. exponit *ἀτελείας*, *ut eo tempore de rebus, quas secum ferrent, nullum penderent vectigal: ἀφέσεως, ne ob debitum capi possent. Hesych. ἀτέλεια, ἀλειτουργησία.*

'ΑΤΕ'ΛΕΣΤΟΣ, imperfectus, immaturus. Sap. III, 16. *τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται*, liberi in adulterio nati e vita *ante tempus constitutum eripientur;* sequitur enim: *καὶ ἐκ παρανόμου κοίτης σπέρμα ἀφανισθήσεται.* Male itaque *Baduellus* h. l. per *βεβήλους, profanos*, interpretatus est. *Vulg. in consummatione erunt.* Ib. IV, 5. *κλῶνες ἀτέλεστοι*, rami *inconsummati.*

**'ΑΤΕΛΕ'ΣΤΑΤΟΣ, valde impius.* 3 Macc. V, 28. *ἀτελέστατον ἐβεβαίωσεν ὅρκον*, *impium* interposuit iusiurandum. Facit huc glossa *Suidae: ἀτέλεστος, ἀμύητος, βέβηλος, ἀνοργίαστος, τελετὰς μὴ πεποιημένος.* Notat itaque haec vox *hominem profanum, qui arcetur a sacris,* aut *non initiatus est mysteriis,* adeoque ad *impium* bene transferri potest.

'ΑΤΕΛΕΣΦΟ'ΡΗΤΟΣ, ad perfectionem vel *maturitatem non perductus, qui fructum maturum non fert,* a *τελεσφορέω, ad maturitatem perduco.* *בָּאְשָׁה, *herba foetida, lolium. Symm.* Iob. XXXI, 40. *ἀτελεσφόρητα*, ubi, veram

vocis hebraicae notionem ignorans, genus posuisse videtur, aut intellexit de herbis, quae ante tempus in putredinem abeunt. Vide *Schol. gr.* in ed. *L. Bosii* ac vocem ἀτελής.

'ΑΤΕΛΗ'Σ, *imperfectus, immaturus.* בְּאֻשִׁים, *uvae foetentes. Symm.* Ies. V, 2. ἀτελῆ. Sensum expressit: nam uvae, quae non ad maturitatem perveniunt, putrefieri solent. Sap. X, 7. ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτὰ, arbores temporibus imperfectis fructus ferentes, h. e. immaturos fructus ferentes: ubi ὧραι ἀτελεῖς sunt *tempora frugum inchoata, sed non perfecta.* Vide ad h. l. *Grotium.*

'ΑΤΕΝΙ'ΖΩ, *intentis oculis aspicio.* שׁוּר, *contemplor. Inc.* Iob. VII, 8. ἀτενιεῖ. Cod. *Alex.* οὐκ ἀτένοι. Legendum ἀτενίσει. 3 Esdr. VI, 28. ubi ἀτενίσαι, ut lat. *videre*, sequ. *ut*, est *curare, ut aliquid peragatur.* 3 Macc. II, 26. ἀτενίζοντας εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν, ubi ἀτενίζειν significat: *ab oculis ac voluntate alicuius pendere, se ad alicuius consilia ac vivendi rationem accommodare. Hesych.* ἀτενίζει, προσέχει, βλέπει. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

"ΑΤΕΡ, *absque, sine.* 2 Macc. XII, 15. ἄτερ κριῶν. Est adverbium poetis familiarius.

"ΑΤΗ, *noxa, damnum, aerumna.* *מוֹקֵשׁ, *scandalum, laqueus. Samar.* Ex. X, 7. ἄται. — מְשׁוֹאָה, *devastatio. Aqu.* Soph. I, 15.

'ΑΤΙΜΆΖΩ, *ignominia afficio, contemno, vilipendo, dedecoro*, it. *vasto, depopulor.* בּוּז, *contemno, sperno.* Prov. XIV, 21. ὁ ἀτιμάζων πένητα, qui amicum pauperem *contemnit.* Ib. XXX, 17. ἀτιμάζοντα γῆρας. — בָּזָה, idem. 1 Sam. X, 27. ubi ἀτιμάζειν est *aliquem repudiare, ac regem agnoscere nolle.* Prov. XIV, 2. Ies. LIII, 3. Adde Ier. XXII, 28. — כִּזָּיוֹן, *contemtus.* Esther. I, 18. — בַּמַּכְתֵּשׁ בַּעֱלִי, *in mortario cum pistillo.* Prov. XXVII, 22. ἐὰν μαστιγοῖς ἄφρονα ἐν μέσῳ συνεδρίου ἀτιμάζων, ubi interpres suam explicationem similitudini suffecit. Fortasse legit בַּעַל חֶרְפּוֹת. — *גָּזַל, *rapio. Inc.* Prov. XXVIII, 24. ἀτιμάζει. *Semlerus* coniicit legendum esse ἁρπάζει. Sed mihi sensum expressisse videtur. — דִּכָּא Pih. *contero.* Prov. XXII, 22. μὴ ἀτιμάσῃς ἀσθενῆ ἐν πύλαις, non male quoad sensum. — הִכְלִים Hiph. *pudefacio.* Prov. XXVIII, 7. — *זָלַל, Hiph. הֵזִיל, *vilifacio, sperno. Inc.* Thren. I, 8. — *הֶחְפִּיר, *pudore afficio. Symm.* Prov. XIII, 5. — *נִכְלָם, *confusus.* 2 Sam. X, 5. ἠτιμασμένοι, sec. *Vatic.* — נִבֵּל Pih. *vilipendo.* Mich. VII, 6. — נָקַל Niph. a קָלַל, *vilis habeor.* Gen. XVI, 4. et 5. Adde 1 Sam. X, 30. ubi cum ἀτιμόω permutatur in codd. — הִקְלָה : נִקְלָה Niph. et Hiph. Deut. XXVII, 16. Ies. XVI, 14. — *עָוָה, h. l. *pecco, violo, laedo.* Esth. I, 16. sec. *Alex.* ἠτίμασεν, quod fortassis *Iosephus* secutus est, qui rem sic narrat: οὐκ αὐτῷ μόνῳ γεγονέναι τὴν ὕβριν. Vide *Ant. Iud.* XI, 6, 1. — קָלוֹן, *ignominia.* Prov. XXII,

10. - קָלַל Pih. *maledico*. *Aqu. Symm. Theod.* Ex. XXII, 28. *Aqu.* 2 Sam. VI, 22. ἀτιμάσεις. - שָׁאַט, *depopulor*, *sperno*. Ez. XXVIII, 24. 26. - שְׁאָט, *depopulatio*, *contemtus*. Ez. XXXVI, 5. - שָׁדַד, *devasto*. Prov. XIX, 26. Fortasse sono decepti expresserunt שְׁאָט. - שָׁמֵם, *desolo*. Ez. XXXVI, 3. - שָׁפֵל, *humilior*. Ies. V, 15.

'ATIMAΣMO'Σ, *ignominia*, *infamia*. 1 Macc. I, 42. *Drusio* ad h. l. potius est *notatio* s. *ignominiosa damnatio*, *qua nimirum aliquis infamis fiebat*. Erat autem gravioris supplicii instar, quippe proxime aberat a capitis supplicio.

'ATIMA'Ω, *nullo honore*, *immo ignominia afficio*, *contemno*. אֶבְיוֹן, *egenus*, *inops*. Ies. XXV, 4. ἐγένου τοῖς ἀτιμήσασι δι' ἔνδειαν σκέπη, sec. *Ald.* ubi lectio est aperte vitiosa, et vel legendum est ἠτιμασμένοις, vel, quod praefero, ἀθυμήσασι, ut reliqui libri habent.

'ATI'MHTOΣ, *inhonoratus*, *contemtus*, *non pretiosus*, etiam *inaestimabilis*, *pretiosus*, *qui satis aestimari et in pretio haberi nequit*. Sap. VII, 10. οὐδὲ ὡμοίωσα αὐτῇ (sc. sapientiae) λίθον ἀτίμητον, ubi nonnulli libri τίμιον habent, sed sensu eodem. 3 Macc. III, 23. οὐ μόνον ἀπεστρέψαντο τὴν ἀτίμητον πολιτείαν, non solum repudiarunt ius civitatis, *quod in summo pretio ab iis haberi debebat*. Eodem sensu Graecis φίλος ἀτίμητος dicitur. Etiam adiectivum ἄτιμον per πολύτιμον explicatur a *Schol. Aeschyl.* in *Agam.* v. 421.

'ATIMI'A, *ignominia*. בּוּז, *contemtus*. Iob. XII, 21. - הַכְלִים infin. Hiph. Ier. VI, 15. - *חָבַשׁ, *obligo*, *constrictum teneo*. Iob. XL, 8. τὰ δὲ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας ἔμπλησον. Loco חֲבשׁ legerunt הָבוּשׁ. Male *Bielius Trommium* secutus hanc vocem retulit ad מָמוֹן, *absconditum*, ad quod potius pertinet ἔμπλησον. - כְּלִמָּה, et semel כְּלִימָה, *ignominia*, *poena ignominiosa*. Ier. XL, 11. LI, 51. Ez. XVI, 62. et alibi saepius. - כְּלִמּוּת, idem. Ier. XXIII, 40. - מֵבִישׁ part. Hiph. a בּוּשׁ, *pudefaciens*. Prov. XIV, 37. Abstractum posuerunt pro concreto, quemadmodum XXVIII, 7. ἀσωτίαν pro ἀσώτους. - נִקְלָה part. Niph. a קָלָה, *vilis*. Prov. XII, 9. ἐν ἀτιμίᾳ δουλεύων. - נְקַלָּה part. Niph. foem. a קָלַל, *res levicula*. *Theod.* et LXX Ier. VIII, 11. עַל נְקַלָּה, *super levi*, h. e. tanquam rem levem et nullius momenti: ἐπ' ἀτιμίᾳ. *Vulg. ad ignominiam*, quia utramque notionem haec vox habet. - קִי קָלוֹן, *vomitus*, *ignominiosus*. Hab. II, 16. - קָלוֹן, *levitas*, *vilitas*. Iob. X, 15. Ps. LXXXII, 15. Prov. III, 35. - רָזוֹן, *macies*. Ies. X, 16. ἀποστελεῖ κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν. Libere verterunt, aut vere voci hebr. hanc notionem tribuerunt. Conf. *Castelli Lex.* s. h. v. Sir. V, 13. δόξα καὶ ἀτιμία. *Vulgatus*, antecedente voce δόξα deceptus, cui haud raro τιμὴ addi solet in SS., vertens *gloria*, loco ἀτιμία legit τιμή. Sir. XX, 26. ἀτιμία, *infamia*, *ignominia*. Ib. XXII, 1.

ubi ἀτιμία est *is*, *quem ignominiae s. infamiae causa omnes irrident.*

῎ΑΤΙΜΟΣ, *inhonoratus.* *בְּלִי שֵׁם, *sine nomine.* Iob. XXX, 8. ἀτίμων. Ex sententia *Cappelli* loco בְּלִי legerunt בְּלִיַּעַל. Sed homo sine nomine est ἄτιμος. – נִבְזֶה part. Niph. *spretus.* Ies. LIII, 3. – נִקְלֶה part. Niph. *vilis habitus*, *vilipensus. Symm.* Prov. XII, 9. LXX Ies. III, 4. – שֶׁקֶר, *falsitas.* Ies. LVII, 4. ubi loco ἄτιμον fortasse legendum ἄνομον. Praeterea legitur ἄτιμοι καὶ πεφαυλισμένοι Iob. XXX, 5. ubi rem expresserunt, non autem verborum propriam significationem, nam qui tanquam fures e societate hominum expelluntur, illi sunt ἄτιμοι et πεφαυλισμένοι.

ἈΤΙΜΟ῾Ω, *ομαι*, *ignominia afficio*, *contemno*, *vilipendo*, *or*, *pudore confundor.* – בָּזָה, *contemno.* 1 Sam. X, 27. ubi est *repudiare*, *regem agnoscere nolle.* Ier. XXII, 28. ἠτιμώθη ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστι χρεία, ubi sine dubio legerunt: נִבְזֶה כְּעֶצֶב נָפוּץ. Ez. XVI, 58. XVII, 16. 18. 19. Abd. 2. ἠτιμωμένος σὺ σφόδρα, *contemtus tu valde. Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἠτιμωμένος, ἐξουδενωμένος, ἠφανισμένος. – זָלַל, *levis.* Thren. I, 12. – *נָבַל, *cado. Symm.* Ps. XVII, 46. Sensum expressit. – נִכְלַם Niph. 2 Sam. X, 5. Ier. XXII, 22. Ez. XVI, 53. – נְמִבְזָה, *contemptibilis.* 1 Sam. XV, 9. – נָקַל Niph. a קָלַל. 1 Sam. II, 32. ubi cum ἀτιμάζω permutatur in codd. – שׁוֹבָב, *aversus, rebellis.* Ier. XXXI, 22. ἠτιμωμένη. Libere verterunt.

ἈΤΙΜΩ῾ΡΗΤΟΣ ΕἸ῾ΜΙ῾, *impunitus sum.* נִקָּה Niph. *innocens sum.* Prov. XI, 21. XIX, 5. 9. et XXVIII, 20.

ἈΤΙ῾ΝΑΚΤΑ, *immota.* טוֹטָפֹת plur. *frontalia*, *schedae memoriales. Aqu.* Ex. XIII, 16. (e coniectura scilicet *Montfauconii*, quem vide. Codices legunt εἰς ἰνακτὰ s. ἐνεκτὰ s. ἀνακτά.) Deut. VI, 8. Conf. s. v. ἀσάλευτος.

ἈΤΜΙ῾Σ, *vapor*, *fumus*, *halitus*, *exhalatio.* הֶבֶל, *vanitas. Symm. Theod.* Ps. LXI, 10. ubi libri nonnulli ἀτμὸς habent. *Aqu.* Cohel. I, 1. et XII, 8. – עָנָן, *nubes*, *nebula.* Lev. XVI, 13. Ez. VIII, 11. – *עָשָׁן, *fumus. Inc.* et LXX sec. *Oxon.* Ex. XIX, 18. ubi reliqui καπνὸς habent. Hos. XIII, 3. sec. *Vat.* de quo loco videndus *Bochartus Hieroz.* P. II. lib. 4. c. 5. – קִטּוֹר, *fumus.* Gen. XIX, 28. Vide et Sir. XXII, 27. XXIV, 18. XLIII, 5. – תִּמֲרוֹת plur. *elationes s. omne quod in altum ascendit.* Ioel. II, 30. Sap. VII, 25. ἀτμὶς γάρ ἐστι τοῦ θεοῦ δυνάμεως, *splendor* enim est virtutis Dei. Inde apud *Hesychium* et in *Gloss. MSS.* τῆς Παναρέτου: Ἀτμὶς, ἀπαύγασμα, πνοή. Apud eundem *Hesychium* ἀτμὶς exponitur ἀναθυμίασις, σπινθὴρ, ἀνάδοσις.

ἈΤΜΙ῾Σ ΚΑΠΝΩ῾ΔΗΣ, *vapor fumosus.* עָשָׁן, *fumus.* Hos. XIII, 3.

'ATMO'Σ, idem quod *ἀτμὶς, vapor fumi et aura tenuis.* הֶבֶל, *vanitas. Symm.* Ps. XXXVIII, 6. ubi tamen *Symmacho* ἀτμὶς tribuit *Athanasius Alex.* T. I. p. 1064. *Symm. Theod.* Ps. LXI, 10. ubi *Symm.* certe ἀτμὸς transtulisse testis est *Eusebius. Symm.* Ps. CXLIII, 5. *Inc.* Iob. VII, 16. *Symm.* Cohel. I, 1. *Aqu.* Cohel. I, 14. IX, 9. *Hesych.* ἀτμὸς, ἡ ἐκ τοῦ ὑγροῦ ἀνάδοσις, ἢ καπνὸς, ἢ πνοή.

"ATNAI"N. Vox haec mire depravata legitur apud LXX *Hex.* 1 Sam. XIV, 48. ubi e versione *Inc.* reponendum est μεγάλην, cui tamen voci nihil in textu hebraico respondet.

"ATOMOΣ, i. q. ἄτμητος, *insectus, non incisus.* Vox haec reddenda est Siracidae XXIV, 15. post λιβάνου e *Vulgato, quasi libanus non incisus.* Est enim duplex λίβανος, h. e. thus: prius vocatur ἄτομον, *non incisum,* sed indivisum, integrum; hoc primas tenet, adeoque masculum vocatur. Posterius dicitur ἔντομον et τμητὸν, s. divisum et comminutum, ac saepe cum alia re permistum. Confer *Plin.* XII, 14. *Dioscor.* I, 70.

'ATONE'Ω, infirmus sum, deficio. מָעַד, *vacillo. Aqu.* Ps. XXV, 1. οὐκ ἀτονήσω. - דָּלַל, *attenuor. Symm.* Psalm. LXXVIII, 8. *Al.* Ps. CXIV, 6. vel 8. ἠτόνησα. - פִּגֵּר Pih. *defectus sum viribus. Aqu.* 1 Sam. XXX, 10. ἠτόνησαν, *debiles fuerunt. Lex. Vet.* ἀτονῶ, *lasso, deficio.* 'Ατονία, *defectus.*

"ATONOΣ, infirmus, languidus. דַּל, *tenuis. Aqu.* Iob, V, 16. ἀτόνῳ. Inde ἀτονία, quae iuxta *Hesychium* est ἀδυναμία, *impotentia. Athen.* III. p. 79. F. *Hippocr.* de *aere* p. 292, 17.

'ATONO'Ω, nutare facio. הֵמְעִיד Hiph. idem. *Aqu.* Ps. LXVIII, 24. ἀτόνωσον.

'ATOΠI'A, inconvenientia, absurditas, etiam impie factum, peccatum adversus legem. Iudith. XI, 11. ubi ἀτοπία est i. q. ἄτοπον πρᾶγμα s. ἔργον, peccatum adversus legem. Sermo enim ibi est de alliciendis Iudaeis ad legis Mosaicae violationem. *Dio Cass.* p. 56. ed. *Reim.* δεινότης καὶ ἀτοπία, acerbitas et iniquitas proscriptionis Sullae. Vide *Lex. N. T.* s. v. ἄτοπος. *Hesych.* ἀτοπία, αἰσχρότης, πονηρία.

"ATOΠON, τὸ, sc. ἔργον, *opus inconveniens, malum, turpe, iniquum,* et in plur. τὰ ἄτοπα, sc. ἔργα. אָוֶן, *iniquitas, vanitas.* Iob. IV, 8. XI, 11. XXXVI, 21. φύλαξαι, μὴ πράξῃς ἄτοπα, cave, ne iniqua facias. *Gloss. MSS. in Iob.* ἄτοπα, πονηρὰ, χαλεπά. Vide *Bibl. Coisl.* pag. 503. Prov. XXX, 20. οὐδὲν φησὶ πεπραχέναι ἄτοπον, nihil *mali* se fecisse ait. 2 Macc. XIV, 23. et Luc. XXIII, 41. *Lexicon vet. gr. lat.* ἄτοπος, *facinorosus.* Idem: ἀτόπημα, *flagitium, facinus. Hesych.* ἄτοπα, πονηρὰ, αἰσχρά. Idem: ἄτοπα, ξένα, ἐνίοτε δὲ ἄτοπον

τὸν δεινὸν καὶ ἔκθεσμον, καὶ παρηλλαγμένον, ἢ καὶ πονηρὸν, καὶ αἰσχρὸν λέγει καὶ χαλεπόν. – שָׁוְא, *falsitas*, *vanitas*. Iob. XXXV, 13.

"*ΑΤΟΠΑ ΠΟΙΕ'Ω*, *absurda facio*, *impie ago*. הִרְשִׁיעַ Hiph. *improbe ago*. Iob. XXXIV, 12.

"*ΑΤΟΠΑ ΠΡΑ'ΤΤΩ*, idem. חָרַף, *exprobro*, *probrose ago*. Iob. XXVII, 6. ἄτοπα seu ἄτοπον πράξας. Libere transtulerunt.

*'*ΑΤΟΧΕΥ'Ω*. LXX sec. *Compl.* Lev. XIX, 19. pro hebr. הִרְבִּיעַ, *accumbere* seu *coire facio*, οὐκ ἀτοχεύσεις. Sed reponendum ibi est οὐ κατοχεύσεις, ut reliqui libri habent. Vitium hoc ortum est ex continua scribendi ratione.

"*ΑΤΡΑΚΤΟΣ*, *fusus*, *colus*, dictus quasi ἀτάρακτος, quia ἀεὶ ταράσσεται, sec. *Phavorinum*. פֶּלֶךְ, idem. Prov. XXXI, 19. *Aqu.* 2 Sam. III, 29. ubi vid. *Montf. Etym. M.* Ἄτρακτος, κυρίως γυναικεῖον ἐργαλεῖον, ἐφ' οὗ τὸ νῆμα περιειλεῖται. Vide et *Suidam* in ἄτρακτον.

*'*ΑΤΡΑ'ΠΕΛΟΣ*, *qui difficulter moveri potest*, *durus*, *morosus*. Legitur Iob. XXXIX, 9. ubi LXX sec. cod. *Alex.* habent ἀτράπελος μονόκερως, et huic voci nihil respondet in textu hebraico. Adde *Schol. Soph. Ai.* v. 939.

'*ΑΤΡΑΠΟ'Σ*, sc. τρίβος vel ὁδὸς, *semita*, *via trita*, *non habens diverticula*, *sed recta*, metaph. *agendi ratio*. – הֲלִיכָה, *ambulatio*, *incessus*. Iob. VI, 19. – מַעְגָּל, *orbita*. *Symm.* Ps. XXII, 3. – נְתִיבָה, *semita*. *Tetrapla* Iob. XIX, 8. *Symm.* ib. XXXVIII, 20. LXX Iud. V, 6. Iob. XXIV, 13. – שְׁפִי, *clivus*. *Syrus* Ier, XII, 12. *Vulg. vias*. Sc. שְׁפִי notat quoque *terram planam*, *planitiem*, coll. ar. سفي, *rasit*, et syr. ܫܦܐ, *complanavit*. Sap. V, 10. ἀτραπὸν τρίβον. Sir. V, 11. ἐν πάσῃ ἀτραπῷ, h. e. noli te accommodare ad omnes homines. *Hesychius*: ἀτραπὸς, ὁδὸς τετριμμένη, μὴ ἔχουσα ἐκτροπὰς, ἀλλ' εὐθεῖα.

"*ΑΤΡΕΠΤΟΣ*, *immutabilis*, *immotus*. הֶאֱמִין Hiph. *credo*, *fidem habeo*. *Symm.* Iob. XV, 15. ἄτρεπτος, h. e. perfecte sanctus, qui nunquam a virtutis tramite deflexit.

*'*ΑΤΡΥ'ΓΗΤΟΣ*, *faece carens*, *purus*, i. q. ἄτρυγος. זַךְ, *purus*. Ex. XXVII, 20. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri ἄτρυγον habent.

"*ΑΤΡΥΓΟΣ*, *defaecatus*, *purus*. זַךְ, idem. Ex. XXVII, 20. ἔλαιον ἐξ ἐλαιῶν ἄτρυγον καθαρὸν, oleum ex olivis, sine faece, purum. *Hesych.* Ἄτρυγον, καθαρὸν, μὴ ἔχον τρύγα. Conf. *Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* v. 1087.

"*ΑΤΡΩΤΟΣ*, *invulneratus*, *illaesus*, it. *qui vulnerari nequit*, *inviolabilis*. 2 Macc. VIII, 36. X, 30. Dicitur quo-

que ἄτρωτος metaphorice *crudelis*, *saevus*, *qui omnem humanitatem exuit.* 3 Macc. V, 47. ἀτρώτῳ καρδίᾳ, *immiti corde.* *Syrus* bene: ܒܠܒܐ ܩܫܝܐ, *corde duro.*

'ΑΤΤΆΚΙΣ et

*'ΑΤΤΑΚΟ'Σ, *attacus*, *e reptilium genere.* Species *locustae* (ἀπὸ τοῦ ἄττειν, a *saliendo* dictae) etiam *Rabbinorum* sententia, sed quaenam ea sit, et quod huius a brucho et aliis discrimen, prorsus ignotum est, maxime cum vox hebr. סָלְעָם, cui Lev. XI, 22. (ubi *Compl.* ἀττακὸν habet) respondet, non amplius reperiatur. Rabbini nonnulli eam deducunt a סֶלַע, *lapis*, et עָמַם, *abscondere*, quasi: *quae se abscondat sub lapidibus.* Auctor thesauri l. gr. suspicatur, eam eandem esse cum ἀττέλαβος. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. III. p. 449. ac *Sturz.* de *dial. Alex.* p. 70.

'ΑΤΤΕ'ΛΑΒΟΣ, *locusta.* אַרְבֶּה, idem. Nah. III, 17. ubi verba ὡς ἀττέλαβος *Gravio* in *Comment.* ad h. l. p. 54. ex sequenti versu ab interpolatore, versionem ad textum hebr. recensente, huc translata videntur, ut in eorum locum iterum insereret ὡς ἀκρίς. *Gloss. MS.* in *proph.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* 'Αττέλαβος, εἶδος κνωδάλου, ἤτοι ἀκρίδος, ζώου λεπτοῦ. Cf. *Bochart. Hieroz.* P. II. Lib. III. p. 448. *Hesych.* ἀττέλεβος, ἀκρὶς μικρά. καὶ εἶδος κνωδάλου, ζώου μικροῦ καὶ λεπτοῦ, καὶ ἀκρίδος.

'ΑΤΤΧΕ'Ω, *non compos fio voti*, *adversa fortuna utor*, *infelix sum.* Inde partic. ἀτυχῶν, *infortunatus*, *miser.* אֵיד, *calamitas.* Prov. XXVII, 10. Sed ibi ἀτυχῶν potius formulae hebr. בְּיוֹם אֵיד respondet.

'ΑΤΥΧΙ'Α, *adversa fortuna*, *infortunium.* 2 Macc. XII, 30. XIV, 14. ἀτυχίας καὶ συμφορᾶς.

ΑΥΓΆΖΩ, *splendeo.* Hinc part. neutr. ΑΥΓΆΖΟΝ, *splendens*, *candidum.* בַּהֶרֶת, *papula alba*, vel *pustula ex cute effulgens et promicans.* Lev. XIII, 25. 26. 28. XIV, 56. ubi non opus est, ut loco τοῦ αὐγάζοντος legatur αὐγάσματος. - כֵּהָה, *contractum*, *strictum*, *subobscurum.* Lev. XIII, 39. Vox hebr. de *subobscuro albo* explicatur ab interpretibus.

ΑΥΓΆΖΟΝ ΤΗΛΑΥΓΕ'Σ, *res splendens*, *eminus splendens.* בַּהֶרֶת. Lev. XIII, 24. Vide s. αὐγάζω et αὔγασμα.

ΑΥ'ΓΑΣΜΑ, *splendor*, *candor.* בַּהֶרֶת. Lev. XIII, 38. et XIV, 56. sec. *Oxon.* et *Compl.* αὐγάσματος, quam lectionem quoque *Inc.* habet. Sir. XLIII, 13. σφόδρα ὡραῖον ἐν τῷ αὐγάσματι αὐτοῦ, valde speciosum in splendore suo; ubi sermo est de *iride.*

ΑΥΓΕ'Ω, *splendeo.* הֵהֵל, Hiph. ab הָלַל, *splendere facio.* Iob. XXIX, 3. ηὔγει ὁ λύχνος.

ΑΥΓΗ', *splendor.* נֹגַהּ, idem. Ies. LIX, 9. μείναντες αὐγὴν, exspectantes *clarum diem.* 2 Macc. XII, 9. τὰς αὐγὰς τοῦ φέγγους. *Hesych.* αὐγὴ, χρεία, λαμπρότης καὶ φῶς.

ΑΥ'ΘΑ'ΔΕΙΑ, *fastus, arrogantia, qua aliquis sibi ipse placet.* הוֹלֵלוֹת, *insania. Symm.* Cohel. IX, 3. Legitur praeterea haec vox apud *Inc.* Hab. III, 14. ἐπὶ τῇ αὐθαδείᾳ αὐτῶν, quae verba sine dubio hebr. עֲלִיצֻתָם, *exultatio eorum*, aut עָרִיצָתָם, *violentia, arrogantia eorum*, respondent. *Phav.* αὐθάδεια, θρασύτης, ἀλαζονεία, αὐταρέσκεια. Conf. *Eustath.* ad Il. ε', p. 408. et *Lexic. N. T.* s. h. v.

ΑΥ'ΘΑ'ΔΕΙΑ ΚΑΙ' ΠΛΟΥ'ΤΟΣ, arrogantia et divitiae. שָׁאוֹן, *tumultuatio.* Ies. XXIV, 8. ubi שָׁאוֹן intellexerunt de *insolentia* et *arrogantia, quae ex divitiis oriri solet.*

ΑΥ'ΘΑ'ΔΗΣ, arrogans, sibi ipse placens. עַז, *fortis, vehemens.* Gen. XLIX, 3. 7. ubi αὐθάδης *insolentiae* notionem adiunctam habet, formula autem עַז פָּנִים notat *hominem impudentem et αὐθάδη.*

ΑΥ'ΘΑ'ΔΗΣ ΚΑΙ' 'ΑΛΑΖΩ'Ν, arrogans et *iactabundus.* יָהִיר, *superbus.* Prov. XXI, 24. *Hesych.* αὐθάδης, ὑπερήφανος, θυμώδης, παράνομος, αὐτάρεστος. *Suid.* αὐθάδης, αὐτάρεσκος, θυμώδης, θρασὺς, ὑπερόπτης. Vide *Lex. N. T.* s. h. v.

ΑΥ'ΘΑΙ'ΡΕΤΟΣ, sponte agens. נְדִיב, idem. *Symm.* Ex. XXXV, 5.

ΑΥ'ΘΑΙΡΕ'ΤΩΣ, sponte, ultro. 2 Macc. VI, 19. 3 Macc. VI, 6. VII, 10. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* αὐθαιρέτως, αὐτοβουλήτως. *Hesych.* αὐθαιρέτως, ἑκουσίως. Cf. *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. p. 573. et *Lucian.* de *gymn.* p. 803. C.

ΑΥ'ΘΕ'ΝΤΗΣ, quasi αὐτοέντης, *interfector, qui ipse sua manu necat*, i. q. αὐτόχειρ, et per synecdochen speciei, *auctor quilibet.* Sap. XII, 6. αὐθέντας γονεῖς, *interfectores* parentes. *Hesych.* αὐθέντης, ἐξουσιαστὴς, αὐτόχειρ, φονεύς. Cf. *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. pag. 574. et *L. Bos. Diss. de Etym. Gr.* p. 18. *Gloss. Ms.* τῆς Παναρέτου: Αὐτοφόντας, αὐτοχειροφονευτάς. Hic vox αὐθέντας ex Sap. l. c. excidisse et praemittenda videtur *Bielio.* Nam αὐτοφόντας in *Sap. Salom.* non occurrit. Nisi dicere malis, quod αὐτοφόντας in Codice quodam pro αὐθέντας lectum sit.

ΑΥ'ΘΕΝΤΙ'Α, ius. 3 Macc. II, 29.

ΑΥ'ΘΗΜΕΡΙΝΟ'Σ, qui eadem die, it. *diurnus, cotidianus.* יְמֵי, plur. constr. a יוֹם, *dies.* Iob. VII, 1. ὥσπερ μισθίου αὐθημερινοῦ, ἡ ζωὴ αὐτοῦ, vita eius similis est diebus mercenarii. *Al.* Ez. XXX, 16. πολέμιοι αὐθημερινοὶ, hostes *eodem ipso die.* Vide *Eustathium* ad *Hom. Il.* α', p. 33, 28.

ΑΥ'ΘΗ'ΜΕΡΟΝ et *ΑΥ'ΘΗΜΕΡΟ'Ν, eodem* seu *illo ipso die.* בְּיוֹמוֹ, *die suo.* Deut. XXIV, 15. 3 Macc. III, 25. sec. *Ald. Hesych.* Αὐθημερὸν, σήμερον, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ.

* *ΑΥ'ΘΩΡΙ', illa ipsa hora.* בַּהּ שַׁעֲתָא, *chald. in ipsa hora.* Dan. III, 15. sec. *Chis.* ubi *Theodot. Vatic. Alex.* ac *Theodor.* habent αὐτῇ τῇ ὥρᾳ. 3 Macc. III, 25. Scribitur et

αὐθωρεὶ apud *Cic.* lib. II. ad *Attic.* Ep. 13. et *Synesium* pag. 15. ed. *Paris.* a. 1553. *Hesych.* αὐθωρίτους, συντόμους. *Salmasius* legit αὐθωρὶ τοὺς συντόμους, sed rectius *Küsterus* ad *Suidam* T. I. p. 379. Αὐθωρεὶ s. αὐθωρὶ, τὸ συντόμως.

ΑΥ᾿ΛΑΙ'Α, *aulaeum*, *cortina*, *velum*, *quod praetenditur parietibus*, *aliisve locis*, aut *quo teguntur lecti.* אֹהֶל, *tentorium.* Ex. XL, 17. - יְרִיעָה. Ex. XXVI, 1. 2. 3. 4. 5. 6. XXXVI, 7. 8. 9. 10. 11. - מִשְׁכָּן, *habitaculum.* Ies. LIV, 2. Pro τῶν αὐλαίων, sive, ut in nonnullis libris et apud *Iustinum Mart.* legitur, αὐλέων, *Scharfenbergius* ad *Cappelli Crit. S.* T. III. p. 198. rescribere mavult τῶν αὐλῶν σου, ratus interpretes istos legisse לְשְׁכוּנֹתַיִךְ, coll. Ier. XXXV, 2. qua coniectura tamen non opus est, si per αὐλαίαν intellegatur *tabernaculum* s. *tentorium e pellibus confectum*, unde etiam pro אֹהֶל, *tentorium*, ponitur. - קֶלַע, *tapes.* Ex. XXXVIII, 12. 15. 16. *Hesych.* Αὐλαία, ἐν αὐλῇ διατρίβουσα, ἢ τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα, ubi vide *Intt.*

ΑΥ᾿ΛΑΙ῀ΟΣ, *ad vestibulum pertinens.* 2 Macc. XIV, 41. τὴν αὐλαίαν θύραν, ianuam atrii vel aulae. *Trommius* legendum suspicatur αὐλείαν, cui coniecturae favet *Hesychius* (a quo αὐλεία exponitur ἡ τῆς αὐλῆς θύρα,) ac locus *Theophr. Char.* XVIII, 1. *Grotio* ad Macc. II. αὐλαία est *ea ianua, quae interiora aedium claudit.*

ΑΥ῏ΛΑΞ, *sulcus.* - מִשְׁעוֹל, *semita*, *quilibet locus compressus et angustus*, quam notionem etiam voci αὖλαξ subiecisse videntur LXX Num. XXII, 24. - עֵמֶק, *vallis.* Iob. XXXIX, 10. - תֶּלֶם, *porca.* Iob. XXXI, 38. Ps. LXIV, 11. Sir. VII, 3. μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας, ne semines in sulcos iniustitiae, h. e. ne iniuste agas. Ib. XXXVIII, 29. *Hesych.* αὔλακας, κοιλοὺς τόπους. Idem: αὖλαξ, τὸ σχίσμα τοῦ ἀρότρου, διώρυξ, σπήλαιον.

* *ΑΥ῎ΛΑΚΑΣ 'ΕΛΚΥ'Ω*, *duco sulcos.* שִׂדֵּד, *agricolo*, *occo.* Iob. XXXIX, 10.

ΑΥ᾿ΛΑ'ΡΧΗΣ, *aulae princeps.* כֹּהֵן, *sacerdos*, it. *princeps.* 2 Sam. VIII, 19. οἱ υἱοὶ δαβὶδ αὐλάρχαι ἦσαν.

ΑΥ᾿ΛΗ', *aula*, it. *atrium.* הֲדָרָה, *decor.* 1 Par. XVI, 29. προσκυνήσατε κύριον ἐν αὐλαῖς ἁγίαις, ubi cum κατοικητήριον permutatur, et pluralis positus est, quia varias sectiones habebat tabernaculum foederis. Conf. ibid. XXVIII, 10. Ps. XXVIII, 2. et XCV, 8. ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ. Videntur in priore loco legisse קֹדֶשׁ בְּחָדֵר, aut חָצֵרֹת, ut iam a *Cappello* notatum est. - - *חָצוֹר, *Chazor*, nomen proprium. Ier. XLIX, 28. Legerunt חָצֵר. - חָצֵר. *Aqu. Symm.* Ps. X, 8. ubi cod. *Regius* loco αὐλὰς habet πύλας: περὶ τὰς πύλας. *Hebr.* Ez. IX, 7. LXX Exod. XXVII, 9. 12. XXXV, 16. - חָצִיר, *foenum*, it. *atrium.* Ies. XXXIV, 13. Ita *Bielius.* Scil. חָצִיר est *foenum*, a خضر,

e contrario *atrium*, s. *domicilium*, a ܒܣܢ. ־ לִשְׁכָּה, *cubiculum*. Ier. XXXV, 2. Ez. XLII, 1. – מַחֲנֶה, *castra, acies.* 2 Par. XXXI, 2. Scil. αὐλὴ in universum *omnem locum* notat, *ubi aliquis est et habitat*, ac speciatim de *castris* adhibitum legitur 2 Macc. III, 15. Vide infra. – נֵזֶק, *damnum.* Esther. VII, 4. ubi *Cappellus* iudicat eos בְּחָצֵר legisse. Sed nimis magna est differentia inter utramque vocem, et nulla vel literarum similitudo vel pronuntiationis affinitas. Videntur itaque in voce semel tantum occurrente, ut saepius, divinasse. Longe tamen probabilius est illos respexisse ad נִשְׁכָּה. נֶשֶׁךְ est *conclave*, *cubiculum*, (quod per αὐλὴν vertunt Ier. XXXV, 2. Ex. XLII, 1.) aut forte pro ן legerunt ר, et pro ק ח, legentes בִּנְוַת, *in habitaculo*, s. *domicilio*. Mihi posterius placet, prius probabilius est *Buxtorfio* in *Anticritica* p. 662. – עֲזָרָה, *atrium.* 2 Par. IV, 9. VI, 13. – *עִיר, *urbs.* 2 Reg. XX, 4. ubi Massorethae legi volunt חָצֵר. – פֶּתַח, *ianua.* Lev. VIII, 21. ἐν τῇ αὐλῇ τῆς σκηνῆς, non male quoad sensum. – שַׁעַר, *porta.* Esth. II, 19. III, 2. 3. Ps. CXXI, 2. Ez. XL, 46. – *רִאשֹׁנָה, *primo*, *prius.* Gen. XIII, 4. τὴν αὐλὴν sec. libros nonnullos, ubi tamen fortasse pro αὐλὴν reponendum erit ἀρχὴν, ut in *Vat.* legitur, cui tamen coniecturae refragari videtur vox σκηνὴν, quae in Cod. *Alex.* et *Ald.* reperitur. – תְּרַע *chald.* *porta.* Dan. II, 49. Scil. *porta regis* nihil aliud ibi est, quam *aula regis.* Certe *aula* imperatorum Orientalibus *porta* dicitur, ut multis docuit *Schultensius* in *Opp. Min.* pag. 321. 2 Macc. XIII, 15. ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλὴν, irruit noctu in *castra* regis. Sc. αὐλὴ h. l. *castra* notat, nam de aula regis ideo non explicari potest, quia tunc temporis in castris erat, et bellum gerebatur. *Syrus:* ܡܫܪܝܬܐ, *castrum.* Confer supra s. v. מַחֲנֶה. *Phavorinus:* αὐλὴ, ὁ περιτετειχισμένος καὶ ὕπαιθρος τόπος. Confer *Athenaeum* lib. V. pag. 95.

ΑΥ'ΛΙ'ΖΟΜΑΙ, *diversor*, quasi *stabulor* ἐν τῇ αὐλῇ, *pernocto*, *cubo*, *moror*, *commoror*. – *בִּית vel בִּית, *commoror*, *pernocto.* Dan. VI, 8. sec. *Chis.* *Theodotion* habet ἐκοιμήθη ἄδειπνος. – הִתְמַהְמַהּ, Hithp. a מָהָה, *cunctor*, *moror.* 2 Sam. XV, 28. αὐλίζομαι ἐν Ῥαβαὼθ, *maneo* in Rabaoth, sec. *Ald.* ubi reliqui libri partim στρατεύομαι, partim προσδέχομαι habent. *Hesych.* αὐλίζομαι, μένω, ἐνδιατρίβω. Conf. Sir. XIV, 26. XXIV, 7. LI, 31. *Glossae:* αὐλίζομαι, ἐπὶ ἀνθρώπου, *demoror*, *commoror*, *conversor*. – יָלַךְ, הוֹלִיךְ, Kal et Hiph. *eo*, *ire facio.* Esdr. X, 6. ηὐλίσθη ἐκεῖ: ubi scilicet יָלַךְ notionem *manendi* adiunctam habere videtur, ut nempe sit: *se conferre ad aliquem commorandi causa.* Conf. infra ad 3 Esdr. IX, 2. notata. Non enim impetrare a me possum,

ut credam, eos loco וַיֵּלֶךְ legisse וַיָּלִין, quae fuit nonnullorum coniectura. – לוּן: הֵלִין Kal et Hiph. *pernocto, facio pernoctare.* Ios. VI, 11. ubi *αὐλίζεσθαι pernoctare* notat, et cum *κοιμᾶσθαι* ac *καταπαύειν* permutatur in codd. Sermo ibi est de arca foederis. Ib. VIII, 9. Iud. XIX, 4. ubi cum *ὑπνοῦν* permutatur in codd. Ruth. I, 16. Neh. XIII, 20. *ηὐλίσθησαν πάντες, tentoria figebant* omnes. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Ηὐλίσθησαν, συνήχθησαν, ἐσκήνωσαν, παρενέβαλον.* Ita enim legendum est loco *παρέβαλον. Hesych. ηὐλίσθησαν, ἐσκήνωσαν, ᾠκίωσαν.* Ita enim scribendum loco *οἰκίωσαν.* Iob. XIX, 4. Adde *Aqu.* sec. cod. 108. *Holm.* Deut. XXI, 23. *Symm.* Ies. I, 21. ubi *Curterius* male *κυλίζετο* legit, et *Theodot.* Iob. XXIX, 19. – צָבַע, *tingo, intingo*, et in Chald. Ithpah. אִצְטַבַּע. Dan. IV, 12. 20. 22. ubi pro *ἀπὸ τῆς δρόσου* legendum est *ἐν τῇ δρόσῳ.* Caeterum in omnibus his locis libere nec male quoad sensum verterunt: nam qui sub dio versatur ac pernoctat, rore coelesti tingitur. *Bertholdto* ad h. l. יִתְרַבַּע legisse videntur. – שָׁכַן: הִשְׁכִּין Kal et Hiph. *habito, habitare facio.* Iob. XI, 14. XV, 28. XXXVIII, 19. *ποίᾳ δὲ γῇ αὐλίζεται τὸ φῶς; ubi est sedes lucis? Hesych. αὐλίζεται, κοιμᾶται, φυλάττεται, κοιτάζεται.* 3 Esdr. IX, 2. *αὐλισθεὶς ἐκεῖ,* coll. Esdr. X, 6. וַיֵּלֶךְ שָׁם, ubi *Trendelenburg* coniicit eum legisse יָלֶן, *commoratus est,* nam Esdram conclave ingressum esse iam v. 1. dictum erat.

ΑΥ'ΛΙΣΜΟ'Σ, pernoctatio, commoratio, pernoctandi locus, diversorium. מָלוֹן, *diversorium. Symm.* Ies. X, 29. Ier. IX, 2. ubi *Aquila κατάλυμα* habet.

ΑΥ'ΛΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, diversorium. מָלוֹן, idem. *Aqu.* Ies. X, 29.

ΑΥ'ΛΟ'Σ, tibia, fistula. *הִלּוּלִים, *laudes, gratulatio. Theod.* Iud. IX, 27. sec. cod. *Basil.* Sine dubio confudit חֲלִילִים et הִלּוּלִים. Vide ad h. l. *Scharfenberg.* – חָלִיל, *tibia, fistula.* 1 Sam. X, 5. Ies. V, 12. XXX, 29. Vide et *Symm.* Psalm. LXXXVI, 7. – צֶלְצְלִים plur. *cymbala.* 2 Sam. VI, 5. *Hesych. αὐλὸς, κιθάρα, ἡ σύριγξ.*

"ΑΥΛΟΣ, materiae expers. קֹבֵעַ part. *spolians.* Prov. XXII, 23. *ῥύσῃ σὴν ἄυλον ψυχὴν,* ubi sine dubio legendum est *ἄσυλον,* quod alii libri habent, aut *αἴσυλον.* Vide *Schol.* ad *Iliad. ε',* v. 403. Fortasse tamen קֹבְעֵיהֶם interpreti fuit participium passivum, ut *ψυχὴ ἄυλος* sit *anima corpore nudata, et quasi spoliata.*

ΑΥ'ΛΩ'Ν, vallis. אַיָּל, *cervus. Aqu.* Ps. XLI, 2. Legisse hic videtur vocem hebr. ea ratione punctatam (nempe אֵיל), qua *campum* significat, quemadmodum auctor ed. VItae, qui *πεδίον* habet. Conf. *Drusii Obss.* lib. XIV. c. 25. – אֵלוֹנֵי, nomen proprium. *Οἱ λοιποὶ* Deut. XI, 30. ubi, qui sic verterunt, hebraicam vocem graecis literis expressam retinuisse viden-

tur. - גַּיְא, *vallis.* 1 Sam. XVII, 3. - עֵמֶק, idem. 1 Par. X, 7. (ubi cum κοιλὰς permutatur in codd.) XII, 15. XXVII, 29. 2 Par. XX, 27. Ierem. XLVIII, 8. - *פְּחָתִים, *foveae.* 2 Sam. XVII, 9. ἐν ἑνὶ τῶν αὐλώνων, sec. *Compl.* et apud *Incertum* secundum *Montfauconium.* Fortasse αὐλώνων est glossema ductum e *Iosephi* A. I. VII, 9, 6. uti iam placuit *Scharfenbergio* in *Prolus. de Iosephi ac Vers. Alex. consensu* p. 24. Non tamen opus videtur hac coniectura. Nam secundum *Hesychium* αὐλῶνες sunt non solum φάραγγες, sed etiam τόποι πλατεῖς ἐπὶ τὰ ὄρη, seu, ut viri docti legunt, βαθεῖς ὑπὸ τὰ ὄρη. Iudith. VII, 3. *radices montis. Vulg. crepido. Hesych.* αὐλὼν, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος, καὶ λειμὼν, ἢ ἔφυδρος τόπος.

ΑΥΞΑΝΩ, augeo, magnum facio, crescere facio, multiplico, produco, et *ΑΥΞΑΝΟΜΑΙ, cresco.* גָּדַל, גִּדֵּל, Kal et Pihel, *magnus fio, magnum facio. Symm.* sec. *Coislin.* 1 Sam. II, 21. LXX Gen. XXI, 8. ηὐξήθη τὸ παιδίον, crescebat puer: coll. v. 20. et XXV, 27. Ios. IV, 14. ηὔξησε κύριος τὸν Ἰησοῦν, *magnum faciebat* Dominus Iosuam, h. e. *magnam ei concessit auctoritatem.* - *הֵבִין, *intellego. Symm.* Ps. LVIII, 10. Sc. הֵבִין h. l. est *emicare*, ex usu l. arab. بان, *emicuit gramen*, adeoque ei bene respondet αὔξάνεσθαι h. l. apud *Symmachum*, inprimis cum de sentibus et spinis sermo sit. - הֵבִין וּפָרַץ, Hiph. a בּוּן, *prudenter ago et dispergo.* 2 Par. XI, 21. V. supra s. הֵבִין. - *הִגִּיד, *indico.* 1 Par. XVII, 10. αὐξήσω σε. Legerunt וַאֲגַדֶּלְךָ. - הוֹצִיא, Hiph. a יָצָא, *exire facio, produco.* Ies. LXI, 11. - חִדֵּשׁ, Pih. *renovo. Symm.* Iob. X, 17. μάρτυράς σου κατέναντί μου αὐξάνων, testes tuos coram me *multiplicans.* - נִפְרַץ Niph. *erumpo.* Gen. XXX, 30. - נִשָּׂא Niph. *efferor.* Num. XXIV, 7. 1 Par. XIV, 2. - פָּרָה: הִפְרָה, Kal et Hiph. *foetifico, foecundo.* Genes. I, 22. αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, crescite et multiplicamini. Vide et Gen. XLVII, 27. Ex. I, 7. Gen. XXVIII, 3. αὐξήσαι σε καὶ πληθύναι σε, *crescere* te *faciat*, et multiplicet te. Vide et Gen. XLVIII, 4. Lev. XXVI, 9. Gen. XLIX, 22. Ἰωσὴφ υἱὸς αὐξανόμενος, Ioseph filius *est similis surculo crescenti.* Gen. XLI, 52. ubi αὐξάνειν est *ad statum felicem et honoratum perducere*, i. q. ὑψοῦν in cod. *Alex.* Lev. XXVI, 9. - *פִּרְזוֹנוֹ, *villae eius.* Iud. V, 11. αὔξησον. Deduxit sine dubio, sed admodum inepte, a פָּרָה, *foecundare, fructificare.* - *פָּרַץ, *dispergo.* 2 Par. XI, 23. Vide supra s. v. הֵבִין. - צָלַח, *prosperor.* Ier. XXII, 30. - רָבָה, *multiplicor.* 1 Par. XXIII, 17. Adde *Symm.* Ps. XVII, 36. ubi αὐξάνειν notat *potentem ac felicem reddere.* - שׁוּב שְׁבוּת, *reduco captivitatem*, h. e. *reduco in pristinum felicem statum.* Iob. XLII, 10. ὁ δὲ κύριος ηὔξησε τὸν ἰώβ. Vide *Fesselii Adv. Sacr.* lib. I. c. II. p. 26. Praeterea

legitur haec vox Iob. III, 12. ubi verba וּמַה שָּׁדַיִם כִּי אִינָק, (*et cur ubera, quod sugerem*, h. e. *quare ubera suxi*, aut, quemadmodum *Vulgatus* expressit: *cur lactatus uberibus*) *Inc.* ita transtulit: τὴν κακίαν ηὔξησα, quae verba *Montfauconius* male ita vertit: *malitiam auxi*, et in nota subiecta addit: Videtur esse merum scholion. Mihi de h. l. ita videtur. Ante τὴν κακίαν η. partim e LXX Intt. repetendum ἱνατί, partim supplenda est praepositio εἰς. Κακία h. l. non *malitiam*, sed *malum, infortunium* notat. Αὐξάνω denique h. l. intransitive sumitur pro *adolescere, ad adultam pervenire aetatem*, hoc sensu: cur ego ad infortunium natus sum et adolevi. Quod si sumitur, apparet ignotum illum interpretem libere quidem, nec tamen male vertisse. Conf. ad h. l. *Olympiodorum* in *Catena Graeca Iunii* p. 126. Sir. II, 3. ἵνα αὐξηθῇς ἐπ' ἐσχάτων σου, ut *felix, salvus et incolumis evadas* tempore calamitatis tuae.

ΑΥ"ΞΗΣΙΣ, augmentum, incrementum. 2 Maccab. V, 16. πρὸς αὔξησιν καὶ δόξαν τοῦ τόπου, ad augendam loci gloriam.

ΑΥ'ΞΗΤΙΚΟ'Σ, augescens, crescens. פֹּרִיָּה, *fructificans. Aqu.* Ies. XXXII, 12. ἐπὶ ἀμπέλῳ αὐξητικῇ, propter vites *frugiferas.*

ΑΥ̃ΟΣ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, aridus fio, exaresco. נִחַר, Niph. *exuror, exsiccor. Symmach.* Ps. CI, 4. αὖα γίγονεν, *arefacta sunt. Hesych.* Αὖα, ξηρά.

ΑΥ̃ΡΑ et *ΑΥ"ΡΑ, aura, ventus levior.* דְּמָמָה, *silentium*, etiam *lenis aurae sibilus.* 1 Reg. XIX, 12. Iob. IV, 16. ἀλλ' ἢ αὖραν καὶ φωνὴν ἤκουον, sed vel flatum tenuem et vocem audiebam. Melius *Vulgatus: et vocem quasi aurae lenis audivi.* Ps. CVI, 29. — זֹהַר, *splendor*, spec. *siderum.* Ez. VIII, 2. ὡς ὅρασις αὔρας. Suspicor equidem pro αὔρας reponendum esse αὐγῆς. Eadem medela afferenda quoque est *Theodotionis* versioni. *Hesych.* αὔραν, πνοὴν λεπτήν. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* αὖρα, πνοή, γαλήνη.

ΑΥ"ΡΙΟΝ, cras, crastino die. מָחָר idem. Ex. VIII, 10. εἰς αὔριον, in crastinum diem. Ibid. v. 23. ἐν δὲ τῇ αὔριον, sc. ἡμέρᾳ, die crastino, ubi in codd. permutatur cum ἐπαύριον. Vide et IX, 5. Ios. III, 5. εἰς τὴν αὔριον, sc. ἡμέραν, *in crastinum diem*, et alibi saepius. — מִמָּחֳרַת, *postridie.* Lev. VII, 6. et XIX, 6. 1 Sam. XI, 11.

ΑΥ'ΣΤΗΡΙ'Α, austeritas, tetricitas, sec. *Gloss. Vett.* 2 Macc. XIV, 30. ubi *austeritas* tribuitur ei, qui in consuetudine pristinam humanitatem et comitatem mutavit, i. q. asperitas.

ΑΥ'ΣΤΗΡΟ'Σ, Ο'ΤΕΡΟΣ, austerus, austerior. חֶמֶר, *merum. Aqu.* Deut. XXXII, 14. αὐστηρόν. Legisse mihi videtur חֹמֶץ, quod *vinum acerbum* notat. Ps. LXIX, 22. Cf.

Lex. N. T. s. h. v. De homine autem austeriori, h. e. durius et asperius agente, quam antea solitus erat, legitur in comparativo 2 Macc. XIV, 30. *αὐστηρότερον διεξάγοντα. Hesych.* *αὐστηρὸς, σκυθρωπός. Etym. M. αὐστηρὸς, παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξηραίνω, ὁ μέλλων αὔσω, ἐξ οὗ αὐστηρός. σημαίνει στρυφνὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, σκυθρωπόν.*

**ΑΥ'ΤΑΡΕΣΚΙ'Α*, s. *ΑΥ'ΤΑΡΕ'ΣΚΕΙΑ*, *nimius amor sui rerumque suarum*, et ex adiuncto *vita ex lubidine acta.* נֶפֶשׁ, *anima*, h. l. *cupiditas*, *desiderium. Symm.* Cohel. VI, 9. *ὁδεύειν αὐταρεσκίᾳ*, ambulare pro arbitrio, h. e. ita ut tibi nimis placens aliorum consilia non audias. Voce *Αὐταρέσκεια* usus quoque est *Basilius* II, 590. D. ed. *Paris.* 1638. Vide *Kreyssigii Symb.* P. VI. pag. 8. sequ. Pro *Αὐταρέσκεια Montfauconius* ac *Bielius* perperam in lexica sua transtulerunt

ΑΥ'ΤΑΡΚΕΣΙ'Α, *sufficientia*, quae vox in utroque Lexico expungenda est.

ΑΥ'ΤΑΡΚΕ'Ω, *sufficio*, *do*, *quantum sufficit.* Speciatim dicitur de iis, qui alios omnibus instruunt, quae sunt ad vitam sustentandam necessaria. מָצָא, *invenio*, etiam *sufficio* (Vide Num. XI, 22.), et in Hiph. *suppedito*, *quae sufficiant.* Deut. XXXII, 10. *αὐτάρκησεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ*, ubi pro יִמְצָאֵהוּ, *inveniet eum*, sine dubio legerunt cum *Chaldaeo* יַמְצִיאֵהוּ, aut certe τῷ Kal tribuerunt notionem hiphilicam. Carpit hanc versionem *Eugubinus*, et credit legendum esse *ἐξεύρησεν αὐτόν. Vulg. invenit eum. Aqu.* et *Theod. εὗρεν αὐτόν. Itala Vetus : sufficientem eum sibi fecit*, h. e. tribuit ipsi necessaria. Cod. *Samar.* habet lectionem יַאֲמִצֵהוּ. Vide ad h. l. *Scharfenb.*

ΑΥ'ΤΑ'ΡΚΗΣ, *sufficiens*, *contentus.* הַמְעַט, *numquid parum.* Ies. VII, 13. *Symm. μὴ οὐκ αὔταρκες*, nonne *sufficit*? bene quoad sensum. — *חֹק, *pars statuta*, *portio.* Prov. XXX, 9. *σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη.* Sir. V, 1. et XI, 24. *μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοι ἐστὶ*, ne dicas: ipse mihi opibus meis sufficio, alius opus non habeo. Ib. XL, 20. *ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται*, vita operarii *sorte sua contenti* dulcis erit. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. *Hesychius: αὐτάρκης, ἱκανός.*

**ΑΥ'ΤΕΞΟΥΣΙΟ'ΤΗΣ*, *libera potestas.* 4 Maccab. II, 21.

**ΑΥ'ΤΟΔΕ'ΣΠΟΤΟΣ*, *dominus absolutus*, *summus.* 4 Macc. I, 1. *αὐτοδέσποτος τῶν παθῶν*, qui in animi perturbationes dominatur, ubi al. libri *αὐτοκράτωρ.* Ib. v. 30. Ib. XIII, 1.

ΑΥ'ΤΟ'ΘΙ, *ibi*, *ibidem.* תַּחְתָּם, *subter se.* Ios. V, 8. 3 Esdr. VIII, 46. 64. 2 Macc. III, 23. XI, 8.

**ΑΥ'ΤΟΚΡΑ'ΤΩΡ*, *qui plenam potestatem habet*. 4 Macc. I, 1. Vide *αὐτοδέσποτος*. Ib. VIII, 27. *Hesych. αὐτοκράτωρ, αὐτεξούσιος, ἢ κοσμοκράτωρ.*

ΑΥ'ΤΟ'ΜΑΤΑ, *spontanea*, *ultronea*. *סָחִישׁ, *germinata sponte*. 2 Reg. XIX, 29. sec. *Compl.* Reliqui libri habent *ἀνατέλλοντα*. - סְפִיחַ, *sponte natum*. Lev. XXV, 5. 11. 2 Reg. XIX, 29. - תַּחְתֶּיהָ, *sub se*. Ios. VI, 5. Ita *Bielius*. Sed vox *αὐτόματα* ibi est glossema, obelo, ut par erat, notatum in exemplo *Grabiano*. Erravit igitur *Montfauconius*, cum scriberet *αὐτόματα* esse interpretationem vocis תַּחְתֶּיהָ, cui tamen ne loco quidem respondet, nedum sensu. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*.

ΑΥ'ΤΟ'ΜΑΤΟΣ, *sponte agens*. Sap. XVII, 6. *αὐτομάτη πυρὰ*, non accensus ignis, pyra spontanea. Vide de hac voce *Lex. N. T.*

ΑΥ'ΤΟΜΑ'ΤΩΣ, *sponte*, *ultro*. Vide s. v. *'Αποπίπτω*.

'ΑΨΕΥΔΗ'Σ, *non fallax, certus.* לֹא שֶׁקֶר, *sine mendacio. Symm.* Iob. XXXVI, 4. Sap. VII, 18. γνῶσιν ἀψευδῆ, cognitionem veram ac certam.

"ΑΨΗΚΤΟΣ, *qui non est rasus aut detersus, infractus,* it. *durus, obfirmatus.* 1 Macc. IX, 14. iuxta Cod. *Basil.* οἱ ἄψηκτοι τῇ καρδίᾳ, *duri, obfirmati corde, constantes ac intrepidi;* ubi in nostris libris nunc legitur οἱ εὔψυχοι τῇ καρδίᾳ. Est a ψήχω, *tero,* it. *delinio, mollio.* Apud *Phav.* ἀψήκτῳ κοθόρνῳ exponitur σκληρῷ, ἀμαλάκτῳ. Vide et *Suidam* in v. ἀψήκτῳ.

'ΑΨΙ'ΝΘΙΟΝ, *absinthium* (*Syr.* אב - שנתא, Arab. ابو السنة, i. e. *pater somni*). לַעֲנָה, idem. *Aquila* Prov. V, 4.

"ΑΨΥΧΟΣ, *anima carens, inanimus*. Sap. XIII, 18. τῷ ἀψύχῳ, sc. εἰδώλῳ, coll. XIV, 29. *Hesych.* ad h. l. ἄψυχον, εἴδωλον, μὴ ἔχον ψυχήν.

'ΑΩΡΕ'Α. Legitur 3 Esdr. I, 12. (14.), ubi tamen pro ἀωρέας, quod libri quidam habent, legendum est ἀωρίας, h. e. *noctis*. Nam pro ἕως ἀωρέας in textu hebr. 2 Paral. XXXV, 14. legitur עַד לָיְלָה. Caeterum *Bielius Trommium* secutus ἀωρέαν transtulit *horam finitam*, quam notionem unde hauserit, me ignorare fateor.

'ΑΩΡΙ'Α, *intempestivitas, nox intempesta, tempus quo aliquid agi non potest*. *אֹפֶל, *tenebrae*. Ies. LIX, 9. sec. *Vat.* ubi fortasse ἀπορίᾳ (coll. V, 30.), h. e. *miseria*, legendum est. Ed. *Compl.* habet σκότει. – נֶשֶׁף, *crepusculum matutinum ac vespertinum*. Ps. CXVIII, 146. ἐν ἀωρίᾳ, *cum adhuc tenebrae essent*. *Kircherus* per *immaturitatem* transtulit. – שׁוֹאָה, *devastatio*. *Al.* Soph. I, 16. Nox est apud Hebraeos symbolum calamitatis ac miseriae. *Hesych.* ἀωρία, σκοτία, μεσονύκτιον, ἄπρακτος ὥρα. *Lex. Seguer.* in *Bekkeri Anecd. gr.* T. I. p. 4. ἀωρία, οἷον παρὰ τὴν δέουσαν ὥραν. οὐκ ἐπὶ νοητῶν μόνον, ἀλλ' ἁπλῶς παρὰ τὸ δέον. Vide *Pierson.* ad *Moer.* p. 52. et *Intt.* ad *Thom. M.* sub ἀωρὶ p. 136.

"ΑΩΡΟΣ, *intempestivus, immaturus, ingratus, inconveniens*. חָכָם, *sapiens*. Prov. XI, 30. ἀφαιροῦνται δὲ ἄωροι ψυχαὶ παρανόμων. Ita *Bielius*, qui iterum pro more suo *Trommium* ducem temere secutus est. Voci חָכָם enim, cuius loco e c. X, 6. חָמָס legit, respondet h. l. παρανόμων, tota vero formula ἀφαιροῦνται ἄωροι, *praematura morte abripiuntur*, referenda est ad לְנֶפֶשׁ, coll. I, 19. – לֹא עֵת, *non tempus*, h. e. *intempestivus*. Iob. XXII, 16. – עוּל יָמִים, *infantulus dierum*, sc. *paucorum*. Ios. LXV, 20. – *שְׁעָרִים, *turpes*. LXX sec. cod. *Norimb.* Ier. XXIX, 17. Sap. IV, 5. καρπὸς ἄωρος, fructus crudus, necdum satis coctus a sole. Vide *Suidam* s. v. ἀωρίᾳ. Ibid. XIV, 15. πένθος ἄωρον, luctus *in praematura morte filii*, aut potius *luctus acerbus*, nam immatura sunt acerba. Ita *Vulgatus*. *Hesych.* ἄωρον, ἀπρεπὲς, ἄχαρι, ἄκαιρον, ἄμορφον. – Vide alibi "Ολλυμι, Πένθος, et Σῦκον.

Β.

ΒΑ'ΑΛ, *Baal*, proprie *dominus*, utriusque sexus et generis nomen, ab hebr. בָּעַל, *dominatus est*. Speciatim nomen *idoli Sidoniorum* ἄκλιτον. 1 Reg. VI, 31. Accipitur etiam per synecdochen speciei pro *quocunque alio idolo*. Ier. II, 8. Latini *Martem* vocant. Num. XXIII, 4. Est etiam nomen loci, 1 Par. V, 33. item nomen viri, 1 Par. VI, 5. IX, 30. X, 36. Dicitur בַּעַל, h. e. *maritus, dominus, possessor*, a rad. בָּעַל,

dominari, imperare, maritum esse, ducere in uxorem. Ponitur cum articulo masculini et foeminini generis. Vide Num. XXII, 41. 1 Reg. VI, 31. ubi cum articulo masculini, et Soph. I, 4. Iob. I, 5. Rom. XI, 4. ubi cum articulo foeminini generis occurrit. Posterioribus locis nonnulli vocem *δάμαλις* subintellegendam esse censent. Vide *Lexic. N. T.* s. h. v.

**ΒΑΑΛΕΙ'Μ.* בַּעֲלִי, *dominus meus.* Hos. II, 16. Puto *μ* esse delendum, ut hebraico magis respondeat.

ΒΑΒΥΛΩΝΙΚΗ' ΣΤΟΛΗ', *stola Babylonica.* אַדֶּרֶת שִׁנְעָר, *toga Sinear.* *Aqu.* Ios. VII, 21. *στολὴν βαβυλωνικήν.* Ita etiam *Chaldaeus.* Vide ad h. l. *Caten. Niceph.* p. 46. et infra s. v. *ποικίλος.*

**ΒΑΓΑΙ'ΟΣ,* i. q. *Βαγώας,* quod vide infra. Addit. Esth. III, 6.

ΒΑΓΩ'ΑΣ, spado regius, eunuchus. Dubium est, an nomen proprium fuerit quorundam, an commune omnium eunuchorum, ut statuit *Plinius* XIII, 4. coll. *Ovid. Amorr.* II, 2. Vide *Grotium* ad Iudith. XII, 10. et *Relandum Diss. Miscell.* P. II. p. 144.

ΒΑΔΔΙ'Ν, Baddin, stola sacra seu *byssina.* בַּדִּים plur. a בַּד, *linum, byssus.* Dan. X, 5. *Theodot.* *βαδδίν.* *Chrysost.* T. I. pag. 466. C. *βαδδὶν στολὴν ἱερὰν* exponit, quem secutus quoque est *Suidas.* *Theodoretus: βαδδεὶμ δὲ τῇ ἑλλάδι φωνῇ τὰ βύσσινα σημαίνεται.* LXX habent *βύσσινα.* Ibid. XII, 6. 7. *Hesych.* *βαδδὶν, βύσσινον ἔνδυμα εἰς ἱερέας.* *Ammonius: τὸ βαδδὶν, ποικίλον σημαίνει χιτῶνα.* *Lexic. Cyrilli MS. Barocc.* *Βαδδὶν, στολὴν ἱερὰν, ἔνδυμα ἐξαίρετον ἢ βύσσινον.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *βαδδὶν, βύσσινον ἢ στολὴ ἱερά.* Conf. *Heinsii Aristarch. S.* pag. 184. *Oldermanni* Diss. de *vestibus byssinis* §. 3. p. 5. ac *Ol. Celsii Hierobot.* T. I. p. 507.

ΒΑΔΙ'ΖΩ, εο, gradior, vado. בּוֹא, *venio.* Ion. I, 3. *πλοῖον βαδίζον εἰς Θαρσεῖς,* navem Tartessum *petituram.* – הָלַךְ, Ier. XIII, 1. XVII, 19. XIX, 1. et alibi saepius in Ieremia. Dan. XII, 13. sec. *Chis.* *Inc.* Deut. XIII, 6. – *הָרַס, *destruo, corruo, irruo.* Exod. XIX, 21. *μὴ βαδιζέσθωσαν* sec. *Compl.* ubi fortasse legendum est *βιαζέσθωσαν,* quod reliqui libri habent. – יָלַךְ. *Inc.* 1 Sam. XVII, 39. ubi *βαδίζειν* est *armatum incedere.* LXX Gen. XLII, 19. Ies. XXVI, 20. *βάδιζε, λαός μου.* *Gloss. MS. in Cantica SS.* *βάδιζε, πορεύου.* Vide quoque Hos. I, 2. Amos. VII, 12. 15. – *יָשַׁר, *rectus.* Mich. VII, 4. *βαδίζων.* Legerunt יֹשֵׁר pro יָאֹשֵׁר, ab אָשַׁר, *gradiri.* – *לָכֵן, *idcirco.* Exod. VI, 6. *βάδιζε.* Legerunt לֵךְ. Baruch. II, 13. ad quem locum *Hesychius: βαδίζει, περιπατεῖ.*

ΠΑ'ΛΙΝ ΒΑΔΙ'ΖΩ, iterum vado. שׁוּב, *revertor.* Gen. XLIV, 25.

ΒΑΘΕ'ΩΣ, profunde. Vide in *Βαθεῖαν βουλὴν ποιέω.*

ΒΑΘΜΟ'Σ, gradus. *מַעֲלָה, *ascensus, gradus,* in sensu mathematico. 2 Reg. XX, 9. 10. 11. ubi cum ἀναβαθμὸς et ἀριθμὸς in codd. permutatur. *Inc.* Ez. XL, 22. - מִפְתָּן, *limen.* 1 Sam. V, 5. Sir. VI, 38. βαθμοὺς τρίβων αὐτοῦ ἐκτριβέτω ὁ πούς σου, *vestigia semitarum,* aut: *limina* ianuarum eius dilegenter terat pes tuus. *Hesychius: βαθμοὶ, ἴχνη, πόδες.*

ΒΑ'ΘΟΣ, profunditas, profundum. *אֵיתָן, *fortis. Samar.* Gen. XLIX, 24. sec. *Scholion,* ubi loco ἐν βάθει ex coniectura *Grabii* reponendum est ἐν κράτει. Sed βάθος etiam metaphorice notat *omne quod est summum in suo genere.* Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. - *בּוֹא, *venio.* Prov. XVIII, 3. ubi pro בָּא גַם, *venit etiam,* LXX habent εἰς βάθος κακῶν. Legerunt בְּאֵגֶם, *in profundum,* et κακῶν de suo sensus causa addiderunt. *Vulgat. cum in profundum venerit malorum.* Vide ad h. l. *Iaegerum.* - בְּכִי, *fletus.* Iob. XXVIII, 11. βάθη δὲ ποταμῶν ἀνεκάλυψεν. *Schultensio* in *Opp. min.* p. 60. videntur חָבַשׁ explicasse ex rad. חָבַשׁ, *scrutari,* מִבְּכִי autem contulisse cum נִבְכֵי יָם (ib. XXXVIII, 16.), quod *Hieron. profunda maris* vertit, cui etiam accessit *Doederleinius* in *Bibl. Theol.* T. I. p. 21. - *דֳּכִי, *illisio, contusio. Aqu.* Psalm. XCII, 4. ubi non aliter legisse, sed hanc notionem huic vocabulo ἅπαξ λεγομένῳ subiecisse videtur. *Raschi* ad h. l. *Dacea ubicunque profunditatis et humilitatis significationem habet. Vulgat. fluctus suos. Hieron. gurgites suos.* Fluctus marini ob sonum, quem allidentes et collidentes edunt, commode דֳּכִי, quod etiam *sonum rei illisae* et *fragorem* notat, dici possunt. - הֶעְמִיק, Hiph. *profundum facio.* Ies. VII, 11. εἰς βάθος. - יַרְכָה, *latus, femur.* Ez. XXXII, 23. ἐν βάθει βόθρου. Non male quoad sensum. - *מַכְתֵּשׁ, *Machtesch,* nomen proprium. *Theod.* Soph. I, 11. ἐν βάθει. Hebr. vox *omnem locum profundum et excavatum* notat, coll. Iud. XV, 19. ubi est *crater,* quem sibi scaturigines excavarunt. Non satis recte itaque iudicaret, si quis hanc notam hexaplarem ab h. l. alienam esse putaret. - *מֵעַל, *desuper. Symm.* Iob. XXX, 30. εἰς βάθος, *profunde,* h. l. i. q. *valde, μεγάλως,* quod LXX habent. Sensum expressit. Nam מֵעָלַי h. l. aut pleonastice positum est, aut notat *per totam superficiem corporis mei,* quod LXX pariter ac *Symm.* exprimere voluerunt. - מַעֲמַקִּים plur., *profunda. Symm.* et LXX Ps. LXVIII, 3. 18. CXXIX, 1. Ies. LI, 10. - מְצוּלָה, *locus profundus.* Ion. II, 4. Mich. VII, 19. Zach. X, 11. - עָמֹק, *profundus.* Coh. VII, 25. βαθὺ βάθος. Legerunt עָמוֹק עָמוּק, alterum per Holem, alterum per Schurek. - *עִמְקֵי, *profunda. Aqu. Symm. Theod.* Prov. IX, 18. - *פַּחַת, *fovea. Symm.* Thren. III, 46. Potest voci βάθος ex usu loquendi notio *foveae* tribui. - קַרְקַע, *fundus, solum,*

etiam ex usu l. arab. *profunditas*. Am. IX, 3. τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. – תַּחְתִּי, *inferior*. Ez. XXXI, 14. 18. Iudith. VIII, 14. βάθος καρδίας, occulta, tecta consilia, intimae mentis cogitationes. *Hesych*. τὰ βάθη, τὰ ἀχώρητα, τὰ ἀκατάληπτα. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

**ΒΆΘΡΟΝ*, *scala, fundamentum, basis*. Βάθρον πηλοῦ, *fundamentum luti*. מַטְאֲטֵא, *coenum*, *lutum*. Ies. XIV, 23. εἰς βάθρον πηλοῦ, sec. cod. *Alex*. ubi reliqui libri βάραθρον habent. Sed utraque lectio locum habere potest. Sine dubio autem legerunt divisim מַטָּה טִיט.

**ΒΑΘΥΓΛΩΣΣΟΣ*, *eloquens*, q. d. *qui est profundae linguae*. עִמְקֵי שָׂפָה, *profundi labio*. Ez. III, 5. ubi alii libri perperam βραδύγλωσσον, alii pressius ad textum hebr. βαθυχειλον habent. Significare autem βαθύγλωσσος h. l. videtur *eum, qui est ignoti sermonis*, aut *linguae peregrinae*, coll. v. 6. Vide infra s. βαθύφωνος et βαθύχειλος.

ΒΑΘΥ'ΝΩ, *in profundum mergo*. עָמַק: הֶעְמִיק, Kal et Hiph. *Aqu. Symm. Theod*. Ies. VII, 11. LXX Ps. XCI, 5. ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου, profundae factae sunt cogitationes tuae, h. e. *occulta* consilia tua. Ier. XLIX, 8. βαθύνατε, *quaerite loca profunda*.

ΒΑΘΥ'Σ, *profundus*. הִרְחִיב, Hiph. *latum facio*. Ies. XXX, 33. φάραγγα βαθεῖαν. Sed admodum dubium est, annon βαθεῖαν ibi potius ad antecedens הֶעְמִיק, et φάραγγα ad הִרְחִיב sit referendum, quanquam negari nequit, βαθὺς interdum quoque de *longo* et *lato* adhiberi. Conf. *Sturz. Lex. Xenoph*. s. h. v. – עֲמִיקָתָא, *Chald*. plur. *profunda*. Dan. II, 22. ἀποκαλύπτει βαθέα καὶ ἀπόκρυφα, sec. *Theod*. et *Chis*. ubi βαθέα notat *arcana*, *occulta*, *et obscura*. – עָמֹק, in foem. עֲמֻקָּה. Iob. XII, 22. Prov. XVIII, 4. Coh. VII, 26. ad quem locum vide supra ad βάθος notata. – עֵמֶק, *vallis*. Prov. XXV, 3. γῆ δὲ βαθεῖα. – עָקֹב, *fraudulentus*, *fallax*. Eandem notionem habet βαθὺς de *corde* adhibitum, *cor quod non facile investigari potest*. *Syr*. ܒܨܐ, *investigavit*. Ier. XVII, 9. βαθεῖα ἡ καρδία. *Symm*. ἀνεξερεύνητος, ubi *Michaeli* עָמֹק legisse videntur. Sap. XVI, 11. εἰς βαθεῖαν ἐμπεσόντες λήθην, in *profundam* oblivionem incidentes. Apud Latinos quoque *profundum omne immensum et magnum* notat. Sir. XXII, 7. ἐκ βαθέος ὕπνου, ex *profundo* somno. Confer Act. XX, 9. et *Lex. N. T.* s. h. v. Sic et *Theocrito Idyll*. VIII, 65. βαθὺς ὕπνος. Conf. et *Aelian. V. H.* IX, 13. 4 Macc. III, 20. βαθεῖα εἰρήνη, *summa* pax.

ΒΑΘΕΙ͂ΑΝ ΒΟΥΛΗ'Ν ΒΟΥΛΕΥ'ΟΜΑΙ, *profundum consilium consulto*. הֶעְמִיק, Hiph. Ies. XXXI, 6. ubi notat *sua consilia occultare studere*. Eandem significationem habet quoque formula:

ΒΑΘΕΙ῀ΑΝ ΒΟΥΛΗ῍Ν ΠΟΙΕ῍Ω, *profundum consilium facio*, pro eodem hebr. Ies. XXIX, 14. ubi alii pro *βαθεῖαν* habent *βαθέως*. *Hesych.* *βαθεῖαν*, *κεχρυμμένην*.

**ΒΑΘΥ῍ΤΑΤΟΣ*, *profundissimus*. מַעֲמַקִּים, *profunda*. *Symm.* Ps. CXXIX, 1. *ἐκ βαθυτάτων*.

ΒΑΘΥ῍ΤΕΡΟΣ, *profundior*. עָמֹק, sequ. מ. Iob. XI, 8. Adde *Symm.* Lev. XIII, 3.

ΒΑΘΥ῍ΦΩΝΟΣ, *profundam vocem habens, quam non possumus intelligere*. עִמְקֵי שָׂפָה, *profundus labiis*, *s. lingua*, h. e. *sermonis ignoti*, *s. linguae peregrinae*. Ies. XXXIII, 19. Eandem significationem habet quoque vox

ΒΑΘΥ῍ΧΕΙΛΟΣ, *profunda labia habens*, pro eadem formula hebr. Ez. III, 5.

ΒΑΙ῍Θ, *bathus*, ex hebr. בַּת, *mensura maxima liquidorum*. כֹּר, *corus*, mensura maxima aridorum, utut hic de liquidis usurpetur. 1 Reg. V, 11. ubi *Schol.* apud *Montf.* *ἔστι μέτρον Παλαιστῖνον*, *ὁ ξέστας καὶ χοεῖς χωροῦν τέσσαρας*, *ὡς Ἰώσηπος ἔφη*.

ΒΑΙΘΑΚΑ῍Θ, hebr. בֵּית עֵקֶד, *domus ligationis*, s. *tonstrinae*. 2 Reg. X, 12. 14. Conf. *Bonfrerii* notas ad *Eusebii Onom. urb. et loc. SS.* s. v. *βαιθακάθ*. Alii male ibi habent *βαιθακάλ*.

ΒΑΙΘΗ῍Λ. Hebr. בֵּית־אֵל, *domus Dei*. *Aqu.* Genes. XXVIII, 19. ubi LXX habent *οἶκος θεοῦ*. Inde apud *Hesych.* *Βαιθήλ* (sic enim legendum loco *βαιθὴν*), *οἶκος θεοῦ*, et *Lex. Cyrill. MS.* *βαιθήλ*, *θεῖος ναὸς ἢ τόπος*.

ΒΑΙ῎ΝΗ. *Trommio* in Concordantiis est *vestis spadicea*. *Belg.* *bruyn-root* vel *castanie-bruyn*, atque adeo subintell. *ἐσθής*. Quo vero fundamento vocem ita exponat, non addit. Occurrit autem 1 Macc. XIII, 37. *τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν καὶ τὴν βαΐνην, ὃν ἀπεστείλατε, κεκομίσμεθα*. Vbi si de vestimento sermo est, fortasse rectius *palmata* posset intellegi, qualis apud Romanos etiam in usu erat, quaeque nomen inde habebat, quod palmas intextas haberet. Cf. de illa *Demster.* ad *Rosin. Ant. Rom.* c. 29. p. 1689. seq. *Ruben. de re vestiar.* lib. I. c. 21. p. 125. sq. *Braun.* de *Vest. Sacerd. hebr.* l. I. c. 17. §. 274. Si vero l. c. *βαΐνην* cum *Luthero* de *palmis* malis accipere, subintellegere debes *ῥάβδον*. *Vulg.* reddit *bahem*, quod mihi idem esse videtur quod *Baen*, de quo consule *Martinii Lexic. Philol.* Conf. 2 Macc. XIV, 4. ubi *φοίνικα* cum aurea corona tanquam munus allatum legimus. His ex *Bielii* Thesauro desumtis liceat haecce addere. Pro *τὴν βαΐνην* 1 Macc. l. c. *Drusius* legendum censebat *βαίτην*, quae coniectura firmatur a *Syro*, qui habet ܦܠܝܢܝܘܬܐ. *Βαίτη* vero est *pelliceum*, *quo pastores se vestire solebant*. Sic apud

Theocr. Id. III, 25. ubi *Schol.* βαίταν τὴν μηλωτὴν ἢ διφθέραν. Id. Id. V, 15. ubi *Schol.* βαίτας λέγουσιν τὰ ἐκ κωδίων συνερῤαμμένα περιβόλαια. Ἀττικοὶ δὲ ταύτην καὶ σισύραν φασίν. Adde quoque *Michaelis Comment.* ad h. l. Vide infra s. v. βαίτα.

ΒΑΙΝΟΣ, *e ramis palmarum factus*, aut *ad tales ramos pertinens.* חֹרִי, sing. *foraminosus*, vel pluralis חֹרַי, pro חֹרִים, *foramina. Symm.* Gen. XL, 16. τρία κανᾶ βαϊνά. *Drusius* in *Fragm.* pag. 55. coniicit significari illis *canistra candicta* s. *alba*, h. e. ex viminibus decorticatis et albis contexta. Conf. eundem pag. 117. *Fischerus* in *Clavi* pag. 54. *canistra facta* s. *texta spadicibus* reddit. Est enim a Βάϊς pro quo et Βάϊον dicitur: utrumque *spadicem* notat. Nisi forte *Symmachus*, posito nomine formae pro vocabulo generis, intellexerit *qualos vimineos*, et quidem *reticulatos*, qui cum sint foraminosi, sane haec interpretatio optime conveniret hebr. חֹרִי pro חֹרִים, ni malis חֹרִי legere. Confer etiam *Montf.* ad h. l. 1 Maccab. XIII, 37. ubi est forte vitiosa lectio pro βαῒν ἦν.

ΒΑΙΝΩ, *incedo.* *דִּלֵּג Pih. *transsilio. Symm.* Cant. II, 8. ubi βαίνειν de *levi et incitato gressu* dicitur. – הִצִּיג, Hiph. a יָצַג, *colloco*, *constituo.* Deut. XXVIII, 56. βαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς. Non incommode. Sermo enim ibi est de pedibus. Vide et Sap. XVIII, 16. βεβήκει δὲ ἐπὶ γῆς. Sap. IV, 4. βεβηκότα, h. e. *succrescentia.*

ΒΑΙΟΝ, *ramus palmae.* כַּף, *spatula. Inc.* Lev. XXIII, 40. ubi tamen potius formulae כַּפֹּת תְּמָרִים, *curvitates palmarum*, respondet. – סַנְסִנִּים, *rami. Symmach.* Cant. VII, 8. ubi scil. תָּמָר praecesserat. 1 Macc. XIII, 51. μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων, cum cantu et *ramis palmarum.*

**ΒΑΙΤΑ* seu *ΒΑΙΤΗ*, *laena consuta ex corio*, seu *pellibus. Iul. Pollux Onom.* VII, 70. προμήκης χιτών. *Suidae* est i. q. διφθέρα, ac *Hesychio* σισύρα. *Herodotus* IV, 242. hac voce de *pellibus animalium consutis* usus est. Videtur etiam significasse *vestem regiam e pellibus factam*, qualis apud nos *vestis zibellinaria*, et gr. μηλωτή, coll. Ion. III, 6. ubi regibus Assyriae tribuitur. Cf. supra s. v. βαΐνη.

**ΒΑΚΑΑΑΘ.* Legitur 1 Sam. X, 2. sec. *Ald.* ubi sine dubio βακαάθ reponendum est, ut hac voce graecis literis expressum sit hebr. בִּקְעָה, a בָּקַע, *medium*, *dimidium*, aut פִּקְעָה, quod idem notat.

ΒΑΚΤΗΡΙΑ, *baculus*, *scipio*, *virga.* חֹטֶר, quod etiam quandoque *baculum*, *scipionem* notat. *Syr.* ܚܘܛܪܐ, *virga*, *baculus*, *fustis.* Prov. XIV, 3. – מַטֶּה, *baculus*, *virga.* Ier. XLVIII, 17. Adde *Inc.* Ex. XVII, 5. Psalm. CIV, 16. et *Symm.* Ies. X, 24. – מַקֵּל, *baculus.* Exod. XII, 11. 1 Sam.

XVII, 40. Ier. I, 11. - מִשְׁעָן, *sustentaculum.* Ps. XXII, 5. - מִשְׁעֶנֶת, *baculus, scipio.* 2 Reg. IV, 28. 29. 31. *Aqu.* (sec. *Procop.* in *Cat. Niceph.* p. 1314.) Num. XXI, 18. - שֵׁבֶט, *virga.* Prov. XIII, 25. Adde *Symm.* Ies. XXVIII, 27. Ibid. v. 28. eadem vox legitur apud *Aqu. Symm.* et *Theod.* pro כַּמֹּן, *cuminum,* ubi non legendum est κύμινον, ut *Montf.* coniecit, sed βακτηρίᾳ est versio *Symmachi,* fortasse etiam *Theod.*, pertinens ad שֵׁבֶט, quod *Aquila* pro more suo per σκῆπτρον transtulit.

ΒΑΚΧΟΥ'ΡΙΑ. Est ipsa vox hebr. בִּכּוּרִים plur. *primitiae.* Neh. XIII, 30. ἐν τοῖς βακχουρίοις, ubi alii πρωτογεννήμασι habent. Male hanc vocem suspectam habuit *H. Stephanus.*

ΒΑ'ΛΑΝΟΣ, *quercus, glans,* it. *instrumentum obserationis, pessulus* et *repagulum, ferrum quod init* μοχλὸν, et *a clave ducitur et reducitur.* אַלּוֹן, *quercus. Symm. Theod.* Ies. II, 13. ubi LXX δένδρον βαλάνου habent. LXX Gen. XXXV, 8. Iud. IX, 6. sec. *Vat.* - *בְּרִיחַ, *vectis.* Ier. XLIX, 31. *Theod.* οὐ βάλανοι, ubi *instrumentum obserationis* notat. *Suidas* s. v. βαλανάγρα. Βάλανος δέ ἐστι τὸ εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον· καὶ βάλανοι τὰ μάγγανα τῆς κλεισώσεως. καὶ βεβαλάνωται ἀντὶ τοῦ κεκλείδωται. Vox βεβαλάνωται, eiusque explicatio desumta est ex *Aristoph. Avib.* v. 1061. et *Schol.* ad h. l. Apud *Hesych.* βάλανοι inter alia sunt κλεῖδες. Conf. *Polluc.* X. c. 4. segm. 27. ibique *Intt.*

ΒΑΛΑ'ΝΤΙΟΝ, *crumena, marsupium.* *כִּיס, idem. Prov. I, 14. κοινὸν βαλάντιον, ubi duae versiones coaluerunt, et vox βαλάντιον sine dubio est vindicanda *Symmacho.* - צְרוֹר, *fasciculus, loculus.* Iob. XIV, 17. *Inc.* Prov. VII, 20.

ΒΑΛΑΝΩ'ΤΗ, *quercetum.* אַלּוֹן, idem. Iud. IX, 6.

ΒΑ'ΛΛΩ, *iacio, proiicio, diffundo.* הִטָּה Hiph. a נָטָה, *inclino.* Iob. XV, 29. βάλῃ ἐπὶ τὴν γῆν σκιάν. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio,* it. *diffundo.* Hos. XIV, 6. βαλεῖ τὰς ῥίζας, *diffundet* radices suas. - הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio,* et semel in Kal. Iud. VII, 12. sec. *Hex.* 1 Sam. XIV, 43. βάλλουσι κλήρους, *iaciunt* sortes. Eadem formula legitur Neh. X, 34. XI, 1. Ps. XXI, 19. Adde 1 Par. XXIV, 31. et XXV, 8. *Theod.* Ios. XXII, 4. ἔβαλα, ubi tamen in margine cod. 85. *Holm.* ὑπέβαλα legitur. - הִשְׁלִיךְ Hiph. Ps. CXLVII, 6. Coh. III, 5. βαλεῖν λίθους, *disiiciendi* lapides. Ies. XIX, 8. οἱ βάλλοντες ἄγκιστρον εἰς τὸν ποταμὸν, *mittentes* hamum in fluvium. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Mich. II, 5. οὐκ ἔστι σοι βάλλων σχοινίον ἐν κλήρῳ, non erit tibi *mittens* funiculum sortis in coetu domini. - יַדָּה Pih. a יָדָה, *iacio, proiicio, coniicio.* Ioel. III, 3. Abd. 11. Nah. III, 10. - יָרָה, idem. 2 Par. XXVI, 15. Iob. XXXVIII, 6. Ies. XXXVII, 33. - יָרַט, *inclino. Symm.* Iob. XVI, 11. Vox hebr. h. l. notat: *divertere*

facere e via. — *נוף, Hiph. הֵנִיף, *agito.* *Inc.* Ios. VIII, 31: οὐκ ἐβλήθη ἐπ' αὐτοὺς, scil. σίδηρος. Sensus: *ferro non politum et elaboratum. Vulg. quos ferrum non tetigit.* — נָשָׂא, *porto.* 2 Reg. XXIII, 4. ἔβαλε τὸν χοῦν, cinerem *deferri iussit*, ubi alii libri ἔλαβε habent. Ps. CXXV, 7. βάλλοντες τὰ σπέρματα, *iacientes* semina. — פָּלַח, *disseco.* Iob. XVI, 14. βάλλοντες. Ita reddidit ob antecedens רַבָּיו, quod λόγχαις transtulerat. — פָּרַשׂ, *expando.* Ies. XIX, 8. οἱ βάλλοντες σαγήνας. Bene quoad sensum. — צָבַר, *congrego.* Hab. I, 10. βαλεῖ χῶμα, aggerem *struit.* Est nostrum *aufwerfen.* — צוּר, *obsideo.* Ies. XXIX, 3. βαλῶ περὶ σὲ χάρακα, *struam* circa te vallum, s. circumvallabo te. Quod hic est βάλλειν χάρακα περὶ πόλιν, dicitur περιβάλλειν χάρακα πόλει Luc. XIX, 43. — רָמָה et Chald. רְמָה, *iacio, proiicio,* it. *iaculor.* Ps. LXXVII, 12. βάλλοντες τόξοις. Dan. III, 21. 25. — שׂוּם: הֵשִׂים Kal et Hiph. *pono.* Iud. VI, 19. sec. *Vat.* ubi βάλλειν est *infundere*, et cum ἐγχέειν in codd. permutatur. Ez. XXI, 22. XXIII, 24. — *שָׁכַב, Hiph. הִשְׁכִּיב, *iacere facio.* *Symm.* 2 Sam. VIII, 2. — שָׁלַח, *mitto.* Ios. XVIII, 10. ubi de sortibus sermo est, et cum ἐμβάλλειν in codd. permutatur. Ier. XVII, 8. βάλλειν ῥίζας, *radices agere.* — שָׁפַךְ, *effundo.* Ez. XXI, 22. *Inc.* 2 Sam. XXII, 15. *Vulg. et circumdederunt munitionibus civitatem.* — *תָּקַע, *figo, infigo.* Ex. X, 19. sec. *Vat.* Bene quoad sensum. — Vide alibi Θάνατος et Ῥίζα.

**ΒΑ'ΜΑ*. Ipsa vox hebr. בָּמָה, *excelsum.* *Symm.* Ez. XX, 29. ubi vid. *Montf.*

**ΒΑΜΑ͂*. 1 Sam. X, 10. הַגִּבְעָתָה. Ἄλλος εἰς τὸν βαμᾶ βουνόν. Videri quidem posset, βαμᾶ hebr. בָּמָה exprimere, quod *locum altum* significat, sed quia non verosimile est interpretem verbum hebraicum, quod in textu hebr. non reperitur, h. l. inseruisse, loco βαμᾶ arbitror reponendum esse σαμᾶ, ut antecedens שָׁם, quod pro nomine proprio habuit, expresserit.

ΒΑ'ΜΜΑ, *tinctura, color.* כֶּתֶם, *aurum.* *Aqu.* Vta et VIta Ps. XLIV, 12. βάμματι ὠφεὶρ, tinctura Ophir. Sic *Aristophani* in *Pace* v. 1174. et *Acharn.* v. 112. βάμμα Σαρδιανικὸν est *tinctura Sardianica.* — צֶבַע, *versicolor.* Iud. V, 30. σκῦλα βαμμάτων, σκῦλα βαμμάτων ποικιλίας, βάμμα ποικιλτὸν, spolia colorata, spolia versicoloria, colores artificum variantium. *Hesych.* βάμμα (sic enim legendum pro βάμβα), τὸ χρῶμα.

ΒΑΝΑΥΣΙ'Α, proprie *ars, quae ignis auxilio exercetur*, ut fabrilis, fusorum, et id genus hominum, it. *imperitia, rationis privatio, rusticitas, incuria, neglegentia.* *Hesych.* Βαναυσία, πᾶσα τέχνη διὰ πυρὸς, κυρίως δὲ ἡ περὶ καμίνους, καὶ πᾶς τεχνίτης χαλκεὺς ἢ χρυσοχόος, βάναυσος. Idem: βαναυσίας, ἰδιωτίας, ἡ ἀλογίας. *Suicerus Thes.* T. I. p. 620.

probat ex Glossis, quod vox etiam *arrogantiam* denotet. (Vide *Drusium* ad Iob. XLI, 25. Auctor *Etym. M.* *βάναυσον* docet etiam significare *ὑπερήφανον.*) Vtitur illa *Theod.* Iob. XLI, 26. ubi בְּנֵי־שַׁחַץ (quos alii interpretantur *filios roboris* vel *leonis* vel *ferae*) reddit: *υἱῶν βαναυσίας. Trommio* hic sunt *υἱοὶ βαναυσίας filii arrogantiae*, *Montfaucono*, *illiberalitatis*, *Drusio*, *filii operis*, *quod ad caminum vel ignem conficitur.* Sed versio *Trommii* videtur praeferenda. Confer *Bocharti Hieroz.* P. I. L. III. c. 1. p. 719.

ΒΑΠΤΙΖΩ, *immergo*, *intingo.* בָּעַת Pih. *perturbo.* Ies. XXI, 4. *ἡ ἀνομία με βαπτίζει*, ubi metaphorice sumitur pro *immergere malis*, seu *horrore percellere.* Vide *Lex. N. T.* s. h. v. - טָבַל, *intingo*, *immergo.* 2 Reg. V, 14. *ἐβαπτίσατο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ*, immersit se in Iordane. - טָבַע, *immergor*, *submergor. Inc.* Ps. IX, 16. *Symm.* Psalm. LXVIII, 3. Sir. XXXIV, 27. *βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ*, qui abluit se a mortuo, i. e. postquam mortuum contrectavit.

ΒΑΠΤΟΣ, *tinctus*, *infectus*, sc. *colore aliquo*, *coloratus*, *varius.* טָבוּל part. Pah. Ez. XXIII, 15. *πάρας βαπτάς.*

ΒΑΠΤΩ, *mergo*, *tingo*, *intingo.* בּוֹא, in Hoph. הוּבָא, *adducor.* Lev. XI, 32. *πᾶν σκεῦος εἰς ὕδωρ βαφήσεται*, omne vas lavetur aqua, seu quod eodem redit, in aquam *immittatur.* - טָבַל, *tingo*, *intingo*, *immergo.* Ex. XII, 22. *βάψαντες ἀπὸ τοῦ αἵματος*, *tingentes* (fasciculum hyssopi) in sanguinem. In eadem significatione *βάπτειν* cum *ἀπὸ* constructum legitur Lev. XIV, 16. unde apparet, Luc. XVI, 24. *ὕδατος* positum esse pro *ἀφ᾽ ὕδατος.* In aliis locis construitur cum *εἰς*, v. c. Lev. IV, 6. IX, 9. XIV, 6. ac cum *ἐν*, Deut. XXXIII, 24. Ruth. II, 14. 2 Reg. VIII, 15. - מָחַץ, *contundo*, *frango.* Ps. LXVII, 25. Alia hic imagine usi sunt, sed sensu eodem. - צָבַע, *tingo*, *immergo.* Dan. IV, 30. *ἀπὸ τοῦ δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη*, rore coelesti corpus eius *madebat.* Ibid. V, 23. Adde *Inc.* Dan. IV, 22. - *שָׁלַח, *mitto.* 1 Sam. XIV, 27. *ἔβαψεν* sec. *Vat.* Bene quoad sensum.

ΒΑΡ. Legitur pro hebr. בַּד, *linum*, 1 Sam. II, 18. ubi LXX sine dubio legerunt בַּר cum Resch, qua voce, docente *Hieronymo Comment. in Zach.* c. 12., aut *filius* denotatur, aut *frumenti manipulus*, aut *electus*, aut *οὖλος*, h. e. *crispus.* Apud *Hesychium* autem *Βὰρ* exponitur *μικρόν.* Confer *Ἐφοὺδ βάρ.*

ΒΑΡΑΘΡΟΝ, *barathrum*, *fossa*, s. *hiatus terrae profundior*, *fovea. Hesych.* *βάραθρον*, *ὄρυγμα*, *βάθος γῆς*, *βόθρος.* Specialiter Atheniensibus sic dicebatur locus profundus, in quem malefici coniiciebantur. Vid. *Martinii Lex. Philol.* Hinc

ΒΑ'ΡΑΘΡΟΝ (pro εἰς βάραθρον) *ΠΗΛΟΥ͂ ΤΙ'ΘΗΜΙ*, *barathrum luti pono.* טֵאטֵא בְּמַטְאֲטֵא, *everro everriculo.* Ies. XIV, 23. θήσω αὐτὴν πηλοῦ βάραθρον, ponam illam in foveam luti, coll. arab. طَاطَأَة, *coenum, lutum.*

ΒΑΡΒΑΡΙΚΟ'Σ, *barbaricus, ad barbarorum mores accedens.* In compar. βαρβαρικώτερος, *magis barbarus.* 2 Macc. V, 22. τὸν δὲ τρόπον βαρβαρικώτερον ἔχοντα, moribus magis barbare se habentem.

ΒΑΡΒΑΡΟ'ΟΜΑΙ, *barbarus fio, effrenor, efferor*, a βαρβαρόω, *ferum reddo.* 2 Macc. XIII, 9. βεβαρβαρωμένος τοῖς φρονήμασι ἤρχετο, *mente efferatus esse incipiebat.*

ΒΑ'ΡΒΑΡΟΣ, *barbarus, peregrino sermone utens, inhumanus, ferox.* בֹּעֵר part. *ardens.* Ez. XXI, 31. ubi בֹּעֲרִים a recentioribus intt. recte per *crudeles* redditur. – לֹעֵז, *peregrino sermone utens.* Ps. CXIII, 1. ἐκ λαοῦ βαρβάρου, e populo peregrino. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. 2 Macc. II, 22. βάρβαρα πλήθη, ad quem locum fortasse *Hesych.* βάρβαρα, ἀσύνετα, ἄτακτα. Ib. IV, 25. θηρὸς βαρβάρου, ferae barbarae, h. e. *saevae ac crudelis.* Confer quoque *Drusii Quaest. ebr.* lib. II. qu. 17.

ΒΑΡΒΑ'ΡΩΣ, *barbare, more barbaro.* 2 Macc. XV, 2. ἀγρίως καὶ βαρβάρως ἀπολέσῃς.

ΒΑΡΕ'ΟΜΑΙ, *gravor.* כָּבֵד, *gravis.* Οἱ λοιποὶ Ies. I, 4. βεβαρημένον. – *כָּבְדָה, *aggravatum est*, βεβάρηται, apud *Symm.* Gen. XVIII, 20. sec. cod. *Mosqu.*

ΒΑΡΕ'ΩΣ, *graviter.* 2 Macc. XI, 1. λίαν βαρέως φέρων ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, valde *graviter ferens* ob ea, quae facta sunt. Ib. XIV, 27. 4 Macc. IX, 28. ubi *Combefisio* βαρέως positum est loco σεμνῶς, h. e. *gravi constantia.*

ΒΑΡΕ'ΩΣ ΦΕ'ΡΩ, *graviter fero.* חָרָה בְּעֵינָיו, *ardet* (nimirum *ira*) *in oculis eius.* Gen. XXXI, 35. μὴ βαρέως φέρε, ne graviter feras. – Vide supra Ἀκούω.

ΒΑΡΙΜΩ'Θ. Vox depravata literarum transpositione ex hebr. מְרִיבֹת, quod *contentiones* notat. Ez. XLVIII, 28. ubi alii rectius μεριβώθ.

ΒΑ'ΡΙΣ, *arx, turris, palatium.* אַרְמוֹן, *palatium.* 2 Par. XXXVI, 19. et XXVII, 4. ubi cum πύργοι in cod. permutatur. Thren. II, 5. 7. Neh. III, 8. sec. *Compl. Aqu. Symm.* Amos I, 12. ubi vid. *Montf. Aqu.* Prov. XVIII, 19. ubi vid. *Montf.* p. 391. et Ier. XVII, 27. βάρεις, i. e. interprete *Hieronymo, turritas domos.* – בִּירָה et Chald. בִּירְתָא, *regia.* Esdr. VI, 2. ἐν τῇ βάρει τῆς πόλεως, in urbis arce. Neh. II, 8. Dan. VIII, 2. – הֵיכָל, *templum.* Ps. XXIV, 10. ad quem locum *Hieronymus*: *Baris* verbum est ἐπιχώριον Palaestinae, et usque hodie domus ex omni parte conclusae, et in modum aedificatae turrium ac moenium publicorum, βάρεις appel-

lantur. *Schol.* ad Ps. CXXI, 7. *βάρεις ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι.* Derivatur nimirum a בִּירָה, *arx, palatium.* Praeterea legitur apud *Inc.* ac LXX sec. ed. *Compl.* 2 Par. XXVII, 4. ubi tamen incertum est, an *βάρεις* ad בִּירָנִיּוֹת, aut ad מִגְדָּלִים, aut ad utrumque vocabulum referendum sit. *Vulg.* ibi *castella* habet. Conf. *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 89. ac *Martinii Lex. Philol.* qui pro voce Aegyptiaca haberi ait. Adde *H. Steph. Thes. l. Gr.* (ed. *Lond.*) T. I. P. 2. p. 212.

ΒΑΡΚΗΝΕΙ'Μ, ΒΑΡΚΗΝΙ'Μ, et *ΒΑΡΚΟΝΝΕΙ'Μ.* Est ipsa vox hebr. בַּרְקָנִים plur. *oxyacanthae, spinae valde acutae.* Iud. VIII, 7. *ἐν ταῖς ἀκάνθαις τοῦ ἐρήμου, καὶ ἐν τοῖς βαρκηνὶμ,* sec. *Vat.* pro quo in cod. *Alex.* *Βαρκομμεὶν*, in ed. *Ald.* *Βαρκοννεὶμ*, ac in *Oxon.* et *Compl.* *τριβόλοις* legitur. Ib. v. 16. ubi in Cod. *Alex.* *βαρακηνεὶμ* recipitur. *Gloss. in Octat.* *Βαρκηνεὶμ, ἀκάνθαις* (sine dubio ex *Aquila* Iud. VIII, 7.), *σκόλοψιν.* *Eusebius de locis hebr.* legit *βορκοννεὶμ*, et testatur, quod *Aquila* vocem reddiderit *εἰς ἀκάνθας*, *Symmachus εἰς τριβόλους.* *Hesych.* *Βαρακινῆσιν* (pro quo apud *Phavor.* legitur *βαρακίναις*, quod mihi praeferendum videtur), *ἀκάνθαις, σκόλοψι.* Vid. *Ernesti* ad *Glossas sacras Hesychii* p. 49. et *Pearsoni Praef.* ad *LXX Intt.* §. 23. *Olao Celsio* in *Hierobot.* P. II. p. 19.. est *rosa sylvestris communis.* Adde *Drusii anim.* lib. I. c. 22.

ΒΑ'ΡΟΣ, gravitas, pondus, onus, sarcinae, impedimenta. כְּבֵדָה, *onus, impedimentum.* *Al.* Iud. XVIII, 21. *τὸ βάρος*, sarcinas, s. *impedimenta.* Gallice *bagage.* – מַשָּׂא, *onus.* *Symm.* Num. XI, 11. sec. cod. *Lips. Paul.* *Aqu.* Nah. I, 1. Sir. XIII, 2. *βάρος ὑπὲρ σὲ μὴ ἄρῃς*, ne onus tibi imponas. 2 Macc. IX, 10. *διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος*, propter intolerabilem odoris *gravitatem.*

ΒΑΡΥΓΛΩ'ΣΣΟΣ, lingua utens gravi, h. e. *peregrina, quam nemo facile intellegit.* כְּבַד לָשׁוֹן, *gravis linguae.* Ez. III, 5.

**ΒΑΡΥΗΧΗ'Σ, qui gravem et vehementem sonum s. strepitum edit, gravisonus.* 3 Macc. V, 48. *βαρυηχῆ θόρυβον*, tumultum populi vehementem strepitum edentem, ubi vid. *Syrus.* *Suidas: βαρυηχέος, τοῦ μέγα ἠχοῦντος.* Simili modo explicavit *Schol.* ad *Aristoph. Nub.* v. 277. et *Phavorinus Lex.* p. 150, 2. Adde *Aristoph. Av.* v. 1748. et *Soph. Oed. Col.* v. 1629. *Quint. Calab.* lib. I, 154.

ΒΑΡΥΘΥΜΕ'Ω, graviter fero, indignor, irascor. חָרָה, *exardesco.* Num. XVI, 15 *ἐβαρυθύμησε σφόδρα.* *Hesych.* *ἐβαρυθύμησεν, ἐλυπήθη.* – קוּץ, *taedet.* *Al.* 1 Reg. XI, 25. ubi cum *βαρύνεσθαι* in codd. permutatur. *Zonar. Lex.* *βαρυθυμεῖ, ὀλιγωρεῖ.*

*ΒΑΡΥΘΥΜΟΣ, *difficilis, animo ferox.* ΤΟ ΒΑΡΥΘΥΜΟΝ, *gravis ac vehemens ira.* 3 Macc. VI, 20. λήθη τὸ θράσος αὐτοῦ (καὶ) τὸ βαρύθυμον ἔλαβε, oblitus est audaciae suae ac gravis irae. Conf. meum *Spicil.* II. *Lex. Biel.* p. 29. ubi multis exemplis docui βαρὺς notionem additi adiectivi augere.

ΒΑΡΥΚΑΡΔΙΟΣ, *gravatum cor habens, excors,* etiam *obstinatus, refragarius.* כְּבוֹדִי לִכְלִמָּה, *gloria mea in ignominiam.* Ps. IV, 3. ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἱνατί; *usque quo gravi corde? quare?* Legerunt כִּבְדֵי לֵב לָמָּה, aut potius כִּבְדֵי, cum *Vulg. Arab.* et *Aethiop. Graves corde* autem sunt *obstinati, refractarii.* Idem σκληροκάρδιοι Ez. III, 7. Apud *Hesychium* βαρυκάρδιοι exponuntur ἀσύνετοι, μωροί.

ΒΑΡΥΝΩ, *gravo, pondero, impedio, obturo.* אָטַם, *occludo, obturo.* Ies. XXXIII, 15. βαρύνων τὰ ὦτα, *obturans* aures. - הִכְבִּיר Hiph. *multiplico.* Iob. XXXV, 16. ἐν ἀγνωσίᾳ ῥήματα βαρύνει, in ignorantia *multa verba profert.* Non legerunt יַכְבִּיר, cum *Daleth,* ut nonnulli voluerunt. - הִקְשָׁה Hiph. *aggravo, durum facio.* 1 Reg. XII, 4. ἐβάρυνε τὸν κλοιὸν ἡμῶν, durum nobis imposuit iugum: ubi cum σκληρύνειν in codd. permutatur. - חָזַק, *praevaleo.* Mal. III, 13. ἐβαρύνετε ἐπ' ἐμὲ τοὺς λόγους ὑμῶν, dura verba contra me protulistis. - כָּבַד, Kal, Niph. Piel, Hiph. et Hithp. *Aqu.* Gen. XII, 10. sec. cod. *Mosqu.* ubi in *Hex.* nunc legitur ἐβάρυνεν. *Aqu. Symm.* Gen. XVIII, 20. ἐβαρύνθησαν, sec. *Hex. Montf.* sed cod. *Mosqu. Aquilae* tribuit ἐβαρύνθη, quod praeferendum existimo. *Symm.* Ies. IX, 1. *Inc.* Gen. XLVIII, 10. ἐβαρύνθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, *hebetati* erant oculi, ubi LXX ἐβαρυώπησαν. *Hesych.* ἐβαρυώπησαν, ἐβαρύνθησαν, ἀσθενεῖς ἐγένοντο οἱ ὀφθαλμοί. *Theod.* Iob. XXXV, 16. ubi βαρύνειν est *multiplicare. Vulg. verba multiplicat.* LXX ibi pro ἐβαρύνθησαν habent μεγάλαι σφόδρα, *valde magna.* LXX Ex. V, 9. βαρυνέσθω τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων τούτων, *duriores labores imponantur his hominibus.* Ib. VIII, 15. ἐβαρύνθη ἡ καρδία, *animum obduravit.* Eadem formula reperitur quoque ib. v. 32. IX, 7. 31. X, 1. In posteriore loco βαρύνειν τὴν καρδίαν τινὸς pro σκληρύνειν legitur quoque apud *Inc. Int.* coll. XIV, 8. Iud. I, 37. ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ οἴκου ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν ἀμοῤῥαῖον, Iosephitae *praevaluerunt* Amorrhaeis. 1 Sam. V, 6. ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ ἐπὶ, *graviter insectatus est.* Ib. VI, 6. XXXI, 3. ἐβαρύνετο ὁ πόλεμος, *proelio premebatur,* quasi pondus proelii vertebatur in eum. Vide et 1 Par. X, 3. et conf. 1 Macc. IX, 17. 2 Sam. XIII, 25. ὅπως μὴ βαρυνθῶμεν sec. *Compl.* ne *molestias faciamus:* ubi cum καταβαρύνεσθαι in codd. permutatur. Neh. V, 15. βίας τὰς πρώτας, ἃς πρὸ ἐμοῦ ἐβάρυναν ἐπ' αὐτοὺς, exactiones priores, quibus ante me *gravarunt* illos. - Ies. LIX, 7. ἐβάρυνε τὸ οὖς αὐτοῦ, *obturabat*

aurem suam. Vide et Zach. VII, 11. Thren. III, 7. ἐβάρυνε χαλκόν μου, aggravavit aes meum, i. e. gravibus catenis me oneravit s. constrinxit, coll. Sir. XXXIII, 33. βάρυνον τὰς πέδας αὐτοῦ. Nah. III, 15. βαρυνθήσῃ ὡς ὁ βροῦχος. Legerunt חִכַּבֵּר, hoc sensu: uti bruchi volare nitentes proprio pondere praegravati irrito volatu in terram decidunt, sic tu niteris cum hoste pugnare, sed frustra. Caeterum pro βαρυνθήσῃ fortasse ibi legendum est βαρύνθητι. - כָּבֵד, *gravis.* Ex. VII, 14. Iud. XX, 34. ὁ πόλεμος ἐβαρύνθη, *acerrime pugnatum est.* - כָּבוֹד, *gloria.* Nah. II, 9. βεβάρυνται. Legerunt כְּבֵדוּ, aut כָּבְדוּ, cum *Chaldaeo*, quae lectio optime hic videtur quadrare. - כָּהָה, *caligo, contrahor.* 1 Sam. III, 2. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἤρξαντο βαρύνεσθαι, ubi βαρύνεσθαι est i. q. ἀμαυροῦσθαι. - כָּרַע, *incurvo me.* Iud. V, 27. βαρυνθεὶς ἔπεσε. Imago desumta est ab eo, qui gravi onere curvatur. - *עָזַז, *roboro.* Iud. III, 10. sec. cod. *Oxon.* ubi βαρύνεσθαι bono sensu adhibetur, et est i. q. κραταιοῦν, cum quo et permutatur in codicibus. - *עָלָה, *ascendo. Inc. sec. Theodoret.* et *Cod. Norimb.* Thren. I, 14. ἐβάρυνε τὸν ζυγὸν αὐτοῦ. Legit הֶעֱלָה עֻלּוֹ. - *קוּם, *surgo, sto. Inc.* et LXX sec. *Compl.* 1 Sam. IV, 15. ubi de oculis adhibetur accommodate hebr. קוּם, quod, si de oculis dicitur, est *caligari*, quande stat pupilla oculi, nec lucis radiis contrahitur, ut de amaurosi dicitur 1 Reg. XIV, 4. unde apparet, admodum a vero aberrasse *Scharfenbergium* in anim. ad h. l. - קוּץ, *taedet.* 1 Reg. XI, 25. ἐβαρύνθη ἐπὶ ἰσραὴλ, *exacerbatum valde animum habebat* adversus Israelem: ubi alii ἐβαρυθύμησε habent. - קָצַר, *curtus sum, fio.* Zach. XI, 8. βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ᾽ αὐτοὺς, *exacerbatus valde erit animus meus adversus illos:* ubi nonnulli statuunt eos legisse קָצַף, quod tamen non opus est, nam קָצַר, cum nomine נֶפֶשׁ et רוּחַ iunctum, opponitur *longanimitati* et *patientiae*, adeoque eius *abbreviationem*, sc. *indignationem, impatientiam, taedium* exprimit, ut multis exemplis docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 1447. Praeterea legitur 1 Reg. XI, 22. ubi nihil in textu hebr. legitur, et cum βαρυθυμέω in codd. permutatur. Sap. II, 4. nebula dicitur a calore solis βαρυνθεῖσα, h. e. depressa, quo fit, ut dispergatur. Qui locus lucem affert loco Iud. V, 27. supra s. v. כָּרַע allato. Ib. IX, 15. φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν, corruptibile enim corpus *aggravat* animam. Sir. VIII, 15. βαρύνεσθαι κατά τινος est *detrimentum afferre, molestum fieri alicui, laedere. Vulg. ne forte gravet mala sua* (quae sc. sibi contrahit temeritate sua) *in te.* Sir. XXI, 25. βαρυνθήσεται ἀτιμίᾳ, ducit esse infame, seu: hoc dedecus gravatim suscipit. Ib. XXII, 15. ὑπὲρ μόλιβδον βαρυνθήσεται, gravissimum inter metalla est plumbum. 2 Macc. IX, 9. ὑπὸ δὲ τῆς

ὀσμῆς αὐτοῦ πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι τὴν σαπρίαν, prae odore eius omnis exercitus gravaretur ob putredinem.

ΒΑΡΎΝΩ ΣΤΙΒΑΡΩ͂Σ, vehementer gravo. הִכְבִּיר Hiph. *aggravo.* Hab. II, 6. βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς. Vide s. κλοιός.

ΒΑΡΥΩ'ΠΤΟΜΑΙ, graviter, h. e. *difficulter video.* כָּבֵד, *gravis sum.* Gen. XLVIII, 10. ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ ἐβαρυώπησαν, oculi autem eius *difficulter videbant.* Alii ibi legunt ἐβαρύνθησαν. Inde apud *Hesych.* ἐβαρυώπησαν exponitur ἐβαρύνθησαν, ἀσθενεῖς ἐγένοντο οἱ ὀφθαλμοί. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐβαρυώπησαν redditur ἀσθενεῖς ἐγένοντο τοῖς ὀφθαλμοῖς, et apud *Suidam* βαρεῖς ἔσχον τοὺς ὀφθαλμούς.

ΒΑΡΥ͂Σ, gravis, difficilis, magnus, numerosus. יַקִּיר, *pretiosus.* Dan. II, 11. λόγος βαρύς, res *ardua et difficilis.* Bene quoad sensum. - כָּבֵד. *Aqu. Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. XLI, 31. LXX Ex. XVII, 12. XVIII, 18. βαρύ σοι τὸ ῥῆμα τοῦτο, haec res *vires* tuas *longe superat:* coll. Num. XI, 14. Ib. XX, 20. ἐν ὄχλῳ βαρεῖ, cum *ingenti* exercitu. Vide et 1 Sam. V, 11. 1 Reg. III, 9. X, 2. et conf. 1 Macc. I, 19. - הִכָּבֵד כָּבֵד*. *Inc.* 2 Reg. XIV, 6. ἡ καρδία σου βαρεῖα, cor tuum aggravatum esto, h. e. haec tibi sufficiant, contentus esto felici tua sorte. Cum puncta deessent, legit aliis vocalibus הִכָּבֵד. LXX 2 Par. XXV, 19. Neh. V, 18. - *כֹּבֶד, *gravitas.* Prov. XXVII, 3. Nahum III, 3. - *עֹמֶק, *profunditas. Symm.* Ies. XXXIII, 19. βαρὺν χείλεσι, ubi plerique coniiciunt legendum esse βαθὺν, inprimis, quia LXX voce βαθύφωνος usi sunt. Sed mihi haec coniectura minime arridet. Nam *populus profunditatum labii,* qui metaphorice h. l. dicitur, *cuius sermo aegre percipitur ac intellegitur,* a *Symmacho* elegantiae studioso commode quoque βαρὺς χείλεσι dici poterat. - עָצוּם, *numerosus.* Ps. XXXIV, 21. Sap. II, 15. βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμενος, *vel oculis etiam nostris gravis* et *molestus* est. Sir. XXIX, 31. XXXI, 2. ἀῤῥώστημα βαρὺ, morbus *gravis.* 1 Macc. I, 19. ἐν ὄχλῳ βαρεῖ. 3 Macc. VI, 4. Sanherib vocatur ὁ βαρὺς Ἀσσυρίων βασιλεὺς, h. e. *potentissimus* Assyriorum rex: additur enim, eum universam terram suo imperio subiecisse. Ib. v. 33. συμπόσιον βαρὺ, convivium *magnum.* Conf. Gen. I, 9. 11. Ex. IX, 3. ubi כָּבֵד, quod alias est βαρὺς, per μέγας exponitur. *Hesych.* βαρύ· τινὲς μὲν φασὶ θυμίαμα εὐῶδες τὴν βαρεῖαν· δηλοῖ δὲ καὶ μέγα, χαλεπὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀναιδές.

ΒΑΡΥ͂Σ ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, gravis fio. כָּבֵד. Iob. XXIII, 2. ἡ χεὶρ αὐτοῦ βαρεῖα γέγονεν ἐπ' ἐμοῦ, manus eius aggravat me.

ΒΑΡΥ͂Σ ΕἸΜΙ', gravis sum. כָּבֵד. Iob. XXXIII, 7.

ΒΑΡΥ΄ ΚΑΤΑΦΑΙ΄ΝΕΤΑΙ, *grave videtur.* יֵרַע בְּעֵינֵי, *malum est in oculis eius*, h. e. *displicet ei*, *irritatur.* Gen. XLVIII, 17.

ΒΑΡΥ΄Ν ΠΟΙΕ΄Ω, *multum facio*, *multiplico.* *כַּבִּיר. *Symm.* Iob. XXXV, 16. *Vulg. verba multiplicat.* – רָבָה, Piel, *augeo*, *multiplico. Symm.* Iob. XXXIV, 37. ὡς ἀνόητος λόγους βαρεῖς ἐποιήσατο, ut amens *multos sermones fecit.*

**ΒΑΡΥΣΜΟ΄Σ.* כְּבָר, *Chebar*, nomen proprium fluvii. Ez. I, 1. *Inc.* χοβάρ. βαρυσμός. Non legit cum Daleth, ut nonnulli opinati sunt: nam כְּבָר idem notat.

**ΒΑΡΥ΄ΤΑΤΟΣ*, *gravissimus*, *vehementissimus.* כַּבִּיר, *validus. Theod.* Iob. VIII, 2. πνεῦμα βαρύτατον, ventus *admodum vehemens ac rapidus.* 4 Macc. IV, 5. βαρύτατος στρατὸς, *ingens* exercitus.

ΒΑΡΥ΄ΤΕΡΟΣ, *gravior*, *vehementior.* כָּבֵד, sequ. מ, idem. Prov. XXVII, 3. ὀργὴ ἄφρονος βαρυτέρα ἀμφοτέρων, ira stulti gravior est utroque. – כַּבִּיר, *validus.* Iob. XV, 10. βαρύτερος τοῦ πατρὸς σοῦ ἡμέραις, diebus patrem tuum *superans*, s. *provectus* prae patre tuo diebus. – עָמֹק, *profundus. Symm.* Lev. XIII, 3. κοίλη βαρυτέρα, locus depressior reliqua cute. Ita *Bielius.* Sed perperam: nam recte editum est βαθυτέρα. – Sap. XVII, 21. αὐτοῖς δὲ ἦσαν βαρύτεροι σκότους, sibimet ipsis autem erant graviores, quam tenebrae.

ΒΑΡΥ΄ΤΕΡΟΣ ΕΙ΄ΜΙ΄, *gravior sum.* יָבֵד, constructum cum מ, idem. Iob. VI, 3.

ΒΑΣΑΝΙ΄ΖΩ, *torqueo*, *crucio*, *vexo*, *affligo.* הֶחֱלָה Hiph. *aegritudine afficio.* Mich. VI, 13. ἐβασάνισα ἐπὶ σὲ ἀφανισμῷ, cruciavi te perditione. – נִלְבַּט Niph. *conturbor. Symm.* Prov. X, 8. βασανισθήσεται, *torquebitur:* ubi libere vertit. – שָׁמֵם, *desolo.* 1 Sam. V, 6. – שִׁסֵּף Pih. *disseco. Theod.* 1 Sam. XV, 33. ἐβασάνισε. Vsus est *Theod.* voce generali, quae mortem cruentam cum multis cruciatibus coniunctam significat, cum in textu hebr. certum mortis cruentae genus, nempe per dissectionem, indicetur. Aliquando mihi subnata coniectura, ut διεμέλισε legerit.

ΒΑΣΑΝΙΣΤΗ΄ΡΙΟΝ, *locus tormenti*, etiam, *tormentum.* מַהְפֶּכֶת, *carcer. Symm.* Ier. XX, 2. ad quem locum vide notata a me in *Opusculis criticis* p. 372. Adde 4 Macc. VI, 2.

**ΒΑΣΑΝΙΣΤΗ΄Σ*, *tortor.* 4 Macc. VI, 11. *Hesych.* βασανιστὴς, ὁ δημόκοινος. πολλάκις δὲ ὁ διαιτητὴς, καὶ παρὰ τῶν ἀνδραπόδων τὴν ἀλήθειαν πυνθανόμενος. Conf. *Lexic. N. T.* s. h. v.

ΒΑ΄ΣΑΝΟΣ, *cruciatus*, *tormentum.* אָשָׁם, *reatus*, *oblatio pro reatu.* 1 Sam. VI, 3. τὸ τῆς βασάνου, scil. ἐξίλασμα aut ἀποτροπίασμα, h. e. donarium pro delicto, quo ira eius expietur, ne vos amplius cruciet. *Bielius* positum existimat

pro τὸ ἀντὶ vel ὑπὲρ τῆς βασάνου δῶρον, munus pro plaga, quod eodem redit. Conf. ib. v. 4. 8. 17. ubi τῆς βασάνου pariter dicitur pro ὑπὲρ τῆς βασάνου, quod et *Al.* addunt. Haec explicatio si admittatur, fallitur *Bochartus*, qui in *Hier.* P. I. lib. 2. c. 36. p. 567. suspicatur, Graecos hic pro אָשָׁם reddidisse ἄσαμον, quod in βάσανον mutaverit scribarum imperitia. Quae coniectura propterea etiam parum se probat, quod omnes Codices et non uno loco sed quatuor locis τῆς βασάνου habeant. – כְּלִמָּה, *ignominia.* Ez. XVI, 52. 54. XXXII, 24. 30. In omnibus his locis כְּלִמָּה *poenam ignominiosam* notat. – מַכְאוֹב, *dolor. Aqu.* Cohel. I, 18. II, 23. – מִכְשׁוֹל, *offendiculum.* Ez. III, 20. VII, 19. – דַּגָּזָה, *commotio.* Ez. XII, 18. Anxietas animi ac metus, de quo hic sermo est, recte βάσανος dici potest. 1 Macc. IX, 56. ubi vid. *I. D. Michaelis. Lex. Cyrilli MS. Brem.* βάσανος, ἄλγημα, πληγὴ, ἢ ἐξέτασις λόγου.

ΒΑΣΙΛΕΙ'Α, regnum, imperium. יָמִים, plur. a יוֹם, *dies.* Gen. XIV, 1. Ies. I, 1. Bene quoad sensum. Nam si de diebus regis sermo est, haud raro eius *imperium* indicatur. – מְדִינָה, *provincia.* Esth. I, 22. II, 18. III, 13. – מְדִינוֹת מַלְכוּת *provinciae regni.* Esth. III, 8. – מְחוֹקֵק, *legislator.* Num. XXI, 18. – מְלָאכָה, *opus.* 1 Par. IV, 23. Legerunt בְּמַלְכוּתוֹ. *Compl.* habet ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. – מְלוּכָה. 1 Sam. X, 16. 25. XI, 14. XVIII, 8. – מְלֹךְ, inf. *regnare.* 2 Reg. XXIV, 12. 21. 47. 2 Par. XVI, 13. Ier. I, 2. – מֶלֶךְ, *rex.* Num. XXIV, 7. 1 Reg. IV, 24. Dan. XI, 5. sec. *Chis.* – *מַלְכָא chald. in plur. מַלְכִין : מַלְכַיָּא. Dan. II, 44. VII, 17. – בֵּית מֶלֶךְ, *domus regis.* 2 Par. XXVI, 21. Esth. IV, 12. – מַלְכוּ, *chald.* ablato ת per apocopen. Dan. II, 39. 40. 41. IV, 27. VII, 14. 15. – מַלְכוּת hebr. et chald. Num. XXIV, 7. 1 Sam. XX, 30. XXIV, 21. – מַמְלָכָה Gen. X, 10. XX, 9. 2 Reg. XV, 19. ubi βασιλεία *dignitatem regiam* notat, et cum τὸ βασίλειον permutatur. – מַמְלְכוּת. Ios. XIII, 12. 1 Sam. XV, 28. Hos. I, 4. – מֶמְשָׁלָה, *dominatio.* 2 Par. VIII, 6. ubi tamen potius formulae hebr. אֶרֶץ מֶמְשַׁלְתּוֹ, *terra ditionis,* respondet, et in nonnullis libris legitur γῆ τῆς ἐξουσίας. – מִשְׁפָּחָה, *familia.* Ier. X, 24. ἐπὶ βασιλείας, non male quoad sensum. Praeterea legitur Dan. V, 1. ubi pro βασιλειῶν sine dubio legendum βασιλέων, cui voci tamen nil respondet in textu hebraico. Sap. X, 10. βασιλεία θεοῦ esse videtur congregatio angelorum et beatorum, qui cum Deo in coelo versantur, eumque tanquam regem circumdant, coll. ib. XVIII, 15. et Gen. XVIII, 12. Ib. VI, 4. reges dicuntur ὑπηρέται τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας, ministri, quibus tanquam vicariis Deus tradidit potestatem suam, coll. v. 21. 3 Esdr. VIII, 28. βασιλεία est *temporis spatium, per quod quis potestatem regiam*

exercuit. 1 Macc. VII, 2. οἶκος βασιλείας, *sedes regia*, sc. *Antiochia*, coll. Dan. IV, 27. בֵּית מַלְכוּ.

ΟἹ ἘΠΙ' ΤΗ͂Σ ΒΑΣΙΛΕΙ'ΑΣ, sc. ὄντες, *qui regno praefecti sunt, satrapae, procuratores provinciarum.* סָרְכֵי מַלְכוּתָא, Chald. *eparchi regni.* Dan. VI, 7. Conf. quae ex *Arriano* notat *Raphelius* ad Act. XII, 20. p. 338. - Vide alibi Ἄρχων.

ΒΑΣΙ'ΛΕΙΟΝ, τὸ, *regia*, it. *regnum*, etiam *insigne regium.* אַרְמוֹן, *palatium.* Prov. XVIII, 19. ubi post βασίλειον supplendum est δῶμα vel οἴκημα. Idem valet de formula τὰ βασίλεια apud *Symm.* Thren. II, 5. pro אַרְמְנוֹת. - *בַּת צִיּוֹן, *filia Sionis. Symm.* Thren. II, 8. τεῖχος βασιλείων, ubi βασιλείων suspectum est *Montfauconio.* Non autem vidit pertinere hanc notam hexapl. ad חֹמַת אַרְמְנוֹת v. 7. - הֵיכָל, *palatium.* Nah. II, 6. - בֵּית מֶלֶךְ, *domus regis.* Esth. II, 13. - מַלְכוּת, *regnum.* 1 Reg. XIV, 8. ubi post τὸ βασίλειον omissum est στέμμα, vel διάδημα. *corona regia*, vel *regium capitis ornamentum.* - בֵּית מַלְכוּת, *domus regni.* Esth. I, 9. - *מַמְלָכָה, *regnum* s. *dignitas regia.* 2 Reg. XV, 19. - *מָעוֹן, *habitaculum.* *Aqu.* Ps. LXVII, 7. ἐν βασιλείοις, ubi de Deo sermo quidem est, nihilominus tamen mihi haec versio non videtur *Aquilae* esse, sed alius interpretis, fortasse *Symmachi.* - *נָגִיד, *dux.* 1 Par. XXVIII, 4. ubi cum ἡγούμενος permutatur in codd. - נֵזֶר, *corona.* 2 Sam. I, 10. τὸ βασίλειον τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ubi alii libri διάδημα habent. 2 Par. XXIII, 11. 2 Macc. II, 7. Praeterea reperitur haec vox Dan. V, 1. sec. *Chis.* ubi nunc quidem legitur ἐγκαινισμοῦ τῶν βασιλειῶν, sed, ut *Segaarius* ad h. l. recte monuit, scribendum est βασιλείων. Τὰ βασίλεια est *aula* (v. c. VI, 18. Vide *Valckenarium* ad *Schol. Phoen. Eurip.* p. 618.), ac verosimile est, Nebucadnezarem haud ita pridem novum palatium condidisse. Ib. IV, 32. τὸ βασίλειον τοῦ ἔθνους σου σοὶ ἀποδίδοται, ac V, 25. sec. *Chis.*

ΒΑΣΙ'ΛΕΙΟΣ, *regius*, *regalis.* *אַרְמְנוֹת, *palatia. Inc.* Ps. CXXI, 7. ἐν ταῖς βασιλείαις σου, sc. οἰκίαις. Sed fortasse ibi legendum est ἐν τοῖς βασιλείοις, quod *Symm.* habet. - *מְלָאכָה, *opus.* 1 Par. IV, 23. Permutarunt fortasse מְלָאכָה cum מַמְלָכָה, aut sensum expresserunt. - מַמְלָכָה, *regnum.* Exod. XIX, 6. ὑμεῖς δὲ ἔσεσθέ μοι βασίλειον ἱεράτευμα, vos autem eritis mihi regium sacerdotium, h. e. sacerdotes, qui regiam dignitatem habent. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* βασίλειον ἱεράτευμα, ἡ ἀφιερωμένη Θεῷ βασιλικὴ λειτουργία.

ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ, *rex*, *dux*, *princeps*, item *regius.* *אָב, *pater.* 1 Sam. XII, 15. Non legerunt בְּמַלְכְּכֶם, uti nonnulli voluerunt, sed אָב, ut latinum *pater patriae*, pertinet ad nomina, quibus reges apud veteres insigniebantur. - אֹרַח, *semita*, *via*, q. d. *via regia.* Iud. V, 6. sec. cod. *Alex.* ἐξέλιπον

βασιλεῖς, καὶ ἐπορεύθησαν ἀτραπούς: quae verba *Bielius* transtulit: *reliquerunt vias regias et ambularunt in semitis. Grabius* statuit, loco βασιλεῖς reponendum esse βάσεις. *Hesych.* Βάσις, πορεία, ὁδός. Alii autem coniecerunt βασιλικὰς, sc. ὁδούς, *vias regias*, de quibus אֳרָחוֹת explicandum est. *Schulzius* in *Examine coniecturarum Grabii* p. 16. praefert lectionem *Vat.* ὁδούς, quae tamen nimis ab impressa βασιλεῖς discrepat. Equidem ita statuo. Auctor huius versionis aut glossematis, quisquis fuerit, iis, quae v. 7. leguntur, commotus putavit, אֳרָחוֹת h. l. esse *duces*, ita dictos, quod praeirent iure et exercitu. – *כֹּהֵן, *sacerdos.* 2 Par. XXIV, 11. sec. *Cantabr.*, ubi vox βασιλέως sine dubio ex antecedentibus irrepsit, quanquam non ignoro, כֹּהֵן interdum de *quovis praefecto* ac *praeside* adhiberi. – לְאֹם, *natio, populus.* Ies. LI, 4. ubi לְאֹם de *eo* acceperunt, *qui nationi praeest.* Vide sequ. מַחֲנֶה, et מְלוּכָה. – מַחֲנֶה, *acies*, *castra.* Ios. XI, 4. 2 Reg. VII, 14. In utroque loco acceperunt de *eo*, *qui exercitum ducit.* – מְחֹקֵק, *legislator.* Ps. LIX, 8. et CVII, 9. – מַלְאָךְ, *angelus*, *nuncius.* 1 Par. XXI, 10. Prov. XIII, 17. Ies. XIV, 32. In omnibus his locis plerisque videntur loco מַלְאָךְ legisse מֶלֶךְ, contradicente tamen *Buxtorfio* in *Anticritica*, qui eos מַלְאָךְ pro מֶלֶךְ sumsisse existimat. Conf. *Starckii Carmina Davidis* P. I. p. 73. – מְלוּכָה, *regnum. Inc.* 1 Reg. XXI, 7. ποιεῖς βασιλεὺς Ἰσραήλ. Cave ne βασιλεὺς in βασιλέα mutes, quod habent h. l. LXX, sed potius ante βασιλεὺς supple ὡς: omnino tu geris te, tanquam regem Israelis. Sunt nempe haec verba ironice dicta. LXX, qui habent: ποιεῖς βασιλέα ἐπὶ Ἰσραήλ, secutus est *Vulgatus: tu regis regnum Israelis*, h. e. tu es rex Israelis, cur potestate tua non uteris? Caeterum vide infra s. v. ποιέω. LXX 2 Reg. XXIV, 45. Ies. XXXIV, 12. Ier. XLI, 1. Sumsisse videntur מְלוּכָה de *eo*, *qui regno praefectus s. imperio praeditus est.* Vide supra לְאֹם et מַחֲנֶה. – מָלַךְ, *regno.* 1 Reg. II, 15. 1 Par. IV, 31. – מֶלֶךְ et chald. מַלְכָּא, *rex.* Gen. XIV, 1. 2. 5. 8. Ps. LXXXVIII, 18. βασιλέως ἡμῶν. Puto unam literam immutatam in graeco, et LXX vertisse βασιλεὺς ἡμῶν. Ps. CI, 23. ubi *Grabius* βασιλεῖς in βασιλείας mutavit. – מֹלֶךְ, *Molech*, idolum Ammonitarum. 1 Reg. XI, 7. – מַלְכוּת, *regnum.* 1 Par. XXIX, 25. Dan. VI, 26. Ier. XLIX, 34. ubi tamen loco βασιλέως legere mallem βασιλείας, non tam ut hebraeo magis respondeat, quam ut evitetur tautologia, quia mox sequitur βασιλέως Ἰούδα. Adde Dan. I, 1. sec. *Chis.* – מִלְכֹּם, idem quod *Molech*, idolum Ammonitarum. 1 Reg. XI, 5. 33. – מַמְלָכָה, *regnum.* Deut. III, 4. 2 Par. XIII, 5. Psalm. CI, 23. Adde Thren. II, 2. ubi in *Ald.* per emendationem, ut videtur, scribitur βασιλείαν. Vide ad h. l. *Pareau* p. 112. – מַמְלְכוּת, idem. Ier. XXVI, 1. – מֹשֵׁל part. *dominator.* Prov. XXIX,

12. - נָגִיד, *dux*, *princeps*. 1 Par. XXIX, 22. Prov. XXVIII, 16. - נָדִיב, idem. Prov. XIX, 6. - נָשִׂיא, idem. Gen. XXIII, 6. - *נֶשֶׁק, *armatura*. Iob. XXXIX, 21. ubi pro βασιλεῖ legendum nonnullis videtur βέλει, ut diserte extat in *Alex*. et *Compl*. Certe *Itala* habet *iaculo*, et eandem lectionem secutus est *Chrysostomus*. Vide notas *L. Bosii* ad h. l. Lectionem tamen βασιλεῖ veriorem scripturam esse existimat *Greve* ad h. l. p. 13. Mihi vero haec vox non ad נֶשֶׁק, sed ad פַּחַד, *pavor*, potius referenda esse videtur, ut metonymice accipiendum sit, pro *eo*, *qui pavorem iniicit*. Confer *Bocharti Hieroz*. P. I. lib. 2. p. 131. - *עָם, *populus*. *Symm*. Psalm. XLVI, 4. βασιλεῖς, ubi mihi sensum expressisse videtur. Reges enim in tali orationis serie quandoque ponuntur pro populis, quibus praesunt. Vide ad h. l. *Montf*. *Semlero* βασιλεῖς ex λαοὺς ortum esse videtur. Ita quoque statuit *Cappellus in Crit. S*. p. 839. ubi vid. *Scharfenb*. - קָצִין, *dux*, *princeps*. Prov. XXV, 15. Praeterea saepius legitur haec vox, ubi nihil ei respondet in textu hebr., v. c. Gen. XIV, 10. Cant. VI, 6. in quo posteriore loco pro βασιλεὺς reponendum est βασιλέως e vers. Arabica. 1 Macc. VIII, 4. βασιλεῖς *duces exercitus* notat, ut multis aliis exemplis docuit *Drusius* ad h. l. 4 Macc. VII, 10. παθῶν βασιλεὺς, *qui motus s. perturbationes animi moderatur*.

ΕἸ'Σ ΒΑΣΙΛΕ'Α ΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *rex fio*. הִמְלִיךְ Hiph. *regem facio*. 1 Par. XXVIII, 4. ubi Hiphil loco Kal positum est. Conf. *Glassii Phil. S*. p. 251. *Dath*.

ΒΑΣΙΛΕ'Α ΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ, *regem constituo*. הִמְלִיךְ, idem. 2 Par. XXXVI, 4.

ΕἸ'Σ ΒΑΣΙΛΕ'Α ΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ, *regem constituo*. הִמְלִיךְ, idem. 2 Par. XXXVI, 1.

ΕἸ'Σ ΒΑΣΙΛΕ'Α ΧΡΙ'Ω, *in regem ungo*. הִמְלִיךְ, *regem facio*, seu *constituo*. 1 Sam. XI, 15. - הִמְלִיךְ לְמֶלֶךְ, idem. 1 Sam. XV, 11. - Vide Βασιλεύω.

ΒΑΣΙΛΕΥ'Ω, *rego*, *regno*, it. *regem constituo et declaro*. הִגִּיעַ לְמַלְכוּת Hiph. *attingo regnum*, i. e. *ad regnum pervenio*. Esth. IV, 13. - *חָיָה, *vivo*, et ex adiuncto *felix sum*, *ac bonis florens*. Prov. IX, 6. ubi βασιλεύειν eandem notionem habet, de qua vide *Lex. N. T*. s. h. v. - יָשַׁב, *sedeo*, *habito*. 2 Reg. XV, 5. ἐβασίλευσεν ἐν οἴκῳ. ubi βασιλεύειν est *sedem regiam habere*. - מָלַךְ, הִמְלִיךְ, Kal et Hiph. Ex. XV, 18. κύριος βασιλεύων τὸν αἰῶνα, regnans in saeculum. *Αἰῶνα* ibi dicitur elliptice pro εἰς τὸν αἰῶνα. Conf. v. αἰών. Quod non intellegens aut potius non cogitans *Grabius Proleg. in LXX Intt*. T. I. c. 3. §. 7. pro βασιλεύων τὸν αἰῶνα ex *Philonis Iud*. l. de *plantatione Noe* p. 221. male substituit βασιλεὺς τῶν αἰώνων. Iud. IX, 16. 18. ἐβασιλεύσατε τὸν ἀβιμέλεχ, *regem constituistis* Abimelechum. Vid. 1 Sam. XV,

11. ubi cum *χρίειν* in codd. permutatur. 1 Par. XXIII, 1. 2 Par. I, 8. Similia exempla, ubi verba activa transitive accipiuntur, collegit *L. Bos. Proleg. ad LXX Intt.* c. 5. ad Gen. I, 20. Confer et *Lydium de re milit.* p. 211. 2 Sam. XV, 10. *βασιλεύειν* significat *sedem regiam habere.* 1 Reg. I, 11. 13. 18. et 44. ubi *βασιλεύειν* notat *se aut alium regem proclamare.* - מֶלֶךְ, *rex.* Iud. IX, 15. 2 Sam. II, 4. III, 17. Adde *Symm.* Ps. LXVII, 15. ubi non aliter legit, sed lectio est vitiosa, et pro *βασιλεύειν αὐτὴν* scribendum est *βασιλεῖς ἐν αὐτῇ* ex auctoritate *Hieronymi*, qui, *Symmachum* aperte secutus, habet: *reges in ea.* Vitium impressae lectionis ortum est ex continua scribendi ratione. - הָיָה מֶלֶךְ, *sum rex.* 2 Sam. II, 11. 1 Reg. IV, 1. - הִמְלִיךְ מֶלֶךְ, *constituo regem.* Ies. VII, 6. - *מְלוּכָה, *regnum.* 1 Sam. XIV, 47. ubi *τὸ βασιλεύειν regnum* notat. Caeterum ibi pro *τοῦ* reponere mallem *τὸ*, nisi vox *ἔργον* e reliquis interpretibus supplenda sit. Confer tamen a me in *Lexico N. T.* s. v. *λαγχάνω* notata. - מַמְלָכָה, *regnum.* 1 Sam. XXVII, 5. Ier. XXVIII, 1. In priore loco legitur: *ἐν πόλει βασιλευομένῃ*, *in urbe, ubi sedes regia est,* s. *in metropoli.* - רָכַב, *equito.* Psalm. XLIV, 5. *κατευοδοῦ καὶ βασίλευε.* *Cappellus* in *Crit. S.* p. 504. ed. rec. coniicit legendum esse *ἐπιβὰς ἵππευε*, quod melius hebraico conveniat. Sed mihi secus videtur. Nam impressam lectionem *βασίλευε* tuetur auctoritas Vers. *Vulg. Arab.* et *Aethiop.* ac רָכַב, ut Latinorum *equitare*, adiunctam habet notionem *regendi* ac *imperandi*, coll. Iud. X, 4. 1 Macc. VII, 1. *βασιλεύειν* est *adire regnum*, s. *imperium.*

ΒΑΣΙΛΕΥ'Ω ΒΑΣΙΛΕ'Α, *constituo regem.* הִמְלִיךְ מֶלֶךְ, idem. 1 Sam. VIII, 22. XII, 1. 2 Reg. VIII, 20. 2 Par. XXI, 8.

ΒΑΣΙΛΕΥ'Ω ΕΙ'Σ ΒΑΣΙΛΕ'Α, idem. הִמְלִיךְ לְמֶלֶךְ, *constituo regem.* Iud. IX, 6. ubi *βασιλεύειν* simpliciter *constituere* notat.

ΒΑΣΙΛΙΚΗ', sc. *οἰκία*, *regia,* h. e. *domus regia.* בַּיִת, *domus.* Esther. V, 1. Vide infra s. v. *βασιλικός.*

ΒΑΣΙΛΙΚΑ', sc. *ἐνδύματα*, vel *ἱμάτια*, *regia vestimenta.* מַלְכוּת, *regnum*, metonymice: *vestes regiae.* Esther. V, 1. *ἐνεδύσατο βασιλικοῖς*, induta erat *vestimentis regiis.* Confer *L. Bos. Ellips. gr.* p. 88 sequ.

ΒΑΣΙΛΙΚΟΙ', sc. *φόροι*, aut *Βασιλικὰ*, sc. *τέλη*, *tributa regia*, vel: *quae regibus solvi debent.* 1 Macc. XI, 34. *ἀντὶ τῶν βασιλικῶν, ὧν ἐλάμβανεν ὁ βασιλεύς.*

ΒΑΣΙΛΙΚΟ'Ν, sc. *δῶμα*, vel *οἴκημα*, *regia domus*, *palatium regium.* בֵּית מֶלֶךְ, *domus regis.* Esther. II, 9.

ΒΑΣΙΛΙΚΟ'Ν, sc. *ῥῆμα*, vel *διάταγμα*, *edictum regium.* דְּבַר מַלְכוּת, *verbum regni.* Esther. I, 19. Confer 2 Macc. IV, 11.

ΒΑΣΙΛΙΚΟ´Ν, sc. *γαζοφυλάκιον*, *aerarium regium.* Dan. II, 5. sec. *Chis.* ἀναληφθήσεται ὑμῶν τὰ ὑπάρχοντα εἰς τὸ βασιλικὸν, quibus verbis nihil respondet in textu chaldaico. 1 Macc. XIII, 15. 2 Macc. III, 13. Cf. 3 Esdr. VIII, 20. ubi additur *γαζοφυλάκιον*. 3 Esdr. I, 7. *βασιλικὸν*, sc. *γαζοφυλάκιον*, *aerarium regis*, ubi in textu hebr. 2 Chron. XXXV, 7. est רְכוּשׁ הַמֶּלֶךְ, quod LXX interpretati sunt ὕπαρξις τοῦ βασιλέως. Conf. *Valckenarium* ad *Herodot.* II, c. 149.

• *ΒΑΣΙΛΙΚΟ´Σ*, *regius.* *אוּלָם, *porticus. Symm.* 1 Reg. VII, 7. *βασιλικὴν τοῦ θρόνου*, ubi *βασιλικὴ* substantive adhibetur, ut sit i. q. *basilica*, *aedificium amplum*, inprimis *porticus ampla.* – מֶלֶךְ, *rex.* Num. XX, 17. et XXI, 22. ὁδῷ βασιλικῇ πορευσόμεθα, via regia ibimus. 2 Sam. XIV, 26. Iob. XVIII, 15. *αἰτίᾳ βασιλικῇ*, quae voces hebr. לַמֶּלֶךְ respondent, et significant non *causa regali*, ut *Montf.* transtulit, sed *more regio*, sicut rex, cuius voluntati et imperio nemo resistere valet. Sermo enim ibi est de fatali necessitate moriendi. Vide supra s. v. *αἰτία.* – לִפְנֵי מֶלֶךְ, *coram rege.* Esther. II, 22. ἐν τῇ βασιλικῇ βιβλιοθήκῃ. – מַלְכָּא Chald. *rex.* Dan. VI, 7. – מַלְכוּת, *regnum.* Esther. VIII, 15. 3 Esdr. I, 7. ubi *Syrus* ܡܢ ܕܡܠܟܐ, *ex iis, quae regi.* Ibid. VIII, 69. 1 Macc. XI, 34. ubi τὰ βασιλικὰ sunt *vectigalia regia.* Ibid. XV, 8. πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν, omne debitum regium, h. e. *omne quod regi solvi ac praestari debet.*

**ΒΑΣΙΛΙΚΩ´ΤΕΡΟΣ*, *magis regius, augustior.* 4 Macc. XIV, 2.

ΒΑΣΙΛΙ´ΣΚΟΣ, *basiliscus*, *serpens regulus.* אֶפְעֶה, *vipera.* Ies. LIX, 5. – פֶּתֶן, *aspis.* Ps. XC, 13. – צִפְעוֹנִי. *Aqu.* Ier. VIII, 17.

ΒΑ´ΣΙ´ΛΙΣΣΑ, *regina.* גְּבִירָה, *augusta.* Ier. XXIX, 2. – מַלְכָּה. 1 Reg. X, 1. 4. 10. 13. 2 Par. IX, 1. – מַלְכְּתָא Chald. Dan. V, 10. – מְלֶכֶת. Ier. XLIV, 17. 18. 19. – מַמְלָכָה, *regnum.* Ier. XLIX, 27. – שֵׁגַל, *coniux regia.* Ps. XLIV, 11. Confer *Lex. N. T.* s. h. v. ac *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 151.

ΒΑ´ΣΙΣ, *basis*, *fundamentum*, *pes*, *gressus*, *gradus*, *incessus.* אֶדֶן, *basis. Aqu. Theod.* Iob. XXXVIII, 6. LXX Ex. XXVI, 19. *βάσεις ἀργυρᾶς*, pedes argenteos. Ibid. v. 21. 25. 32. 37. Conf. *Fesselii Advers. S.* lib. V. c. 1. p. 414. et *Lex. N. T.* s. h. v. Adde *Sophocl. Philoct.* v. 692. ubi *Schol.* *βάσις* interpretatur *πόδα.* – אֹרֶךְ, *longitudo.* Ez. XLI, 22. Num אֶדֶן legerunt? Non male. Certe *longitudinis* notio est ab h. l. aliena. *Dathius* per *angulos* transtulit. – גְּבוּל, *terminus.* Ez. XLIII, 20. Quo fundamento haec interpretatio nitatur, me ignorare fateor. Idem valet quoque de voce proxime sequente. – גֻּלָּה, *orbis.* 2 Par. IV, 12. – יְסוֹד, *fun-*

damentum. Ex. XXIX, 12. Lev. IV, 7. 19. 27. V, 9. - כִּיּוֹר, *suggestus*. 2 Par. VI, 13. - כֵּן. Ex. XXX, 18. 28. XXXI, 8. Lev. VIII, 11. - מְכוֹנָה, *fulcimentum*. 2 Reg. XXV, 13. sec. *Compl.* Ier. LII, 14. Adde *Aquil.* 2 Reg. XVI, 17. μεχωνὼθ, βάσεις αὗται. A vero mihi hic aberrasse videtur *Montf.* in nota subiecta scribens: Videtur haec miscuisse librarium, et ... asse μεχωνὼθ ex interpretione *Aquilae* expungendum est. Nullo modo. Immo contrarium statuendum esse docent verba: βάσεις αὗται. Scilicet *Aquila* pro more suo retinuit vocem hebr. μεχωνὼθ, cuius explicandae causa librarius margini adscripserat βάσεις αὗται, h. e. vox haec hebraeograeca *bases*, *fulcimenta* notat, unde postea facile in textum irrepere potuit. - *מָכוֹן, *fundamentum*. *Symm.* Psalm. LXXXVIII, 15. - מַרְצֶפֶת, *pavimentum*. 2 Reg. XVI, 17. - קִיר, *paries*. Lev. I, 15. πρὸς τὴν βάσιν. Ita putarunt h. l. vertendum esse. Βάσις autem LXX h. l. est *solum* s. *pavimentum*. - רָמָה, *excelsum*, etiam *ara diis consecrata*. Ez. XVI, 38. Vel legerunt רָמַס, *calcare*, vel βάσις positum est pro *loco*, *ad quem pedibus vel gradibus ascenditur*, ut sit i. q. βῆμα, de quo vide *Lex. N. T.* Sap. XIII, 19. τὸ μηδὲ βάσει χρῆσθαι δυνάμενον, quod ne vel *pedibus* quidem uti, seu incedere potest. Significat hic βάσις *pedes*, ac sermo est de idolo, ad quod frustra preces pro felici itinere mittantur. Sir. XXVI, 20. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* βάσις, θεμέλιος. *Hesych.* βάσις, στήριγμα, ἕδρα, στάσις, ῥυθμὸς, πορεία, βῆμα, ὁδός. *Schol. Aristoph.* ad *Thesmoph.* v. 957. εὐφυῆ στῆσαι βάσιν, ἀντὶ τοῦ εὐφυῶς καὶ καλῶς καὶ εὐρύθμως βαίνειν. Confer quoque *Spanhemium* ad *Callimachum* p. 56.

ΒΑΣΚΑΙ'ΝΩ, *fascino*, item *invideo*. Dicitur secundum *Etymol. M.* quasi τοῖς φάεσι καίνω, *oculis perimo*: invidendo nimirum et malignis oculis aspiciendo multum laedi alios, veterum superstitio credidit. *Turneb. Adv.* lib. IX. c. 28. Vid. *Martinii Lexic. Philol.* in *fascinum et fascinare*. Sir. XIV, 6. ubi βασκαίνειν ἑαυτὸν, *sibi invidere* quasi victum et vitam, est: sibi ipsi necessaria vitae subtrahere. Ibid. XIV, 8. ὁ βασκαίνων ὀφθαλμῷ, qui invidet oculo, seu: qui est oculo invido. Talis oculus βασκαίνοντος ibid. v. 10. appellatur ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ. Confer *Βασκανίζω*. *Hesych.* βασκαίνει, λυπεῖ, φθονεῖ, μέμφεται. Confer *Lex. N. T.* s. h. v.

ΒΑΣΚΑΝΙ'Α, *fascinatio*, *invidia*, *aemulatio*. Sap. IV, 12. 4 Macc. I, 26.

ΒΑΣΚΑΝΙ'ΖΩ, *invideo*. רָעַע, *malus sum*. Deut. XXVIII, 54. et 56. βασκανιεῖ τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ, *invidiam* oculis suis *prodet*.

ΒΑ'ΣΚΑΝΟΣ, *invidus*, etiam *avarus*, *sordide parcus*. רַע עַיִן, *malus oculo*. Prov. XXIII, 6. ubi pro βασκάνῳ alii

habent πονηροφθαλμῷ, quod non tam Scholion, quam versio alius interpretis esse videtur. Ibid. XXVIII, 22. ubi pro βάσκανος alii φθονερὸς habent. — Sir. XIV, 3. βάσκανος est *avarus*, quasi ὁ βασκαίνων ἑαυτὸν, ac i. q. in anteced. μικρολόγος. Ibid. XX, 13. *Etymol. M.* βάσκανος, ὁ κακίζων καὶ μεμφόμενος ἅπαντα, καὶ πειρώμενος εἰς ἀπέχθειαν ἄγειν, ὁ φθονερὸς καὶ βλαβερός. *Hesych.* βάσκανος, φθονερὸς, ἀχάριστος, h. e. qui nulla beneficia dat, nam ἀχαριστεῖν idem explicat per μὴ χαρίζεσθαι. Adde *Alciphron.* lib. I. Ep. 15. δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός.

ΒΑ'ΣΤΑΓΜΑ, *onus*, *quod* sc. *portatur*, ac metaph. *omne quod alicui molestum est.* מַשָּׂא, idem. 1 Sam. XV, 33. ἔσῃ ἐπ' ἐμὲ εἰς βάσταγμα, *molestiam* mihi creabis. Eandem significationem habet quoque φορτίον et φορτίας, Neh. XIII, 15. 19. Ier. XVII, 24. 27. - סֵבֶל. *Aqu. Symm.* Ex. I, 11. Adde *Eurip. Suppl.* 767. *Ioseph. A. I.* XIX, 9, 2. 14. p. 952.

ΒΑΣΤΑΓΜΟ'Σ, idem. סֵבֶל, idem. *Symm.* Psalm. LXXX, 7.

ΒΑΣΤΑ'ΖΩ, *fero*, *porto*, *baiulo*, *attollo*, *extollo*. - *הִצְמִיחַ, *germinare facio*, Hiph. a צָמַח. 2 Sam. XXIII, 5. sec. cod. *Alex.* Sed ibi pro βαστάσῃ scribendum est βλαστάσῃ, vel potius βλαστήσῃ. - נָטָה, *inclina*. Iud. XVI, 30. ubi cum κλίνειν et διασείειν permutatur in codd. Auctor versionis ἐβάσταξεν, quam ed. *Rom.* exhibet, permutavit sine dubio voces נָטָה et נָשָׂא. Si columnae concutiuntur, etiam quodammodo *attolluntur* et *elevantur*. *Scharfenbergius* ad h. l. mavult legere ἐπάταξεν, aut ἐτάραξεν, quod propius accedit ad lectionem *Cod. Oxon.* διέσεισεν. - נָשָׂא. *Symm.* Num. XIV, 9. (ubi pro βαστάζοντες legendum βαστάζουσι, ut habet margo cod. 130. *Holm.*) Deut. I, 31. Ps. LXXXVIII, 49. Prov. XIX, 12. Adde eundem Ps. LIV, 13. ubi βαστάζειν est *tolerare*, *perferre*, i. q. vernaculum *ertragen*. LXX 2 Reg. XVIII, 14. - סִלְסֵל Pih. *extollo*. *Symm.* Prov. IV, 8. - עָמַס, *onero*. *Aqu.* Zach. XII, 3. Praeterea legitur Ruth. II, 16. ubi βαστάζοντες βαστάσατε videtur esse glossema ex alio interpretamento, quod ex margine migravit in textum.

ΒΑ'ΤΟΣ, propr. *planta quaecunque sponte nascens*, a βαίνω, *sponte ascendo*, deinde speciatim *rubus*, *sentis*. *Aristot. de plant.* lib. I. c. 4. *Bion.* Id. α', 21. בָּאְשָׁה, *herba foetida*. Iob. XXXI, 40. Vid. *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 201. - סְנֶה, *rubus*. Ex. III, 2. 3. 4. Deut. XXXIII, 16. Confer *Suiceri Thes. Eccl.* T. 2. p. 672. *Hasaei Diss. philol.* p. 280 sequ. ac *Ol. Celsii Hierobot.* T. II. p. 58.

ΒΑ'ΤΟΣ, *batus*, *genus mensurae liquidorum*. בַּת, idem. *Al.* Ies. V, 10. βάτον. *Theodoretus* in *Opp.* T. I. ed. *Hal.* p. 466. ita de hoc vocabulo disputat: ὁ δὲ βάτος μέτρον ἐστὶν

τῶν Παλαιστίνων, ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρας χόας χωροῦν, ὡς Ἰώσηπος ἔφησεν. Sed aliter *Iosephus A. I.* VIII, 2. fin. Conf. quoque *Schol.* apud *Montf.* in *Hexapl.* 1 Reg. V, 11.

**ΒΑΤΟ'Ω.* Vide supra s. v. *ἀβατόω.*

ΒΑ'ΤΡΑΧΟΣ, rana. גַּל, *acervus. Symm.* Hos. XII, 12. ubi non aliter legerunt, sed alia imagine usi sunt ad *multitudinis* notionem exprimendam. - צְפַרְדֵּעַ, *rana.* Exod. VIII, 2. 3. 4. etc. Ps. LXXVII, 50. CIV, 29.

ΒΑΦΗ', immersio, tinctura, color. Sir. XXXI, 30. *ἐν βαφῇ,* in tinctura, h. e. si saepius ignitum mergatur in aqua.

**ΒΑΧΕΙ'.* In *Hexaplis* Mich. I, 10. verba *ἐν βαχεὶ* laudantur tanquam versio LXX Intt., pro quibus alii libri minus recte *ἐν ἀκεὶμ, ἐν βαχεὶμ,* et *ἐν Βακεῖν* exhibent. *Montf.* haec verba non satis accurate ad חִבְכוּ retulit. Sine dubio auctor huius versionis antecedens בָּכוֹ literis graecis exprimere voluit.

ΒΔΕ'ΛΛΑ, sanguisuga, hirudo. עֲלוּקָה, idem. Prov. XXX, 15. *Hesychius: βδέλλα, εἶδος σκώληκος.* Vide quoque *Suidam* s. h. v. Nomen habet a *βδάλλω, τὸ ἀμέλγω* (*A* mutatum in *E*, ut in attico *λεὼς* pro *λαός*. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 797.), unde vox *sanguisuga*, quia hirudo sanguinem e corpore sugit. Conf. *Outhovium* in *Bibl. Brem.* Cl. III. p. 634.

ΒΔΕ'ΛΛΙΟΝ, gummi genus sat pretiosum, seu *succus arboris cuiusdam nigrae, quae nascitur in Arabia, ac idem nomen habet.* Colligitur in variis regionibus, sed Indicum maxime et Bactrianum excellit, teste *Plinio H. N.* XII, 9. Conf. *Bonfrer. Comment.* ad *Pentat.* p. 122 sequ. בְּדֹלַח. *Inc.* Gen. II, 12. *Aqu. Symm. Theod.* Num. XI, 7. Cf. *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. V. c. 5. p. 674. *Drusium* ad Gen. II, 12. *Beckmannum* de *Origg. l. l.* p. 293. *Martin. Lex. Philol.* et inprimis *Serapium Arab. lib. aggregat.* cap. 249.

ΒΔΕ'ΛΥΓΜΑ, abominatio, res abominanda, idolum abominandum. אֱלֹהִים, *Deus, dii, idola.* 1 Reg. XI, 5. *ἐπορεύθη σολομὼν ὀπίσω βδελύγματος Σιδονίων,* colebat Salomon Astarten, idolum abominandum Sidoniorum. Vide et v. 33. - אֱלִילִים plur. *idola, res nihili.* Ies. II, 8. 20. - גִּלּוּלִים plur. *dii stercorei. Theod.* Ier. L, 2. Expressit notionem vocis גָּלָל, quod *stercus* notat. LXX 1 Sam. XV, 2. 1 Reg. XXI, 26. Ez. XXX, 13. - חַמָּנִים plur. *subdiales statuae.* Ies. XVII, 8. - מְזִמָּה, *scelus gravissimum,* sc. idololatria. Ier. XI, 15. - מִקְּצוֹת pro מִן קְצוֹת, *ab extremitatibus.* 2 Reg. XVII, 32. ubi sine dubio legerunt שִׁקּוּצוֹת. - *נִדָּה, *elongatio.* Esdr. IX, 11. sec. *Compl. ἐν βδελύγμασιν.* Scilicet נִדָּה *foeditatem* et *impuritatem* notat, ac h. l. permutatur cum תּוֹעֵבָה. - *קְדֵשָׁה, *meretrix,* Veneris cultui consecrata. *Inc.*

Hos. IV, 14. ubi *βδέλυγμα eam quae abominanda facit*, speciatim *scortum, meretricem* notat. - שִׁקּוּץ, *res abominanda*, spec. *peccatum*, et *idolorum cultus*. Deut. XXIX, 17. *ἴδετε τὰ βδελύγματα αὐτῶν, καὶ τὰ εἴδωλα αὐτῶν*, videbatis res abominandas eorum et idola eorum. 2 Par. XV, 8. Ier. XIII, 27. *ἐν τοῖς ἀγροῖς ἑώρακα τὰ βδελύγματά σου*, in agris vidi res abominandas tuas. Dan. IX, 27. *βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων*, abominatio desolationum, h. e. vastatio ac destructio *horrenda*. Vide et Dan. XI, 31. ubi *βδελύγματα ἠφανισμένων*, abominationes desolatorum, et Dan. XII, 11. ubi *τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως* occurrit, et conf. 1 Macc. I, 51. ac *Lex. N. T.* s. h. v. - שֶׁקֶץ, *idem*. Lev. VII, 11. XI, 10. 12. 13. Ies. LXVI, 17. - שֶׁרֶץ, *reptile*. Lev. V, 2. Legerunt שֶׁקֶץ, *abominanda* s. *detestanda animalia*, aut transtulerunt ita propterea, quia pleraque reptilia abominationi esse solent. - תִּעֵב, *inf. Pihel. abominari, abominabile facere*. Deut. VII, 26. - תּוֹעֵבָה, *abominatio*. *Theod.* Ier. VIII, 12. LXX Exod. VIII, 26. *τὰ βδελύγματα τῶν Αἰγυπτίων*, idola Aegyptiorum. Vide et 2 Reg. XXIII, 13. et conf. Sap. XII, 23. Levit. XVIII, 27. *πάντα γὰρ τὰ βδελύγματα ταῦτα ἐποίησαν*, omnes enim res abominandas hasce fecerunt. Vide et Ez. XXXIII, 26. 3 Esdr. VII, 13. hebr. טֻמְאַת Esdr. VI, 21. ubi notat *impuritatem, quae idolorum cultu contrahitur*. Sap. XII, 23. *βδελύγματα*. *Vulgat.* bene: *per haec quae coluerunt*, nempe animalia. Conf. v. 24. Sir. XV, 14. *πᾶν βδέλυγμα ἐμίσησεν ὁ κύριος*, quod *Syrus* bene vertit ܟܠ ܒܝܫܬܐ, *omne malum* s. *peccatum*, cum quo et consentit *Arabs*. Cf. ib. XVII, 26. X, 13. *abominanda peccata*. 1 Maccab. I, 54. ubi videndus *Michaelis*. Ib. VI, 7. *effigies Iovis* ita dicitur. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *βδέλυγμα, πρᾶξις παρὰ τὸν προσήκοντα λόγον πραττομένη. καὶ πᾶν εἴδωλον, καὶ πᾶν ἐκτύπωμα ἀνθρώπου οὕτω ἐκαλεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις.*

ΒΔΕΛΥΓΜΌΣ, idem. פּוּקָה, *titubatio*. 1 Sam. XXV, 31. *οὐκ ἔσται σοι τοῦτο βδελυγμός*. Scilicet פּוּקָה metonymice quoque notat *id, quo quis ad vacillandum impellitur, offendiculum*, ac metaphorice *id quod aliquem inquietat ac offendit*. *Vulgatus*, qui habet: *non erit tibi hoc in singultum*, λυγμὸς legisse videtur, quod vide infra. - שִׁקּוּץ, *abominatio*. Nah. III, 6.

ΒΔΕΛΥΚΤΌΣ, *abominabilis*. תּוֹעֵבָה, *abominabile, res abominabilis*. Prov. XVII, 15. *ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτὸς παρὰ θεῷ*, impurus et abominabilis coram Deo. Sirac. XLI, 8. 2 Macc. I, 27. *Hesych.* *βδελυκτὸς, μισητὸς, ἐξουδενημένος, καὶ βδελυρός.*

ΒΔΕΛΥΡΙ'ΑΝ 'ΕΠΙΤΗΔΕΎΩ, *abominationi studeo*. הִתְעִיב, Hiph. *abominabile facio*. *Symm.* Ps. LII, 2. *βδελυρίαν*

ἐπετήδευσαν, abominabiles facti sunt. LXX ἐβδελύχθησαν. Est βδελυρία *impuritas proterva, illiberalis petulantia.* Vide *Theophr. Char.* XI, 1.

**ΒΔΕΛΥΡΟ'Σ*, *abominabilis*, *scelestus*, i. q. βδελυκτός. Legitur Sir. XLI, 5. sec. *Alex.* ubi alii βδελυκτός. *Timaeus Lex. Plat.* βδελυρὸς, αἰσχροποιός. *Lucian.* T. II. p. 178. *ed. Reitz.* βδελυρώτατος ἁπάντων. Vide supra s. βδελυκτός.

ΒΔΕΛΥ'ΣΣΩ, pr. *facio*, *ut aliquid foeteat*, *foetidum reddo*, a βδέω. *Gloss. Vet. visso*, *pedo*, deinde *efficio*, *ut aliquis rem vel personam aversetur*, *et abominetur*, *quacunque alia de causa*, v. c. *ob improbitatem:* unde

ΒΔΕΛΥ'ΣΣΟΜΑΙ, proprie notat *me averto a foetente* (V. *Schol.* ad *Aristoph. Plut.* v. 700. coll. 702.), vel omnino *abominor*, *aversor*, *execror*, *odio habeo*, etiam *abominabilem reddo.* בָּעַל, *fastidio.* Lev. XXVI, 11. - *גָּרַשׁ, *expello*, *repudio.* Lev. XXI, 14. ἐβδελυγμένην sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri ἐκβεβλημένην habent. - הִבְאִישׁ, Hiph. *foetidum reddo.* Exod. V, 21. ἐβδελύξατε τὴν ὀσμὴν ἡμῶν, fecistis odorem nostrum foedum ac tetrum, h. e. invisos nos reddidistis. - נָגַע, *tango*, *laedo.* Gen. XXVI, 29. καθότι ἡμεῖς οὐκ ἐβδελυξάμεθα, quemadmodum nos quoque te non *offendimus.* - לֹא נָגַע, *non tango. Inc.* Lev. XI, 8. - נִדָּה, Pih. *separo.* Ies. LXVI, 5. μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, odio habentibus vos et abominantibus. Scil. quod abominor, hoc longe a me removere soleo. Praeterea subst. נִדָּה *foeditatem*, *impuritatem* notat. - עָצַב Pih. *dolorem affero*, *dolore afficio.* Ps. LV, 5. τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο, coll. arab. عضب, *probrosis dictis lacessivit.* - קוּץ, *taedet. Theod.* Ies. VII, 16. LXX Ex. I, 13. ἐβδελύσσοντο οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, abominationi erant Aegyptii filiis Israel: ubi *Schol.* ἐθλίβοντο. Potest quoque reddi: *abhorrebant Aegyptii a filiis Israel.* Ita in Romana editione latina versio habet. Lev. XX, 23. - שָׁאַט, *sperno. Theod.* Ez. XVI, 56. - שִׁקּוּץ, *res abominanda.* Hos. IX, 12. - שִׁקֵּץ, *Pih.* Lev. XI, 11. 13. ταῦτα βδελύξεσθε ἀπὸ τῶν πετεινῶν, haec volucria abominationi vobis erunt. Ibid. v. 43. et XX, 25. - תָּאַב, Pih. Amos. VI, 8. - תִּעֵב ; הִתְעִיב ; נִתְעַב, Pih. Hiph. et Niph. Deut. VII, 26. 1 Reg. XXI, 26. ἐβδελύχθη σφόδρα, valde abominabilem se reddebat. Iob. IX, 31. ἐβδελύξατο δέ με ἡ στολή μου, *abominabilem me reddidit* stola mea. Iob. XV, 16. ἔστι δὲ ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος ἀνὴρ, est vero abominabilis et impurus vir. Vide et Ies. XIV, 19. Mich. III, 9. οἱ βδελυσσόμενοι κρίμα. *Hesych.* βδελυσσόμενοι, μισοῦντες. - תּוֹעֵבָה, *abominatio.* Lev. XVIII, 30. Prov. VIII, 7. XXVIII, 9. Sirac. XI, 2. notat *contemnere*, *despicere*, ubi *Vulgatus* per *spernere* transtulit, quem etiam *Arabs* secutus est. Ib. XX, 8. βδελυχθήσεται, abominabilis erit tum Deo

tum hominibus. *Clemens Alex. Paed.* lib. II. c. 6. *βδελύττεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, se ipsum *abominabilem reddit.* 1 Macc. I, 51. narratur, regem Antiochum per literas iussisse Iudaeos *βδελύξαι* (h. e. *polluere*, *inquinare*) *τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν παντὶ ἀκαθάρτῳ*, quod in sequ. explicatur per *βεβηλῶσαι αὐτούς*. *Vulg. et coinquinari.* Vide quoque *Syrum. Hesych. βδελυσσόμενοι, μισοῦντες.* Idem: *ἐβδελύχθην, ἐμίσησα, προσέκοψα.* *Suidas: ἐβδελύχθησαν* (Ps. XIII, 1. LII, 1.), *ἀπεῤῥίψησαν.*

ΒΕ'ΒΑΙΟΣ, *firmus.* נָכוֹן, *part. Niph.* a כּוּן, *firmus.* *Symm.* Gen. XLI, 32. 1 Sam. XXIII, 23. Sap. VII, 23. *βέβαιον, ἀσφαλές. Hesych. βέβαιον, ἀσάλευτον, ἀσφαλές, ἀμετάβλητον.*

ΒΕΒΑΙΟ'ΤΗΣ, *firmitas.* אֱמוּנָה, *veritas. Symm.* Psalm. XXXV, 6. *Aqu.* Ps. CXLII, 1. - קֹשֶׁט, *veritas. Aqu.* Psalm. LIX, 6. Inepte ita vertit. Ex usu l. arab. קֹשֶׁט est *obstinatio, rigiditas*, a قسط, *riguit, rigidus fuit.* Conf. *Coran. Sur.* LXXII, 14. et 15. Fortasse intellexit *rigidum hostem.* Adde *Aristid. Orat.* I, 395, 15.

ΒΕΒΑΙΟ'Ω, *firmo, confirmo, stabilio.* הִצִּיב, Hiph. a יָצַב. Ps. XL, 13. *ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς τὸν αἰῶνα*, confirmasti me coram te in saecula. - קִיֵּם, Pih. a קוּם, *erigo.* Ps. CXVIII, 28.

ΒΕΒΑΙ'ΩΣ, *indubitanter, firmiter, tuto, certo.* לִצְמִיתֻת, *ad excisionem*, h. e. *in perpetuum.* Lev. XXV, 30. - *חָכוֹן, *firma erit. Symm.* Ps. LXXXVIII, 22.

ΒΕΒΑΙ'ΩΣΙΣ, *confirmatio*, etiam *firma spes, certa animi persuasio.* צְמִיתֻת, *excisio.* Lev. XXV, 23. *ἡ γῆ οὐ πραθήσεται εἰς βεβαίωσιν*, terra non vendatur ad confirmationem, (i. q. *βεβαίως*, *firmiter, absolute, prorsus*, coll. v. 30.) h. e. ut firmum sit ementi in aeternum, exponente *Ainswortho.* Mallem tamen equidem reponere *βεβήλωσιν*, ut legitur in *Ald.* Sap. V, 20. *προσοχὴ δὲ νόμων, βεβαίωσις ἀφθαρσίας*, h. e. observatio praeceptorum divinorum animum certa spe felicitatis aeternae replet.

ΒΕ'ΒΗΛΟΣ, *profanus, impurus.* *הַלַּיְלָה, *hac nocte.* *Aqu.* sec. *Coislin.* Ruth. 1, 12. *βέβηλος.* Lege *βεβηλωμένη*, ut expresserit חֲלָלָה. - חֹל. *Aqu.* Ez. XLVIII, 15. Lev. X, 10. *διαστεῖλαι ἀνὰ μέσον τῶν ἁγίων καὶ τῶν βεβήλων*, ut discernatis sacra a profanis. 1 Sam. XXI, 4. (*ἄρτοι βέβηλοι. Vulg. panes laici*, h. e. quibus laici s. homines quilibet vesci possunt.) 5. Ezech. XXII, 26. XLIV, 23. - *חָלִילָה, *absit, avertat Deus.* *Aqu.* 1 Sam. XX, 2. Sed an haec versio vere *Aquilae* sit tribuenda, admodum dubitarem. - חָלָל. Ex. XXI, 25. - טָמֵא, *impurus. Symm.* Ios. XXII, 19. - פִּגּוּל, *abominatio.* Ez. IV, 14. 2 Maccab. V, 16. *ταῖς βεβήλοις χερσί. Hesych. βέβηλον, τὸ μὴ*

ἱερὸν καὶ ἄθεον. Idem: βέβηλος, ἀνίερος, ἀμύητος. Confer *Suiceri Thes. Eccl.* T. I. p. 678.

ΒΕΒΗΛΟ'Ω, profano, polluo, violo. הֵחִיל, Hiph. a חוּל, *dolore afficio.* Ps. IX, 26. Legerunt cum *Syro* חֻלְּלוּ, a rad. חָלַל. *Vulg. inquinatae.* - חָלָל, *profanus.* Lev. XXI, 7. γυναῖκα πόρνην καὶ βεβηλωμένην, foeminam, quae scortata et profanata, h. e. violata est. Huc revocandum est praeeunte *Cat. Niceph.* pag. 1101. Scholion, quod *Montf.* e Cod. *Reg.* protulit ad XX, 18. Ἄλλος· ἀκάθαρτον, λεπρῶσαν, ἢ ἐν αἱμοῤῥοίᾳ, ἢ ἐθνικήν. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* Vide et v. 14. ac conf. Iudith. IX, 2. Sir. XLII, 14. et *Fesselii Adverss. SS.* lib. II. c. 18. p. 146. - חָלַל, Pih. et semel in Hiph. הֵחֵל, quod proprie denotat *incipio.* Lev. XVIII, 21. οὐ βεβηλώσεις τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον, non profanabis nomen sanctum. Vide et Lev. XIX, 18. XXII, 15. Lev. XIX, 29. οὐ βεβηλώσεις τὴν θυγατέρα σου, ἐκπορνεῦσαι αὐτὴν, non profanabis filiam tuam scortatione. Lev. XXI, 9. de filia sacerdotis: ἐὰν βεβηλωθῇ τοῦ ἐκπορνεῦσαι, si profanetur scortatione, coll. Num. XXV, 1. Legerunt יָחֵל. Ps. LIV, 23. ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, *violarunt* foedus eius. Thren. II, 2. ἐβεβήλωσεν βασιλείαν καὶ ἄρχοντα αὐτῆς, profanavit regnum et principem eius. *Olympiodorus* apud *Ghislerium in Caten.* p. 72. exponit ἀκαθάρτους ἀπέδειξεν. Adde *Aqu.* Ies. LIV, 5. - *טִמֵּא Pih. *immundum reddo.* Ez. XLIII, 7. 8. 1 Macc. IV, 38. ubi *Syrus: destructum* reddidit. *Hesych.* ἐβεβήλωσεν, ἐμίανεν, ἐμόλυνεν, ἀκάθαρτον ἐποίησεν. Idem ad Ps. IX, 25. βεβηλοῦνται, μιαίνονται, ἁμαρτάνουσι.

ΒΕΒΗ'ΛΩΣΙΣ, profanatio. חַלֵּל, *infin. Pih.* Lev. XXI, 4. - *צְמִיתֻת, *excisio.* Lev. XXV, 11. sec. *Ald.* et *Lips. Paul.* Vide supra s. v. βεβαίωσις. Legitur quoque Iudith. IV, 3. et 1 Maccab. I, 51. ubi βεβήλωσις est *profanum*, i. q. ἀκάθαρτον.

ΒΕΔΕ'Κ. Ipsa vox hebr. בֶּדֶק, *fissura, rima,* sec. *Bielium, instauratio, restauratio.* 2 Reg. XII, 6. 12. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Βεδὲκ (sic enim procul dubio legendum pro Βιδὲκ, quod est in MS.) exponitur γαζοφυλακεῖον ναοῦ. In *Glossis* autem in lib. IV. Reg. τὸ βεδὲκ (sic enim scribendum pro βεδὲχ, vel, ut in Cod. *Barocc.* pariter vitiose scribitur, μεδὲχ) redditur τὸ δέον, *necessarium.* Aliter vero *Theodoretus:* Βεδὲκ καλεῖται τῶν ἐφθαρμένων ξύλων ἢ λίθων ἡ θεραπεία. ἡ δὲ τῶν παραλειπομένων βίβλος ἀντὶ τοῦ ποιῆσαι βεδὲκ ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον κυρίου λέγει. Sic et in *libr. nomin. Ebr. Bedec, instauratio.* Vide *Drusium* in *fragm.* p. 275.

ΒΕΕΛΦΕΓΩ'Ρ. Hebr. בַּעַל פְּעוֹר. Num. XXV, 3. 5. Moabitarum et Midianitarum numen. *Theodoretus* in Psalm. CV. et *Apollinarius* in *Catena gr.* censent, *Baal* proprium esse idoli nomen, eumque non alium esse, quam Κρόνον, *Satur-*

num, *Phegor* autem nomen loci esse, in quo simulacrum illud staret; idoli tamen nomen esse *Phogor* idem vult *Theodoretus quaest.* 45. in *Num.* quod magis placet, etsi et loco, in quo coleretur idolum, nomen sit inditum. Cf. Num. XXIII, 28. et Ios. XIII, 20. Ex quo et colligit *Bonfrerius* ad Num. XXV, 3. *Baal* vel *Beel* non esse proprium hic nomen, sed appellativum, quod variis idolorum nominibus honoris causa praeponi solet. Caeterum inter plerosque Intt. convenit, esse *idoli pudendi*, a foeminis inprimis culti, nomen, et hunc Deum eundem fuisse cum *Priapo* (a פער, *aperire, nudare*, q. d. cui pudendum membrum esset immane ac foede distentum propalam), quae fuit iam *Hieronymi* sententia lib. I. adv. *Iovinianum.* Vide quoque *Etymol. M.* s. h. v. *Seldenum* de *Diis Syris Synt.* I. cap. 5. p. 158. seq. et *Bibl. Brem.* Cl. V. p. 568. sequ.

BEZE'K. Hebr. בזק, *fulgur*, *corruscatio.* Ez. I, 14. ὡς εἶδος τοῦ βεζὲκ, h. e. iuxta *Gloss. MS. in Ez.* ὡς εἶδος ἀστραπῶν. *Schol.* ad eundem locum: τὸ βεζὲκ ἀστραπὴν σημαίνει. Inde et apud *Hesychium: Βεζὲκ*, ἀστραπή τις. Ἰεζεκιήλ.

**BE'Θ.* כר, *nomen mensurae.* 1 Reg. V, 11. χιλιάδας βὲθ (pro quo in *Vat.* legitur βαὶθ) ἐλαίου κεκομμένου. Videtur autem βὲθ idem significare, quod βάτος, ut colligo e scholio in *Cod. Regio* apud *Montf.* l. l. Adde *Theodoretum* T. I. p. 466. ac supra s. v. βάτος.

BEΛIA'Λ. Ipsa vox hebraica בְּלִיַּעַל, *nequam. Theodot.* Iud. XIX, 22.

BEΛOΘH'KH, *pharetra*, *sagittarum theca.* יֶתֶר *nervus*, *chorda. Inc.* Ps. X, 2. – תְּלִי, *pharetra. Inc.* Gen. XXVII, 3. Vide quoque *Schol. Hom.* Il. α', 45.

BE'ΛΟΣ, *iaculum*, *sagitta*, *telum.* חֵץ, idem. Deut. XXXII, 42. μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ᾽ αἵματος, inebriabo sagittas meas sanguine. 2 Sam. XXII, 15. ἀπέστειλε βέλη καὶ ἐσκόρπισεν αὐτοὺς, misit *fulmina* et dissipavit illos. Vide et Ps. XVII, 6. CXLIII, 7. Eodem sensu in epigrammate apud *Laertium Prooem.* p. 4. Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ᾽ Ὀρφέα Μοῦσαι ἔθαψαν, Ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει. Vide et *Herodot.* lib. IV. c. 79. et *Pollucem* lib. IX. cap. 5. sect. 41. Iob. XXXIX, 22. ubi vid. notae *L. Bos.* – חָצָץ. Ps. LXXVI, 17. – נֶשֶׁק, *armatura.* Iob. XXXIX, 21. – שֵׁבֶט, *virga*, *telum.* 2 Sam. XVIII, 14. – שֶׁלַח, *missile.* Ioel. II, 8. – שָׁלַף, *extraho*, *stringo.* Iob. XX, 25. ubi sine dubio שלח legerunt. Sir. XIX, 11. βέλος πεπηγὸς ἐν μηρῷ σαρκὸς, sagitta infixa femori carnis. Qui sagitta vulneratus est in femore (cuius caro est tenera, ideoque valde sensilis), illico sagittam evellit, nec quiescit, donec eam excutiat. *Hesych.* βέλος, μάχαιρα, τραῦμα, ἀκίς. καὶ πᾶν τὸ βαλλόμενον καὶ τὴν ἀλγηδόνα βέλος λέγει.

**Ἐ*ΒΕΛΟΣΤΑΣΙ'Α*, sec. *Grotium balista*, *contabulatio*, *cui imponebatur catapulta*. *Vitruv*. X, 20. 1 Macc. VI, 20. sec. cod. *Alex*. Sed sine dubio ibi βελοστάσεις legendum est, ut reliqui libri habent.

ΒΕΛΟ'ΣΤΑΣΙΣ, *locus ad tela constitutus*, *statio ballistarum*, *machina bellica*, *unde tela ex arcu mittuntur*, secundum nonnullos *balista*, *aries*. דָּיֵק, *propugnaculum*. Ezech. XVII, 17. XXI, 22. – טִפְסָר, *imperator*, *dux*. Ier. LI, 27. Non intellexisse videntur hoc vocabulum peregrinum. – כַּר, in plur. כָּרִים. Ez. IV, 2. Forte a كر, *scala ex funibus confecta*. – סֹלְלָה, *agger*, *aggesta moles terrae*, ac vi etymologiae *omnis locus*, *ubi aliquid coacervatur*. *Inc*. Ez. XXVI, 6. Vide infra s. v. δόρυ, et 1 Macc. VI, 20. 51. ubi *Vulgatus* βελοστάσεις vertit *balistas*. *Syrus* per *turrim*, *Iosephus* per χώματα, *aggeres*, explicat. Cf. *Lipsii Poliorc*. lib. III. Dial. II. p. 121. seq. et *Michaelis anim*. ad 1 Macc. VI, 20.

ΒΕΛΤΙ'ΩΝ, *ΒΕ'ΛΤΙΟΝ*, *melior*, *melius*. טוֹב, *bonus*, et sequente מ *melior*. *Inc*. Iud. IX, 2. *Aqu*. *Theod*. LXX Iud. XVIII, 19. LXX Gen. XXIX, 19. Num. XIV, 3. Ier. XXII, 15. – יָפָה, *pulcher*. Iob. XLII, 14. – יָשָׁר, *rectus*. Ier. XXVI, 14. – *נָעַם, *iucundus sum*. *Inc*. Ez. XXXII, 19. ubi LXX κρείττων habent.

ΒΕ'ΛΤΙΟ'Ν ἘΣΤΙ, *melius est*. יָטַב. Ier. XXXVIII, 20. XL, 9.

ΒΕ'ΛΤΙΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, *melius facio*. הֵיטִיב, Hiph. Ier. XXVI, 13. XXXV, 15.

ΒΕΛΤΙ'ΩΝ ΦΑΙ'ΝΟΜΑΙ, *melior appareo*. נָעַם, *amoenus sum*. Prov. XXIV, 25.

ΒΕ'ΛΤΙΣΤΟΣ, *optimus*. מֵיטָב, *bonum*. Gen. XLVII, 6. 11. Ex. XXII, 5.

ΒΕΛΦΕΓΩ'Ρ, *Belphegor*. בַּעַל פְּעוֹר, *idolum Moabitarum*. Num. XXV, 3. 5. Deut. IV, 3. Ps. CV, 28. Vide supra Βεελφεγώρ.

ΒΕΡΣΕΚΑΘΑ'Ν. Vox corrupta ex hebr. בָּאַרְגַּז, *in capsa*. 1 Sam. VI, 8. Al. ibi pro ἐν θέματι βερσεκαθαν habent ἐν θέματι βερσεχθὰν, al. ἐν θέματι βοεργαζάξ. In cod. *Alex*. autem legitur ἐν θέματι Ἀργόζ. Conf. v. 11. 15. ubi pro אַרְגַּז apud LXX legitur θέμα ἐργὰξ, vel iuxta Cod. *Alex*. θέμα Ἀργὸζ, vel iuxta al. θέμα ἐργάβ. Vnde *Lex*. *Cyrilli MS*. *Brem*. Θέμα ἐργὰβ, λαρνάκιον. Confer *Theodoretum* ad 1 Sam. l. c.

**ΒΗ'ΛΙΟΝ*, *templum Belis*. Dan. XIV, 21. sec. *Chis*. Conf. *Huschke Analecta critt*. p. 223.

ΒΗ͂ΜΑ, *gradus*, *passus*, *gressus*, *vestigium*, it. *suggestus*. – מִגְדָּל, *turris*. Neh. VIII, 6. ἐπὶ βήματος ξυλίνου, in suggestu ligneo. Significat hic βῆμα *locum*, *ad quem per*

gradus ascenditur. Confer supra s. v. *βάσις*, ac 3 Esdr. IX, 42. Sirac. XLV, 11. 2 Maccab. XIII, 26. *Hesychius*: *βῆμα, πλείονα μὲν σημαίνει, κοινότερον δὲ οὕτως καὶ λογεῖον, ὥσπερ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ δικαστηρίῳ.* – מִדְרַךְ כַּף, *calcatio plantae.* Deut. II, 5. *οὐδὲ βῆμα ποδὸς*, ne minimam quidem partem. Vide *Lex. N. T.* s. h. v. – פְּעָמִים, plur. Ies. XXVI, 6. *ταπεινῶν βήματα*, *gressibus* tenuium. – פֶּשַׁע, *gressus*, *passus. Aqu. Symm.* 1 Sam. XX, 3. – צַעַד, idem. *Aqu. Symm.* 2 Reg. VI, 13. Sir. XIX, 26. *βῆμα ἀνθρώπου*, gressus hominis, seu potius *incessus*, *ingressus*. *Lex. Cyrilli MS. Brem. Βῆμα, βάδισμα.*

ΒΗΡΥ'ΛΛΙΟΝ, *beryllus*, gemma viridis, sed cum pallore. Conf. *Plin.* XXVII, 5. *Solinum* c. 55. *Isidorum* lib. XVI. *Origin.* c. 7. et *Franc. Rueum* lib. II. c. 8. שֹׁהַם, *onyx*, vel *sardonyx*. Ex. XXVIII, 20. XXXIX, 11. Conf. *Braun.* de *vest. sacerd. hebr.* lib. II. c. 18. §. 193.

ΒΗ'ΡΥΛΛΟΣ, idem pro eodem. *Al.* Ex. XXVIII, 20. Adde Tob. III, 17.

ΒΙ'Α, *vis*, *violentia*, *id quod vi exigitur, exactio.* אֶפֶס, *defectus*, *nihil*, *nullus*. Ies. LII, 4. *εἰς ἀσσυρίους βίᾳ ἤχθησαν.* Sensum expresserunt. Commode enim אֶפֶס h. l. reddi potest *impune*. – גָּזֵל, *rapina*. *Aqu.* Ps. LXI, 11. – יֶזַע, *sudor.* Ez. XLIV, 18. *βίᾳ* (*Itala: vehementer.*), *vi* vel *violenter*, h. e. interprete *Hieronymo*, *non nimis arcte et constricte.* Arab. وزع est *cohibere*, *coercere.* Fortasse vocem derivarunt a זוע *movere se, commoveri*, aut, ut *Montf.* in *Lex. hebr.* s. h. v. suspicatus est, *βία* positum est pro *βίζα*, ita ut vocem hebr. graecis literis expresserint. Quae opinio etiam arrisit *Semlero* in *Ep. Crit.* ad h. l. – יָרַשׁ Pih. *possideo*, *occupo*, etiam *pauperem reddo*, *bona eripio*, *spolio*, petita significatione a רוש. *Inc.* Iud. XIV, 15. *ἐκ βίας*, quae verba ex nonnullorum sententia ita reddenda sunt: ita ut vim nobis inferatis, eripiendo sc. nobis facultates nostras, seu emungendo nos bonis nostris. Sed *ἐκ βίας* ex usu l. gr. potius significat *coacte*, non autem, *ut vim inferas*, quod si voluisset interpres, sine dubio *βίᾳ* scripsisset aut *εἰς βίαν.* Igitur videtur reddenda ei esse vox *ἐκβιάσαι*, quam alius incertus interpres hic habet. – כְּבֵדֻת, *gravitas.* Exod. XIV, 25. *μετὰ βίας*, admodum *difficulter.* – סְאוֹן, *conflictatio. Symm.* Ies. IX, 4. Vox hebr. *omnem armaturam bellicam* notat, a סָאַן, *pugnavit, bellum gessit.* Ergo *βία* h. l. notare videtur *instrumenta, quibus aliis vis infertur.* – עַד, *saeculum.* Hab. III, 5. *διεθρύβη τὰ ὄρη βίᾳ.* Num עֹז legerunt et acceperunt poetice pro בְּעֹז s. מֵעֹז? aut potius cum *Resch* עָר, quod *inimicum*, *hostem* notat? – פֶּחָה, *praefectus, dux.* Neh. V, 15. *τὰς βίας πρώτας, ἃς πρὸ ἐμοῦ ἐβάρυναν ἐπ' αὐτούς. exactiones* priores, quibus ante me gravarunt illos. Ibid. v. 18. *ἄρτον τῆς βίας οὐκ ἐζήτησα*, panem *exactionis* non quaesivi. – לֶחֶם פֶּחָה, *pa-*

nis praefecti. Neh. V, 14. *βίαν αὐτῶν οὐκ ἔφαγον*, aliquid, quod vi ab illis exactum esset, non comedimus. Num fortasse ibi legendum est *βίον*? Alii habent *ἄρτον τῆς ἡγεμονίας*. - פֶּרֶךְ, *asperitas*. Exod. I, 13. 14. - *צֹעֶה, *festinans*. Ies. LXII, 1. *βίᾳ*. Sed sine dubio scribendum est *βαίνει*, ut quoque habet *Arabs*. *Vitringae* in Comment. ad h. l. non videtur ambigendum, quin scripserit interpres: *βοᾷ μετὰ ἰσχύος*, ut est apud *Cyrillum*, vel *βοᾷ βίᾳ μετὰ ἰσχύος*, ut ex affinitate enunciationis utriusque vocis altera exciderit, adeoque confuderit vocem צֹעָה cum צוח vel שׁוע, *βοᾷν*, *clamare*. - רֹב, *multitudo*. Ies. LXIII, 1. *ἐν βίᾳ*. Vide ad h. l. *Grabii* Diss. *de vitiis* etc. p. 59. - *חֹזֶק, *fortitudo*. Dan. XI, 17. *βίᾳ* sec. *Chis.* quod *Theod.* *ἐν ἰσχύϊ* transtulit. Praeterea legitur apud *Symm.* Iob. XXXV, 9. ubi ante *βραχίονος* pleonastice additur: nihil enim ei respondet in textu hebraico. Fortasse simpliciter *διὰ βίαν* scripsit, et *βραχίονος* e vers. *Alex.* huc irrepsit. Sap. VII, 20. *πνευμάτων βίας*, spirituum *facultates*, s. *vires*, i. q. *δυνάμεις* in sequentibus. *Hesych.* *βία*, *δύναμις*, *ἰσχὺς*, *ἀνάγκη*.

ΒΙ'Αι ΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *vi impellor*. שָׁאוֹן נִשְׁאָה, *tumultuatione tumultuor*. Ies. XVII, 13.

ΒΙΑ'ΖΩ, *ομαι*, *vim facio*, *violo*, *cogo*, *vi persuasionum detineo*, *adigo*, *irrumpo*. *בַּלָּהוֹת, *terrores*. *Symmach.* Iob. XXIV, 17. *βιασθεὶς θανάτῳ*, *morte violenta abreptus*. Sunt haec verba alius interpretis, qui libere vertit. Conf. supra s. v. *ἀνύπαρκτος*. Potest tamen *βιασθεὶς* etiam referri ad formulam יַכִּיר בַּלָּהוֹת, *agnoverit terrores*. - גָּזַל, *rapio*, *vi eripio*. *Aqu.* Ps. LXVIII, 5. *ἐβιασάμην*, *vi eripui*, ubi LXX *ἥρπασα* habent. - החזיק Hiph. *prehendo*. Deut. XXII, 25. *βιασάμενος κοιμηθῇ μετ' αὐτῆς*, vim faciens concumbat cum illa. - הָרַס, *perrumpo*. Exod. XIX, 24. *μὴ βιαζέσθωσαν ἀναβῆναι πρὸς τὸν θεὸν*, non *vi perrumpant* (sc. septum), ut ascendant ad Deum, s. in montem sacrum. - הִתְאַפֵּק, Hithp. *me corroboro*, *firmiter contineo*. *Symm.* 1 Sam. XIII, 12. *βιασθείς*. - כָּבַשׁ, *subigo*, spec. mulierem, sensu venereo. Esth. VII, 8. *ὥστε καὶ τὴν γυναῖκα βιάζῃ ἐν τῇ οἰκίᾳ μου*, itane etiam *vim inferet* uxori in domo mea. Sic *Diodorus Siculus* lib. I. cap. 78. de Aegyptiis: *Τοῦ μὲν γὰρ βιασαμένου γυναῖκα ἐλευθέραν προσέταξαν ἀποκόπτεσθαι τὰ αἰδοῖα*. - סָאַן, *confligo*. *Symm.* Ies. IX, 5. *πᾶσα βία ἐβιάσθη ἐν σεισμῷ*, omnis vis *violata est* in concussione. Ita reddit *Drusius in fragm.* p. 395. Mihi autem *βιάζεσθαι* h. l. notare videtur *violenter adhiberi*. *Vulg.* *omnis violenta praedatio*. - עָצַר, *detineo*. Iud. XIII, 15. *βιασώμεθα δή σε*, te, quaeso, hic aliquamdiu *detineri* a nobis *patiaris*: ubi in codd. cum *κατέχειν* et *παραβιάζεσθαι* permutatur. Ibid. v. 16. - פָּצַר, *insisto*. Gen. XXXIII, 12. *ἐβιάσατο αὐτὸν καὶ ἔλαβε*, *cogebat* illum (*multis* sc. *verbis ac persuasionibus*, vel vi quadam et pondere argumentorum), ut acciperet. Vide

quoque Iud. XIX, 7. - פָּרַץ, idem. 2 Reg. V, 23. *ἐβιάσατο αὐτὸν*, *invitabat* eum, aut: *cogebat, verbis* sc. *et vi persuasionum*, ubi cum *καταβιάζεσθαι* in codd. permutatur. Sic quoque legitur apud *Eurip. Alcest.* v. 1116. *Aelian. V. H.* III, 17. ubi vid. *Perizonius. Pollux Onom.* IV, 3. sect. 25. ubi *βιάσασθαι* inter verba, quae rhetorum dicendi vim exprimunt, refertur, et cum *σφοδρύνασθαι, ἰσχύσαι, δυνηθῆναι πεῖσαι* coniungitur. Eodem modo accipitur quoque *ἀναγκάζειν*. Confer *Lex. N. T.* sub utraque voce. - חָפַשׁ, *prehendo*. Deut. XXII, 28. Sir. IV, 29. *μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ*, ne *violenter opprimas* cursum fluminis, h. e. ne frustra agas. Ibid. XXXI, 24. *εἰ ἐβιάσθης ἐν ἐδέσμασιν*, si fueris ad cibos coactus. 2 Macc. XIV, 41. *τὴν αὐλαίαν θύραν βιαζομένων*, cum in portam atrii *irrumperent*. Cf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΒΙ'ΑΙΟΣ, *violentus*. אָנוּשׁ, *aegerrimus*, *desperatus*. *Aqu. Theod.* Ier. XXX, 15. *Theod.* et LXX Iob. XXXIII, 6. ubi de *sagitta venenata* dicitur, *quae vulnus lethale aut certe aegre curabile infert. Michaelis* in *Suppl.* pag. 1621. opinatur, LXX h. l. אָנַשׁ per *ἀντίφρασιν* accepisse, solitum graeco interpreti sed parum probabile artificium. - גִּבֹּר־צַיִד, *potens venatione. Inc.* Gen. X, 9. *Scharfenb.* in anim. ad h. l. videtur *βίαιος* h. l. *Symmachi* interpretatio esse, referenda illa tamen ad גִּבֹּר v. 8. *Βίαιος* h. l. *tyrannum* et גִּבּוֹר ex *Arabismo praedonem*, *homicidam* notat. Vid. *Michaelis* ad *Lowth. de sacra poesi hebr.* p. 78. - *מוֹטָה, *iugum*. Ies. LVIII, 6. ubi bene sensum expresserunt. Iugo enim vis infertur. - נְפִילִים, *gigantes. Symm.* Gen. VI, 4. *βίαιοι*, *violenti*, seu: *tyranni*. - עַז, *validus*. Ex. XIV, 21. - עַיָם, *robur*, *vehementia*, *impetus*. Ies. XI, 15. *πνεύματι βιαίῳ*, vento *vehementi* - עַל. LXX sec. cod. *Norimb.* Ierem. XXX, 12. - צַר, *arctus*, etiam *hostilis*, et ex adiuncto *violentus*. Ies. LIX, 19. *ποταμὸς βίαιος*, fluvius *irruens. Theod. ἀντιμαχόμενος*. - קָדִים, *oriens*. *Symm.* Ps. XLVII, 8. *ἐν πνεύματι βιαίῳ*. Praeterea legitur Ies. LVIII, 6. (ubi nihil est in hebr. textu) ac *Symm.* Psalm. LIV, 11. ubi tamen pro *βίαιων*, nisi omissum est *τὸ*, legere mallem *βίαν*. Vide ad h. l. *Opuscula critica* p. 207. Sap. XIII, 2. *βίαιον ὕδωρ*. Ib. XIX, 7. *κλύδωνος βιαίου*.

**ΒΙΑΙΟ'ΤΕΡΟΣ*, *violentior*. 4 Macc. II, 15. *βιαιοτέρων παθῶν*. Ib. VII, 10. *βασάνων βιαιότερος*, *cruciatibus violentior*, dicitur, *qui se cruciatibus summis nec vinci nec cogi passus est*. Vide s. *εὐτονώτερος*.

ΒΙΑΙ'ΩΣ, *violenter*. *זָרִים, *alieni*. Ier. XVIII, 14. Derivarunt falso a זָרַם, quod *inundare* notat, aut, ut aliis placuit, legerunt זֵרִים. Aquae magnificae et superbae sunt *ὕδωρ βίαιον*, *aqua vehemens*. Vide *Κεραυνόω* et *Ὕδωρ*.

ΒΙΒΑ'ΖΟΜΑΙ, *admissario admoveor*: de coitu quadrupedum dicitur. רָבַע, *concumbo*. Lev. XVIII, 23. XX, 16.

ΒΙ'ΒΛΙΝΟΣ, *chartaceus*, *papyraceus*. גֹּמֶא, *iuncus*. Ies. XVIII, 2. ἐπιστολαὶ βίβλιναι pro hebr. כְּלֵי גֹמֶא, per quae intelleguntur *naves papyraceae*, ut *Plinius* loquitur lib. VI, 21. quarum et *Diodorus Sic.* meminit. LXX igitur *epistolas biblinas* vertentes, exprimere voluerunt usum earum, quod nimirum epistolis deferendis adhibitae fuerint, ut commodissime cum hodierno ita dicto *Packet - Boot* naviculae illae comparari possint.

ΒΙΒΛΙΟΓΡΑ'ΦΟΣ, *librorum scriptor*. רָץ, *cursor*, *tabellio*. Esth. III, 13. ubi tamen alii pro βιβλιογράφων rectius habent βιβλιοφόρων, aut βιβλιαφόρων, ut legitur apud *Diod. Sic.* II, 26.

ΒΙΒΛΙΟΘΗ'ΚΗ, *bibliotheca*, *libraria*. בֵּית סִפְרַיָּא, chald. *domus librorum*. Esdr. VI, 1. – דִּבְרֵי יָמִים, *verba dierum* (i. e. rerum gestarum singulis diebus succincta narratio), *diarium*. Esth. II, 22. Vide et 2 Macc. II, 13. Occurrit praeterea haec vox apud *Pollucem*, *Phrynich*. *Thom. M.* et *Athenaeum Deipn*. V. p. 203. E.

ΒΙΒΛΙ'ΟΝ, *liber*, *libellus*, *epistola*. *גְּבַל, *Ghebal*, nomen proprium. Ez. XXVII, 9. οἱ πρεσβύτεροι βιβλίων, ubi vel legendum γιβλίων, vel ipsi legerunt בבל pro גְּבַל, sed prius rectius videtur *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. – *גֹּמֶא, *iuncus*. *Aqu.* Ies. XVIII, 2. – *מְגִלָּה, *volumen*. LXX sec. *Hex.* Ier. XXXVI, 14. – מִדְרָשׁ, *commentarius*. 2 Par. XIII, 22. – מִסְפָּר, *enumeratio*. 1 Par. XXVII, 24. – סֹפֵר, *legis peritus*. Esdr. VII, 10. τῷ γραμματεῖ βιβλίου. – סֵפֶר, *liber*. Deut. XXIV, 1. βιβλίον ἀποστασίου, libellus repudii. 2 Sam. XI, 14. ἔγραψε δαβὶδ βιβλίον πρὸς Ἰωὰβ, scribebat David *epistolam* ad Ioabum. 2 Reg. XIX, 14. ἔλαβεν τὰ βιβλία, accepit *literas*. Ibid. XX, 12. ubi pro βιβλία *Inc.* ἐπιστολὰς, *Vulgata literas* habet. *Hesych.* βιβλία, βυβλία, ἐπιστολαί. *Suidas*: βιβλίον, ἡ ἐπιστολή. Ps. CXXXVIII, 15. ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, in librum tuum omnes scribentur. *Theodoreto* ad h. l. et ex eo *Suidae* βιβλίον θεοῦ exponitur ἡ γνῶσις αὐτοῦ καὶ ἡ ἄληστος (ex emendatione *Küsteri* pro ἄλκητος) μνήμη. Baruch. I, 14. *epistola*. 1 Macc. I, 46. βιβλία, *edicta*. Ib. XII, 9. τὰ βιβλία τὰ ἅγια, biblia sancta, sacrae literae.

ΒΙΒΛΙΟΦΟ'ΡΟΣ, *libellio*, *tabellarius*. רָץ, *cursor*. Esth. VIII, 10. et III, 13. e var. lect. Adde *Diodor. Sic.* lib. II. c. 26. ubi βιβλιαφόρος scribitur. Adde eundem lib. XI. c. 21. et 28.

ΒΙΒΛΙΟΦΥΛΑ'ΚΙΟΝ, *repositorium librorum*, vel *chartarum*, *bibliotheca*, *chartophylacium*, speciatim *locus*, *ubi literae publicae asservantur*, *tabularium*, i. q. apud nos *Archiv*. 3 Esdr. VI, 21. ubi Iudaei rogant Darium regem, ut mandatum Cyri de variis privilegiis Iudaeorum quaeratur ἐν τοῖς βασιλικοῖς βιβλιοφυλακίοις τοῦ Κύρου. Chald. בֵּית גִּנְזַיָּא, *domus*

thesauri (i. e. locus, ubi, quae erant in pretio, recondebantur, non solum aurum, argentum etc., sed et scripta publica, annales etc., quorum receptaculum erat in domo aerarii regii). Esdr. V, 17. coll. 3 Esdr. VI, 23. ubi Esdr. VI, 1. in chald. sunt בֵּית סִפְרַיָּא דִּי גִנְזַיָּא, i. e. *βιβλιοφυλάκιον ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ*.

ΒΙ'ΒΛΟΣ, i. q. *βιβλίον*, *liber*, it. *recensio*, *catalogus*. גְּבַל, nomen proprium urbis vel regionis in Phoenicia, Gebal, unde גִּבְלִי, *Giblaeus*. Ez. XXVII, 9. Vide supra s. v. *βιβλίον*. – סֵפֶר. Gen. V, 1. *αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων*, hic est catalogus posterorum Adami. Vide et Gen. II, 4. et conf. *Lex. N. T.* s. h. v. Exod. XXXII, 31. *ἐξάλειψόν με ἐκ τοῦ βίβλου σου*, dele me ex libro tuo, h. e. perde me. Ps. LXVIII, 33. *ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων*, deleantur ex libro viventium. – *סְפַר, Chald. Esdr. IV, 15. VI, 18. Dan. VII, 10. Sir. XXIV, 25. *βίβλος διαθήκης θεοῦ*. 2 Macc. VIII, 23. *τὴν ἱερὰν βίβλον*, scripturam sacram.

ΒΙΒΡΩ'ΣΚΩ. Vide *Βρώσκω*.

ΒΙ'ΚΟΣ, *urna*, *urceus*. בַּקְבּוּק, *lagena*. Ier. XIX, 1. 10. *Hesych.* *βίκος*, *στάμνος ὦτα ἔχων*.

ΒΙ'ΟΣ, *vita*, *victus*, *facultates*. דֶּרֶךְ, *via*. Prov. XXXI, 3. ubi *Vulg. divitias*. *Aqu. Symm. Theod.* *χρήματα*. Scil. דֶּרֶךְ habet quandoque notionem *vitae et sortis*. *Iaegerus* ad h. l. referre *βίον* mavult ad חֵילֵךְ, ut duae versiones coaluerint. – הוֹן, *substantia*, *opes*, *facultates*. *Symm.* Prov. VIII, 18. ubi *βίος omnia* notat, *quae sunt ad vitam sustentandam necessaria*. – הוֹן בֵּית, *substantia domus*. Cant. VIII, 7. *ἐὰν δῷ ἀνὴρ πάντα τὸν βίον αὐτοῦ*, etiamsi det aliquis omnes facultates suas. Conf. 2 Macc. XIV, 25. et *Lex. N. T.* s. h. v. – יָמִים plur. ex יוֹם, *dies*. Iob. VII, 6. 16. VIII, 9. Prov. III, 2. 16. – יְמֵי חַיִּים, *dies vitae*. Prov. XXXI, 12. *πάντα τὸν βίον*, pro *κατὰ π. τ. β.*, per omnem vitam. – לֶחֶם, *panis*, *cibus*, *ac omnia*, *quae sunt ad vitam sustentandam necessaria*, Prov. XXXI, 14. Conf. *Hesiodi ἔργ.* v. 230. ubi *βίος* de *proventibus terrae* dicitur. *Ael. V. H.* I, 31. III, 29. ac vide *Perizon.* ad eundem XIV, 33. – נִכְסִין Chald. plur. *opes*. Esdr. VII, 25. – צָבָא, *militia*. Iob. XIV, 14. *συντελέσεται ἡμέρας τοῦ βίου αὐτοῦ*. Scil. צָבָא *omne tempus determinatum et ordinatum* notat. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 1192. In aliis quoque Iobi locis, v. c. VII, 1., *vita hominis* cum *militia* comparatur. – שְׁנוֹת, plur. a שָׁנָה, *anni*, it. *vitae tempus*. Prov. V, 9. Sap. X, 8. Sodomitae impietatis documentum reliquisse dicuntur *τῷ βίῳ*, vita sua, aut, ut *Bretschneiderus* transferre mavult: *viventibus*, ut *βίος* (ad imitat. hebr. חַי, quod et *vitam* et *viventem* notat) dicatur pro *βιοῦντες*, *viventes*, *homines*. Sic quoque sumitur ib. XIV, 21. *ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἐνέδραν*, hominibus extitit causa peccandi, sc. alliciendo eos ad idololatriam. Similiter usurpat h. v. *Dionys. Hal.* T. VI. pag. 1124.

ed. *Reisk.* ὁ καθ' ἡμᾶς βίος, nostra *aetas.* Vid. *Casaub.* ad *Athen.* XV, 5. p. 654. l. 35. *Reitz.* ad *Lucian. Icaromenipp.* p. 397. Vol. VII. *Bipont.* Sic quoque *vita* Latinorum. Vide *Burmann.* ad *Phaedr.* L. I. *Prolog.* 4. Sir. XIX, 8. βίους ἀλλοτρίους, aliorum vivendi rationem. *Hesychius:* βίος, ζωή, περιουσία.

* *ΒΙ'ΟΣ 'ΑΝΘΡΩ'ΠΟΥ.* לֶאֱנוֹשׁ, *homini per omnem vitam suam.* Iob. VII, 1. *Vulgat. militia est vita hominis super terram.*

ΠΟΛΥ'Σ ΒΙ'ΟΣ, multa vita, h. e. *longaevitas.* אֹרֶךְ יָמִים, *longitudo dierum.* Iob. XII, 12.

ΒΙ'ΟΣ ΤΟΥ͂ ΧΡΟ'ΝΟΥ, vita temporis. יָמִים, *dies.* Iob. X, 20. ubi alii et fortasse rectius χρόνος τοῦ βίου habent.

ΒΙΟ'ΤΕΥΣΙΣ, victus. Est a βιοτεύειν, quod *Hesychio* exponitur τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον, *quaerere quae ad vitam pertinent,* et distinguitur a βιοῦν, τὸ ἐξάγειν τὸ ζῆν, *vitam producere.* Deinde autem est i. q. βίος, *vita.* Sic legitur apud *Inc.* (*Aqu.* sec. *Eusebium*) Ies. XXIX, 1. ubi hebr. חָנָה respondet, quod non solum *castra metari,* sed ex usu l. chald. in universum *commorari, habitare* notat, ut adeo *Inc.* suo βιοτεύσεως sensum loci bene expresserit. Est autem βιότευσις h. l. *habitaculum.*

ΒΙΟΤΕΥ'Ω, vitam dego, vitam ago, vivo. Prol. Sir. ἐν νόμῳ βιοτεύειν, legi convenienter vivere. *Hesych.* βιοτεύειν, τὸ ζῆν. Θουκυδίδης. Confer *Thucyd.* I, 130. ubi ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν notat *consuetis ac patriis institutis convenienter vivere.*

ΒΙΟ'ΤΗΣ, vitae institutum ac ratio, vita, sec. *Bielium* etiam *victus, alimentum, facultates.* אִוֶּלֶת, *stultitia.* Prov. V, 23. ἐκ πλήθους βιότητος ἐξεῤῥίφη. *Iaegerus* ad h. l. cum *Schultensio* ad Prov. XIV, 24. τῷ אִוֶּלֶת *opulentiae* notionem vindicavit. Sed quia non probari potest, βιότης *victum et facultates* notare, quae βίοτος dicuntur, iudico, vel loco βιότητος reponendum esse ἠλιθιότητος, vel legisse אִוֶּלְדוֹ s. אִילְדוֹ a יָלַד s. וָלַד, *procreavit. Semlerus* legere mavult βιαιότητος, licet *Itala vitae* habeat. Fortasse quoque βιότης sensu malo accipiendum erit, ut sit *prava ac perversa vivendi ratio.*

ΒΙΟ'Ω, vivo. חָיָה, idem. Prov. VII, 3. βιώσεις, h. e. vel: *diu vives,* vel: *felix eris.* Sap. XII, 23. βιώσαντες, *vitam agentes.* Sir. XL, 31. ζωὴν ἐπαιτήσεως μὴ βιώσῃς.

ΠΟΛΥ'Ν ΧΡΟ'ΝΟΝ ΒΙΟ'Ω, multum temporis vivo. הִרְבָּה יָמִים, *multiplico dies.* Iob. XXIX, 18.

ΒΙ'ΩΣΙΣ, vitae institutio, ipsa vivendi actio, vitae ratio. הִתְהַלֵּךְ, Hithp. *ambulo, vitam instituo. Symm.* Psalm. XXXVIII, 6. *Prol. Sir.* διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως, per legalem vitam, vel vitam legi consentaneam.

* *ΒΛΑΒΕΡΟ'Σ, noxius, damnosus.* Prov. X, 26. *βλαβερὸν*, ubi ei nihil respondet in textu hebr.

ΒΛΑ'ΒΗ, noxa, damnum. Sap. XI, 20. *Hesych. βλάβη, λύμη, φθορά.*

ΒΛΑ'ΠΤΩ, noceo, laedo, damnum infero. *פָּעַל, *operor. Hebraeus* sec. *Schol.* ed. *Rom.* Iob. VII, 20. Non male quoad sensum. Nam פָּעַל in utramque partem adhibetur. Tob. XII, 2. *οὐ βλάπτομαι, non me laesum arbitrabor.* Sap. X, 8. *ἐβλάβησαν*, nocuerunt sibi. *Vulg. lapsi sunt.* 2 Macc. XII, 22. *βλάπτεσθαι, laedi.*

ΒΛΑΣΤΑ'ΝΩ, germino, produco. גָּמַל, *maturo, ad maturitatem perduco.* Num. XVII, 8. *ἐβλάστησε κάρυα*, producebat nuces. *Hesych. ἐβλάστησε, ἐξέφυ.* Conf. Iac. V, 18. – דָּשָׁא: הִדְשִׁיא, Kal et Hiph. *herbasco.* Gen. I, 11. *βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου*, producat terra herbam graminis. Ioel. II, 22. – הֵצִיץ, Hiph. a צִיץ, *floreo.* Ies. XXVII, 6. Sirac. XXXIX, 16. – *יָצָא, *exeo, provenio. Symm.* Iob. XXXI, 40. Vocem hebr. quoque de flore ac germine emicante dici satis notum est. – פָּרָה, *fructum edo.* Ies. XLV, 8. Adde *Inc.* Gen. XL, 10. – פָּרַח, *floreo. Aqu. et ed. VIta* Cant. VII, 12. LXX Num. XVII, 8. – צָמַח et הִצְמִיחַ, Kal et Hiph. *pullulo, produco. Theod.* Ies. XLII, 9. ubi *βλαστάνειν fieri, oriri* notat. LXX Iud. XVI, 23. *ἤρξατο ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ βλαστάνειν*, ubi *βλαστάνειν* est *crescere*, et cum *αὐξάνειν* in codd. permutatur. *Vulg.* habet *renasci.* 2 Sam. XXIII, 5. *οὐ μὴ βλαστήσει ὁ παράνομος*, non *felix erit* impius. Coh. II, 6.

ΒΛΑΣΤΗ͂ΣΑΙ ΠΟΙΕ'Ω, germinare facio. הִצְמִיחַ, idem. Ier. XXXIII, 15.

ΒΛΑ'ΣΤΗΜΑ, germen, surculus, stirps. דֶּשֶׁא, *herba tenera. Aqu.* Gen. I, 11. – *נוֹף, *clima, regio. Aqu.* Psalm. XLVII, 3. Videtur retulisse ad rad. נוב in notione *progerminandi. Raschio* tamen in *comment.* נוף significat *ramum* seu *frondem arboris.* – צֶמַח, *germen. Symm.* Ps. LXIV, 11. et Ier. XXIII, 5. *Al.* Zach. III, 8. *Symm.* ibid. VI, 12. – צִיץ, *flos. Symm.* Ier. XLVIII, 9.

ΒΛΑΣΤΟ'Σ, idem. טֶרֶף, *praeda.* Genes. XLIX, 9. *ἐκ βλαστοῦ ἀνέβης, ex surculo succrevisti*, h. e. *a parvis initiis magnus factus es.* Inepte quidem ita verterunt, respexerunt tamen notionem, quam *Schultensius* in Comm. ad Prov. XXXI, 15. huic voci e l. arab. vindicavit, ut significet *teneras illas et recentes extremitates, in quibus vis crescendi se exserit.* Chaldaeis quoque frequens est haec vox pro *fronde*, unde et *Hesychius* habet *ταρφή, βλαστός.* Caeterum fuerunt, qui Gen. l. l. pro *βλαστοῦ* legendum censerent *βιαστοῦ.* Quae coniectura mihi certe non placet. – נִצָּה, *flos.* Gen. XL, 10. – *נֵצֶר, *surculus. Symm.* et *Theod.* Ies. XI, 1. ubi vid. *Montf.*

Acceperunt vocem hebr. in sensu latissimo, coll. arab. نضر, *laete viruit*, et نطر, *germina sua ostendit*, *reviruit*. Adde *Theod.* Ies. XIV, 19. – עָנָף, *ramus*. Ez. XVII, 8. 23. – עֲנֵפָה, foem. *ramosa*. Ez. XIX, 10. – פֶּרַח, *germen*. Num. XVII, 8. 1 Reg. VII, 25. – פִּרְחָה, *pubertas*, *aetas florida*. Iob. XXX, 12. ubi loco βλαστοῦ fortasse legendum βλαστοὶ, h. e. pullulans et germinans soboles. *Cappello* βλαστοῦ accepisse videntur pro *rebus prosperis* ac *florente rerum statu*, hoc sensu: ubi viderunt rerum mearum statum prosperum ac fortunatum inclinari atque in deterius verti, surrexerunt in me. – צֶמַח, *germen*. Ier. XXXIII, 15.

ΒΛΑΣΦΗΜΕ'Ω, *blasphemo*, *convicior*, *maledico*. *בָּרַךְ, *benedico*, etiam *maledico*. *Hebr.* Iob. II, 5. – בֵּרֵךְ, Pih. *conviciis proscindo*. 2 Reg. XIX, 6. 22. *Symm.* Ps. XLIII, 17. – הוֹכִיחַ, Hiph. a יָכַח, *arguo*, *increpo*. 2 Reg. XIX, 4. – חֵרֵף, *probris afficio*. *Theod.* Prov. XIV, 31. Οἱ λοιποὶ Ies. XXXVII, 23. – *לָעַג, *subsanno*. *Ed. Vta* Hos. VII, 16. – מִנֹּאָץ pro מִתְנָאֵץ, part. *Hithp.* a נָאַץ, *contemptim irrito*. Ies. LII, 5. – קִלֵּל, Pihel, *maledico*. *Incert.* Lev. XXIV, 11. 12.

* *ΒΛΑΣΦΗΜΕΙ͂Ν ΠΟΙΕ'Ω*, *blasphemare* seu *maledicere facio*. נִאֵץ, Pih. *Symm.* 2 Sam. XII, 13. ubi βλ. est *impie agere*, et ita efficere, ut alii contemtim sentiant et loquantur de vera religione Iudaica.

ΒΛΑΣΦΗΜΙ'Α, *blasphemia*, *convicium*, *maledictio*, etiam *factum impium*. גִּדּוּפִים, plur. *convicia*. Οἱ λοιποὶ Ies. XLIII, 28. *Aqu. Symm.* Ez. V, 15. – נֶאָצָה, *irritatio contumeliosa*. Ez. XXXV, 12. – שָׁלָה, chald. *error*, item: *blasphemia*, *convicium*. Dan. III, 29. 1 Maccab. II, 5. βλασφημίας, *facta impia*, speciatim idololatriam, ut e serie orationis apparet. *Vulgat. mala.* Solent Hebraei vocabula dicendi ad actum transferre. Confer *Suiceri Thes. Eccles.* Tom. I. pag. 701.

ΒΛΑ'ΣΦΗΜΟΣ, *blasphemus*, *conviciator*, etiam *execrabilis*, *infamis*, *impius*. מְבָרֵךְ אָוֶן, *benedicens idolo*, h. e. *idololatra*. Ies. LXVI, 3. Sap. I, 6. *impius*, coll. II, 11. et *Kuinoel. Obss. ad N. T. e libb. apocr.* p. 159. Sir. III, 18. ὡς βλάσφημος ὁ ἐγκαταλιπὼν πατέρα, quam exsecrabilis ac infamis est, qui derelinquit patrem. *Vulg. quam malae famae est.* In altero membro appellatur κατηραμένος. Confer Prov. XIX, 26. et vide ad h. l. *Grotium*. *Lexic. Vet. Gr. Lat.* βλασφημία, *infamia*.

ΒΛΕ'ΠΩ, *video*, *respicio*. דֶּרֶךְ, *via*. Ez. XL, 24. πύλη βλέπουσα πρὸς νότον, porta respiciens ad austrum, porta australis. Ib. v. 32. ubi tamen βλέπουσα eodem iure ad הַפְּנִימִי, *interius*, referri potest, ut a פָּנָה deduxerint. Caeterum cogi-

tandum est, verba *videndi* apud Hebr. haud raro ad *viam* ac *iter* transferri. – הַבִּיט Hiph. a נָבַט. Gen. XIX, 17. *μὴ βλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω*, ne *revertaris*. Prov. IV, 25. – חָזָה et Chald. חֲזָה. 1 Par. XXIX, 29. Ez. XIII, 6. Dan. V, 23. – *יָכֹל לִרְאוֹת, *possum videre*. 1 Sam. IV, 15. – נֶגֶד, *coram*, *e regione*. Ez. XL, 23. – *נָדַח, *impello*. Ies. VIII, 22. *ὥστε μὴ βλέπειν*. *Capello* legisse videntur מִמַּרְאֶה, sed fortasse sensum tantum expresserunt. – נִשְׁקַף Niph. Num. XXI, 20. *τὸ βλέπον πρὸς πρόσωπον τῆς ἐρήμου*, quod *spectat* versus solitudinem. – פָּנָה, *respicio*. 2 Par. IV, 4. Ez. VIII, 3. IX, 2. et alibi saepius. – פָּנִים, *facies*. Ez. XL, 6. 21. XLII, 15. XLIII, 4. – פִּקֵּחַ, *apertus*, sc. *oculis*, i. e. *videns*. Ex. IV, 11. XXIII, 8. – רָאָה. Gen. XLV, 12. 1 Reg. VIII, 8. ubi cum *ἐμβλέπω* in codd. permutatur. 1 Par. XXIX, 29. ubi *βλέπειν*, uti voces hebraicae, quae proprie *videre* significant, notionem *vaticinandi* habet. Hagg. II, 4. Sir. XXV, 10. *ὁ βλέπων ἐπὶ πτώσει ἐχθρῶν*, ubi *βλέπειν* sequ. *ἐπὶ* ad imitationem hebr. רָאָה sequ. ב vel ל est *cum gaudio ac desiderio videre*. Ib. XL, 32. mendicans, vel quicunque victum ab aliis petit, dicitur *ἀνὴρ βλέπων* (sc. *cum desiderio accipiendi*) *εἰς τράπεζαν ἀλλοτρίαν*. *Βλέπειν εἴς τινα* etiam apud optimos Graecos *sperare* notat, ut docuit *Lobeck* ad *Sophocl. Aiac.* p. 282.

ΒΛΕ'ΦΑΡΟΝ, *palpebra*, *pellis tegens oculos*, *παρὰ τὸ αἴρεσθαι ἐν τῷ βλέπειν*, secundum *Etym. M.* עַפְעַפַּיִם, dualis, idem. Iob. XVI, 16. Ps. X, 5. Prov. IV, 25.

ΒΛΗ'ΜΑ, *velum*. פָּרֹכֶת, idem. *Inc.* Ex. XXX, 6. ubi *βλήματος Scharfenbergio Ann.* I. p. 75. ortum esse videtur e scriptura depravata vocis *καλύμματος*. Sed, ut *Kreyssigius* me docuit, *βλῆμα stragulum* significat apud *Antipatr. Sid.* ep. 82. (in *Brunckii Analectis* II. p. 28.) in verbis, *καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος*.

ΒΟΑ'Ω, *clamo*, *voco*, ac in universum *sonum edo*. *אֶחָן. Vide infra s. v. נָהַם. – הָגָה, *rugio*. Ies. XXXI, 4. *βοήσῃ ὁ λέων*. – הֵרִיעַ Hiph. a רִיעַ, *clango*. Ios. VI, 10. 2 Par. XIII, 15. Ies. XV, 4. – זָעַק, *clamo*. Iud. VI, 34. 35. 1 Sam. VII, 8. 9. 2 Sam. XIX, 8. ubi apud *Inc.* loco *ἐβόησεν* legendum videtur *βοᾶν* aut *βοᾶσθαι*, quemadmodum in sequ. ante *πρὸς τὸν βασιλέα* excidisse videtur particula *ἤ*. Ies. XV, 5. *ἡ καρδία τῆς Μοαβίτιδος βοᾷ ἐν αὐτῇ*, h. e. Moabitae dolent vicem suam. Hos. VII, 14. *οὐκ ἐβόησαν πρός με αἱ καρδίαι αὐτῶν*, non ex animo me *invocant*. Hab. II, 11. *λίθος ἐκ τοίχου βοήσεται*, lapis ex muro clamat. – זְעָקָה, *clamor*. Ies. XV, 5. ubi pro *βοᾷ* sine dubio reponendum est *βοὴ* ob sequ. – *אוֹ: יַחַד, *pariter: aut*. Ies. XXVII, 4. 5. *βοήσονται*, coniunctim legentes יחדאו a חָדָא, *confugit*. Caeterum aut *βοηθήσονται* scripserunt, aut *βοήσονται* vertendum erit: *auxilium feretur*. Vide infra s. v. עָזַר. – יָצָא, *exeo*. 1 Sam. XI, 7.

ἐβόησαν ὡς ἀνὴρ εἷς; ubi pro ἐβόησαν legendum est fortasse ἔβησαν, nisi statuere malis, ipsos legisse וַיִּצְרְחוּ pro וַיֵּצְאוּ. Cf. quoque *Bocharti Hieroz.* P. I. p. 335. ed. *Rosenm.* – כָּנָה Pih. *cognomino.* Ies. XLIV, 4. οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἰακώβ, alius se Iacobitam profitebitur; ubi βοᾶσθαι, ut nostrum *gerufen werden*, aperte *cognominari* notat. – נָהַם, *fremo.* Ies. V, 30. Hinc apparet, etiam in proxime antecedente commate loco ἐπιλήψεται καὶ βοήσεται mutato ordine scribendum esse, βοήσεται καὶ ἐπιλήψεται ὡς θηρίον, ut βοήσεται non ad יֹאחֵז, sed a יִנְהֹם referendum sit. – נָהַק, *rudo.* Iob. XXX, 7. – נָשָׂא, *tollo*, ita nempe, ut suppleatur קוֹל, *tollo vocem*, h. e. *clamo.* Gen. XXIX, 11. Iob. II, 12. – *עָזַר, *auxilium fero.* 1 Par. V, 20. ἐβόησαν sec. *Compl.* Lege ἐβοήθησαν. Vide supra s. v. אז : יָחַד. – *עָתַר, *supplex oro*, *deprecor.* *Theod.* Ez. XXXV, 15. ubi βοᾶν *enixe et supplicem orare* notat. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v. – פָּצַח, *fragorem edo*, *frango.* Ies. XIV, 7. πᾶσα ἡ γῆ βοᾷ μετ' εὐφροσύνης, omnis terra quasi fragorem edit cantu. Ib. XLIV, 23. βοήσατε εὐφροσύνην. Arab. فصح est *eloqui*, *disserere.* – צָהַל, *iubilo.* Ies. LIV, 1. – צָוַח, *vociferor.* Ies. XLII, 12. – צָנַח, *desilio.* Ios. XV, 18. *Vulg. suspiravit.* Permutavit invicem צנח et צוח. – *צָעָה, *gradior.* Ies. LXIII, 1. sec. *Cyrillum* βοᾷ βίᾳ μετὰ ἰσχύος, ubi illud μετὰ ad marginem adscriptum irrepsit in textum. Caeterum confuderunt צעה cum צוח, vel שׁוע, *clamare.* – צָעַק, *clamo.* Ex. XIV, 15. τί βοᾷς πρός με; quid clamas ad me? Thren. II, 18. ἐβόησε καρδία αὐτῶν πρὸς κύριον, *preces fecerunt* ad Deum. 1 Sam. VIII, 7. ἐβόησε πρὸς κύριον περὶ ἰσραὴλ, Iovam *precatus est* de Israelitis. 2 Sam. XX, 4. βόησόν μοι τὸν ἄνδρα (sc. ἕκαστον) Ἰούδα τρεῖς ἡμέρας (pro μετὰ τρεῖς ἡμέρας), *voca* mihi omnes viros Iuda in diem tertium. Vide et v. 5. 2 Par. XX, 9. βοησόμεθα πρὸς σὲ ἀπὸ τῆς θλίψεως, clamabimus ad te prae afflictione, vel propter afflictionem. 2 Reg. III, 21. ubi βοᾶν est *convocare*, *colligere.* – צָרַח, *exclamo.* Ies. XLII, 13. Arab. صرخ cum derivatis suis est *valde exclamavit.* – קָרָא. Deut. XV, 9. βοήσεται κατὰ σοῦ πρὸς κύριον, clamabit adversus te ad dominum. Ies. XLIV, 5. οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακὼβ, hic *vocabitur* Iacobita. Adde *Theod.* Iud. XVIII, 23. *Aqu.* *Symm.* Ps. XXI, 3. *Symm.* Ps. III, 5. (ubi βοᾶν πρὸς θεὸν est *implorare auxilium Dei*, coll. Luc. XVIII, 7. et *Hom. Od.* β', 142.) XXIX, 8. – *קְרָא part. *Chald.* Dan. III, 4. V, 7. – *רָעַם, *tono*, *tonitru edo.* 1 Par. XVI, 32. ubi pro βοήσει in aliis libris βομβήσει legitur sensu eodem: nam tonitru saepe vox Dei dicitur in SS. – שָׁאַג, *rugio.* Iob. XXXVII, 4. – שִׁוַּע Pih. *vociferor.* Iob. XXXV, 9. XXXVI,

13. Thren. III, 18. - *שׁוּר, *cano.* Num. XXI, 17. sec. *Oxon.* ubi βοᾶν notat *alta voce canere.* - שָׁעָה, *prospicio.* 2 Sam. XXII, 42. ubi vel sensum expresserunt, vel expresserunt lectionem loci paralleli Ps. XVIII, 42. יְשַׁוְּעוּ, *clàmabunt.* *Boysenius* confert arab. ثغى, quod de *ovibus balantibus* adhibetur. — Praeterea legitur apud *Aqu. Symm. Theod.* et LXX Ies. XXXIII, 7. ubi pro βοήσονται sine dubio βοηθήσονται reponendum erit.

ΒΟΕΡΓΑΖΑ'Κ. Scribendum *Βοεργάζ.* Nam nihil aliud est, quam dictio hebraica cum praepositione 1 Sam. VI, 8. בָּאַרְגַּז, *in capsa*, quam LXX retinuerunt in versione sua. *Iosephus* habet *γλωσσόκομον, marsupium, loculus.* Vide ad h. l. *Scholia gr.* ed. *Romanae*, *Flamin. Nobil.* et supra in v. *Βερσεκαθάν.*

ΒΟΗ', clamor, strepitus, sonus quilibet. הָמוֹן, *strepitus.* 1 Sam. IV, 14. *τίς ἡ φωνὴ τῆς βοῆς ταύτης;* quaenam est causa huius tanti *tumultus?* - זְעָקָה, *clamor, vociferatio.* Ies. XV, 8. *βοή, clamor anxius.* - צְעָקָה, idem. Ex. XXII, 23. 1 Sam. IV, 14. IX, 16. - רֶצַח, *occisio.* Ez. XXI, 20. ubi *Cappellus* vult eos legisse inversis literis בְּצָרַח, quoniam צָרַח sit *exclamare*, quo tamen non opus esse videtur, modo statuatur, βοὴν intellegendum esse de *clamore bellico*, quo sese mutuo hortantur milites ad caedem hostium. - שַׁוְעָה, *vociferatio.* Ex. II, 24. - תְּחִנָּה, *supplicatio.* 2 Par. XXXIII, 13.

**ΒΟΗ῀ι ΦΩΝΕ'Ω, voce clamo.* נָשָׂא קוֹל, *elevo vocem.* Ies. XXIV, 14.

ΒΟΗ'ΘΕΙΑ, auxilium, adiumentum, it. robur. אֱיָלוּת, *fortitudo*, quatenus se factis, v. c. potenti auxilio, exserit. Ps. XXI, 20. - הַצִּיל inf. Hiph. *eripere.* Ps. LXIX, 1. - *לָךְ, *tibi.* Ies. XLVII, 15. *οὗτοι ἔσονταί σοι βοήθεια,* ubi βοήθεια nonnullis pertinere videtur ad סֹחֵר, *mercator*, ut legatur βοηθός, ac deinde ad lectionem vulgarem insertum iterum sit *ἐν τῇ μεταβολῇ σου.* - מָגֵן, *clypeus.* Ps. VII, 11. - מוּסָדָה, *fundamentum.* Ies. XXX, 32. - מָעֹן. Ier. XVI, 18. - מְצַד, *propugnaculum.* 1 Par. XII, 16. - סֵתֶר, *latebra.* Ps. XC, 1. *ἐν βοηθείᾳ*, in *tutela:* non male quoad sensum. - עֹז, *robur.* Ps. LXI, 7. - *עָזַר, *auxilium fero.* *Inc.* et LXX 2 Sam. XVIII, 3. - עוֹזֵר part. *auxiliator.* Ier. XLVII, 4. - עֵזֶר. Ps. XIX, 2. Ies. XXX, 5. Dan. XI, 34. *βοηθήσονται βοήθειαν μικράν*, sublevabuntur auxilio parvo. - עֶזְרָה. Iud. V, 23. Thren. IV, 17. Ies. XX, 6. - עֶזְרָת. Ps. LIX, 12. CVII, 13. - עָלַץ inf. *exultare.* Prov. XXVIII, 12. *διὰ βοήθειαν.* Huius versionis origo *Iaegero* ad h. l. quaerenda videtur in עָרַץ, (*cum invalescunt iusti et pervincunt*, coll. Ies. XLVII, 12.) vel in חָלַץ, quod ῥύομαι et ἐξαιρέω nonnunquam redditur. Mihi autem effectum loco causae pro more suo posuisse vi-

dentur. - צִיר, *acies.* Ps. LXXXVIII, 42. *ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας*, abstulisti *robur* gladii, quod sc. est in acie eius. - צוּרָה, *forma.* Ps. XLVIII, 15. *ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται.* In mente sine dubio habuerunt notionem *petrae, rupis* (ac metaphorice *loci firmi, refugii, praesidii*), quam vox צור habet. Significat autem h. l. *βοήθεια* per metonymiam *illud ipsum, a quo quis auxilium sperat*, aut, *in quo quis spem ac fiduciam ponit.* Alias enim non addere potuisset *παλαιωθήσεται.* Vide tamen ad h. l. *Agellium* in Comment., qui per *βοήθειαν vires* atque *firmitatem, habitudinemque corporis* intellegit. - רוּחַ, *spiritus.* Ies. XXXI, 3. Sc. רוּחַ *carni* oppositum notionem *roboris, perennitatis,* ac *praestantiae* quandoque habet. - רֶוַח, *respiratio.* Esth. IV, 13. Sicut enim in afflictione abstracto Dei auxilio spiritus hominis quasi coarctatur, ita, cum Deus auxilium suum et liberationem mittit, de novo quasi respirat ac dilatatur. Cf. Ps. IV, 2. Esth. IV, 14. - שַׁוְעָה, *vociferatio.* Thren. III, 56. *εἰς τὴν βοήθειάν μου ἤγγισας.* Non possum a me impetrare, ut credam, eos לְשַׁוְעָתִי legisse, quod multis placuit. Sensum potius expresserunt. שַׁוְעָה enim h. l. notat *anxiam implorationem auxilii.* Nonnulli legere malunt *βόησιν.* Certe Cod. *Norimb.* habet *κραυγήν.* Sec. *Buxtorf.* in *Anticrit.* p. 575. LXX h. l. inverso ordine reddiderunt, et verba *εἰς τὴν β.* h. l. pertinent ad לְרַוְחָתִי. Vide supra s. רֶוַח. - תּוּשִׁיָּה, *essentia.* Iob. VI, 13. In mente habuerunt rad. יָשַׁע. - תְּעוּדָה, *testimonium.* Ies. VIII, 20. Acceperunt, quasi esset non ab עוּד, *testari*, sed ab עוֹד, *adhuc:* unde verbum עוֹדֵד, *sustentare.* - תְּשׁוּעָה, *salus.* Prov. XXIV, 6. 1 Macc. XIV, 1. ubi *βοήθεια* notat *copias auxiliares ac subsidiarias, quibus aliquis in bello gerendo adiuvatur. Syrus* bene ܚܝܠܐ, *exercitum.* Conf. *Sturzii Lex. Xenoph.* s. h. v. n. 5.

ΒΟΗΘΕ'Ω, auxilior, adiuvo, succurro, opem fero. הוֹשִׁיעַ Hiph. a יָשַׁע, *salvo.* Deut. XXII, 27. Ios. X, 6. Prov. XXVIII, 18. *ὁ πορευόμενος δικαίως βεβοήθηται,* qui ambulat iuste, auxilio divino fruetur. - הֵשִׂים Hiph. a שׂוּם, *pono.* Iob. IV, 20. *παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι.* Ita *Bielius Trommium* secutus, sed perperam. Nam *βοηθῆσαι* h. l. potius respondet hebr. לָנֶצַח, pro quo legerunt לְנַצֵּחַ in infin. Pih. quod est *corroborare, fortificare,* et iunxerunt istud antecedenti voci מֵשִׂים. - *הִשְׁתַּדֵּר, *molior, conor.* Dan. VI, 14. sec. *Chis. ἐβοήθει τοῦ ἐξελέσθαι αὐτὸν,* h. e. *omnibus viribus conatus est* eruere eum: ubi *βοηθεῖν* vel *pugnare* vel *patrocinari* notat, in qua significatione apud profanos SS. occurrit. - *הִתְחַזֵּק, *fortifico me.* Dan. X, 21. *οὐδεὶς ἦν ὁ βοηθῶν μετ' ἐμοῦ ὑπὲρ τούτων,* sec. *Chis.* - חוּשׁ, *festino.* Ps. LXIX, 6. Sermo ibi est de Deo properante ad

auxilium ferendum. - יָרֵא Pih. *metum incutio.* 2 Par. XXXII, 18. τοῦ βοηθῆσαι αὐτοῖς. Mendum hic sine dubio latet in voce βοηθῆσαι, orta, si quid video, ex πτοῆσαι. - סָעַד et Chald. סְעַד, *sustento.* Esdr. V, 2. Ps. XL, 3. XCIII, 18. - עָבַר, *praetereo.* Ies. LX, 15. οὐκ ἦν ὁ βοηθῶν. Videtur hic βοηθεῖν simpliciter *adeundi* notionem habere, aut עוֹזֵר legerunt LXX. - עָרַךְ, *ordino.* 1 Par. XII, 33. Legerunt לַעֲזוֹר. - *עוּז, *fugio, confugio.* Ies. XXX, 2. τοῦ βοηθῆσαι ὑπὸ φαραώ. *Vulg. sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis.* Legerunt עזן, quod est *opem, auxilium ferre.* - עָזַז, *corroboro.* Coh. VII, 20. Ies. XXX, 2. - עָזַר. Gen. XLIX, 25. Deut. XXXII, 38. Ios. X, 4. 33. et alibi saepius. - עֵזֶר, *auxilium.* Hos. XIII, 9. τίς βοηθήσει. Legerunt מִי יַעַזְרֵךְ cum *Syro.* - עֶזְרָה, idem. Ps. XXXIX, 18. LXIX, 1. Ies. X, 3. - עֶזְרָתָה, idem. Psalm. XLIII, 28. XCIII, 17. - עָמַד עַל נֶפֶשׁ, *sto pro vita*, h. e. *defendo vitam.* Esth. VIII, 11. IX, 16. - עָרַךְ, *ordino.* 1 Par. XII, 36. עָרַךְ h. l. notat *ordinare, quae sunt ad proelium necessaria.* - עָשָׂה, *facio.* Prov. III, 27. βοηθεῖν. Bene quoad sensum: nam עָשָׂה h. l. notat *eleemosynis sustentare pauperes.* - פָּשַׁע, *praevaricor.* Prov. XVIII, 19. Videntur mihi נִפְשַׁע deduxisse a נָפַשׁ, *recreare. Vulg. qui adiuvatur a fratre.* Alii contra putant, eos legisse נֹשַׁע, quod forte, ut Masorethae iusserunt, נוֹשָׁע protulerunt, ut adeo sono decepti videantur. Ita quoque *Vulg.* et *Syr.* - שָׂגַב Pih. *in edito colloco.* Ps. CVI, 41. Praeterea legitur 2 Sam. XVIII, 8. ubi post βοήθεια a LXX Intt. pleonastice additum est τοῦ βοηθεῖν, cui nihil in textu hebr. respondet. Huius additamenti quia nullam causam idoneam video, legere mallem εἰς τὸ βοηθεῖν, sc. ἡμῖν, ut haec verba alius interpretis versionem contineant.

BOH'ΘΗΜΑ, auxilium, adiumentum. *אֲשׁוּר, *gressus, incessus. Aqu.* Prov. XIV, 15. Inepte legit לְעֶזְרוֹ. Sap. XVII, 12. 2 Macc. XV, 8. Adde *Hippocr.* de *med. prisca* p. 12. ult. *Diod. Sic.* I. p. 15. 19. 23.

ΒΟΗΘΟ'Σ, auxiliator, adiutor. לִי, *mihi*, nempe: auxilio est. Ps. CXVII, 6. - מַחְסֶה, *refugium.* Ps. LXI, 8. LXX, 8. - מָעוֹז, *robur.* Ps. LI, 6. Ies. XXV, 4. - מִשְׂגָּב, *locus editus.* Ps. IX, 9. - סֵתֶר, *latibulum.* Ps. CXVIII, 113. - עֹז, *robur.* Ex. XV, 2. Ps. XXVII, 9. LVIII, 20. LXXX, 1. In omnibus his locis non aliter legerunt, v. c. עֹזְרִבוּ, ut *Cappellus* voluit *Crit. S.* p. 652. sed sensum secuti sunt, ut *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 653. multis docuit. - עָזַר, verbum. Ies. XLI, 13. L, 7. LXIII, 5. - עוֹר part. 1 Par. XII, 18. Iob. XXIX, 12. Ps. IX, 38. - עֵזֶר, *auxilium.* Gen. II, 18. 20. Ex. XVIII, 4. Deut. XXXIII, 7. - עֶזְרָה, idem. Iud. V, 23. Ps. XXVI, 15. Nah. III, 9. - עֶזְרָתָה, idem. Psalm. LXII, 7. - צוּר, *rupes*, metaph. *praesidium.* Ps. XVII, 2.

XVIII, 15. LXXVII, 39. - צוּר מָעוֹז, *rupes roboris.* Ies. XVII, 10. - *צֵל, *umbra*, metaph. *tutor. Symm.* Psalm. CXX, 5.

ΒΟ'ΗΣΙΣ, clamor, imploratio. שְׁאָגָה, *rugitus. Ed. Vta* Ps. XXII, 2. *μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῆς βοήσεώς μου*, preces, quibus imploro tuum auxilium, inanes vanaeque sunt. Vide *Fischeri Clavem* p. 35.

ΒΟ'ΘΡΟΣ, fovea, fossa. בּוֹר, idem. *Inc.* Ps. XXVII, 1. LXX Ez. XXVI, 20. XXXI, 14. XXXII, 18. 23. 24. - גּוּמָץ. Cohel. X, 8. - פִּתּוּחַ, *sculptura.* Zach. III, 9. Fortasse legit פֶּתַח. Conf. sequ. - *פֶּתַח, *ianua, ostium.* LXX sec. *Hex.* Ios. VIII, 29. Versio haec ingenio interpretis unice debetur. Sc. indecorum ipsi videbatur, et a consuetudine Iudaeorum abhorrens, cadaver, cuius aspectu iam pollutio efficiebatur, ad portam civitatis proiicere, ubi tamen semper magna frequentia hominum esse solet. Substituit itaque foveam in ipso introitu civitatis, in qua quoque cadaver facilius cumulo lapidum obrui poterat, de quo etiam in sequ. narratur. Fortasse tamen voci פֶּתַח, quae *quamvis aperturam* notat, *foveae* significationem vere subiecit. - צְרִיחַ, *arx.* 1 Sam. XIII, 6. Ex arabico ضرح, *fodit fossam*, aut *sepulcrum*, unde nomen ضَرِيح, *fissura et fossa in medio sepulcri*, aliquando *ipsum sepulcrum* notat. - *קִיר, nomen propr. Amos. IX, 7. Non legerunt בּוֹר, sed derivarunt a קוּר, *fodere.* - שׁוּחָה, *fovea.* Prov. XXII, 14. - שַׁחַת. Ps. VII, 16. XCIII, 13. Prov. XXVI, 27. Vox hebr. vulgo quidem vertitur *corruptio*, sed alii huic sensum *foveae* tribuunt. - שִׁיחָה. Ps. LVI, 9. *Hes. βόθρος, ὄρυγμα γῆς.*

ΒΟ'ΘΥΝΟΣ, fovea, fossa, puteus. *גַּב, *fornix, habitaculum fornicum, lupanar. Aqu.* Ez. XVI, 24. Legit גֵּב. Vide ad h. l. *Montf.* - *גֵּבֶא, *fossa, fovea. Aqu.* Ies. XXX, 14. - גֵּב, idem. 2 Reg. III, 16. - *גּוֹב, *locusta. Theod.* Ies. XXXIII, 4. Legerunt גֵּבִים, *fossae, foveae. Vulg. velut cum fossae plenae fuerint.* - גּוּמָץ, *fossa. Theod.* Coh. X, 8. - מַהֲמֹרוֹת, *foveae. Symm.* Ps. CXXXIX, 11. - מְצוּלָה, *profundum.* Neh. IX, 11. - מַקֶּבֶת, *excavatio.* Ies. LI, 1. - פַּחַת. 2 Sam. XVIII, 17. Ies. XXIV, 18. Ier. XLVIII, 28. 43. 44. - שְׁחוּת, *foveae. Ed. Vta* Ps. CXVIII, 8. ubi tamen pro *βοθύνους* in *Catena PP. GG.* T. III. p. 448. *βόθρους* scribitur. - שַׁחַר, *aurora.* Ies. XLVII, 11. *βόθυνος ἥξει, καὶ ἐμπεσῇ εἰς αὐτόν.* Legerunt sine dubio שַׁחַת, aut simile quid. Habet tamen שַׁחַר etiam notionem *obscuritatis*, quod *foveae* tam proprie quam metaphorice sumtae non male convenit.

Nonnulli malunt pro *βόθυνος* substituere *βοηθὸς*, s. *βοή-θεια*.

ΒΟΘΥΝΩΤΗΣ, *fossor*, speciatim *is, qui terram fodiendo colit*, *agricola*. יָגֵב, *agricola*. *Inc.* 2 Reg. XXV, 12. In *Thesauro Bielii* vitiose legitur positum esse pro גֵּבִים, *fossae*.

ΒΟΙΔΙΟΝ, *bucula*, *vitulus*. עֶגְלָה, *vitula*. Ier. L, 11. Adde *Eustath. Hom. Od.* α', p. 33, 35. et *Aristot. hist. anim.* III, 21.

ΒΟΛΒΙΤΟΝ, *stercus*, *fimus*. גָּלָל, idem. Ez. IV, 12. 15. Soph. I, 18. – צְפִיעִים plur. *excrementa*. *Aqu. Theod.* et LXX Ez. IV, 15. Sir. XXII, 2. *βολβίτῳ κοπρίων συνεβλήθη ὀκνηρὸς*, excremento in fimo similis est piger. Nostrates dicere solent: *stinkend faul*. *Hesych.* *βόλβιτα*, *ἀφόδευμα βοὸς*, quae glossa mihi ad Ez. IV, 15. pertinere videtur.

ΒΟΛΗ', *iactus*, *tractus*. אֶפֶס, *terminus*. Zach. IX, 10. *διὰ βολὰς γῆς*, ubi tamen *Al.* rectius habere videntur *διεκβολὰς γῆς* pro *εἰς διεκβολὰς γῆς*, *ad fines terrae*. Ita *Bielius*. Sed unde lectionem *διὰ βολὰς* hauserit, me ignorare fateor. – מְטַחֲוִים, part. plur. Pih. ex טָחָה, *iaculantes*, *iaculatores*. Gen. XXI, 16. *ὡσεὶ τόξου βολὴν*, ad iactum arcus s. sagittae. Similiter Luc. XXII, 41. *ὡσεὶ λίθου βολήν*. 1 Macc. V, 2. *βελῶν βολάς*. Ibid. v. 17. *ἡλίου βολαὶ*, *radii* solis. Ita quoque *Apollon. Rhod.* I, 607. Confer *Arnaldi lect. gr.* p. 225.

**ΒΟ'ΛΙΒΟΣ*. Sir. XXII, 14. *βόλιβον* sec. cod. *Alex.* Sed scribendum est *μόλιβον*, nam reliqui libri *μόλυβδον* habent.

ΒΟΛΙ'Σ, *iaculum*, *sagitta*. חֵץ, idem. Num. XXIV, 8. *ταῖς βολίσιν αὐτοῦ κατατοξεύσει ἐχθρὸν*, sagittis suis configet hostem. Ier. IX, 8. *βολὶς τιτρώσκουσα ἡ γλῶσσα αὐτοῦ*, ut iaculum vulnerans lingua eorum. Hab. III, 16. *εἰς φῶς αἱ βολίδες σοῦ πορεύσονται*. Pro *βολίδες* omisso articulo legere hic mallem *βολίδος*, s. *βολίδων*, hoc sensu: ad lucem sagittarum tuarum ambularunt Israelitae adversus hostes suos. Ex vulgari lectione est hic sensus: fulgetra, tanquam totidem Dei iacula, de nubibus, tanquam manibus Dei, prodierunt, et inferiorem hunc aerem in densa procellae caligine collustrarunt. Confer *Scharfenb.* ad *Cappelli Crit. S.* p. 758. Ez. V, 16. Zach. IX, 14. *Hesych.* *βολὶς*, *βέλος*, *λόγχη*, *ἀκόντιον*. *Gloss. MS.* in *Cant. Script.* *βολίδες*, *ἀκτῖνες*. – חֲצִי, *dimidium*. 1 Sam. XIV, 14. Legerunt חצי. – יָרֹה inf. *iaculando*. Ex. XIX, 13. – *מַטֶּה, *tribus*. *Inc.* Hab. III, 9. Potuit haec notio tribui hebr. voci, quam etiam de *hasta* interdum usurpari docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 1013. – פֶּרַח, *flos*. 2 Par. IV, 21. *αἱ βολίδες αὐτῶν*, ubi alii *τὰ κρίνα*. Videntur vocem *βολὶς* latiore significatione accepisse, ut *omne quod*

emittitur notet, quemadmodum etiam hebr. פָּרַח transfertur ad *omnia, quae cum quadam fissione prodeunt.* – פְּתִיחוֹת plur. *stricti gladii.* Ps. LIV, 24. ubi *Schol.* ἀκόντια, λογχάρια. Eodem modo apud *Hesychium. Hieron. lanceae.* Vulg. *iacula.* Sensum expresserunt. – צְנִינִים plur. *aculei.* Num. XXXIII, 55. Ios. XXIII, 13. ubi βολίδες ἐν ταῖς πλευραῖς et ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς metaphorice *homines noxios ac perniciosos* notat. – שֶׁלַח, *missile.* Neh. IV, 17. – שְׁלָטִים plur. *scuta.* Cant. IV, 4. Sap. V, 21. βολίδες ἀστραπῶν, sagittae fulgurum. Confer supra βέλος. *Gloss. MS.* in *Sap. Sal.* βολίδες, ἀκόντια, ἢ ἀκτῖνες.

ΒΟ'ΛΟΣ, *iactus, gutta, stilla*, it. sec. *Trommium tractus*, ac sec. *Bielium gleba.* אֶגֶל, *gutta.* Iob. XXXVIII, 28. ὁ τετεκὼς βόλους δρόσου, qui genuit stillas roris. *Suidas:* βόλος, δρόσος. – עֲרֻגָה, *areola.* Ez. XVII, 7. τοῦ ποτίσαι αὐτὴν σὺν τῷ βόλῳ τῆς φυτείας αὐτῆς, ut irrigaret illam cum *gleba* plantationis suae. Ib. v. 10.

ΒΟΜΒΕ'Ω, *bombum edo, strepitum edo, sono*, it. *fremere* vel *murmurare facio.* הָמָה, *fremo, strepo.* Ier. XXXI, 37. ἐβόμβησε τὰ κύματα αὐτοῖς ὁ κύριος, fremere vel murmurare facit fluctus eius Dominus. *Hesych.* ἐβόμβησε, ἤχησε. Ib. XLVIII, 36. ὥσπερ αὐλοὶ βομβήσουσι, tanquam tibiae bombum edent. Verbum βομβεῖν de tibiis optime dici, patet ex *Galeno* lib. III. de *symptomatum causis*, ubi flatus, in ventre inferiore nasci solitos, ita describit: Βομβώδεις δὲ εἰσὶν ἕτεροι, τοῖς ἐξ εὐρυτάτων αὐλῶν ἐοικότες, ὁποίους ἔχουσιν οἱ τύμβαυλοι καλούμενοι. Conf. *Spencer.* de *legg. rit. Hebr.* lib. IV. c. 9. p. 1158. – רָעַם, idem. 1 Par. XVI, 32. βομβήσει ἡ θάλασσα, *murmurabit* mare. *Aristoph. Thesmoph.* v. 46. ubi vid. *Schol. Biseti, Aristot. hist. anim.* p. 828. D.

ΒΟ'ΜΒΗΣΙΣ, *examen apum* (ita dictum a sonitu, qui editur ab apibus,), *susurrus*, it. *multitudo congregata.* Bar. II, 29. ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη, *turba* haec magna, *tantum edens sonitum.* Vide ad h. l. *Baduellum.*

ΒΟΟΖΥ'ΓΙΟΝ, *iugum boum.* Sir. XXVI, 8.

ΒΟΡΑ', *pabulum, esca, cibus* (proprie brutorum, quandoque etiam hominum, παρὰ τὸ βῶ, τὸ τρέφω, sec. *Etym. M.*), etiam *fera, quae capitur, praeda.* – אֹכֶל, *esca, cibus.* Iob. IX, 26. ἀετοῦ πετομένου ζητοῦντος βοράν. – טֶרֶף, *praeda.* Iob. IV, 11. XXXVIII, 39. θηρεύσεις δὲ λέουσι βοράν. – צַיִד, *venatio*, et *praeda venando capta.* Iob. XXXVIII, 4. *Hesych.* βορὰ, θοίνη, βρῶσις, σῖτος, τροφή.

ΒΟΡΑ'Σ, *insectum, quod fruges devorat et corrodit.* גּוֹב, *locusta. Aqu.* Amos. VII, 1. Descendit a βορὰ, *cibus, alimentum*, s. *voracitas.*

ΒΟΡΑΤΙ'ΝΑΙ, *cupressinae.* בְּרוֹתִים. *Aqu.* Cant. I, 17. qui vocem ex Hebraea ita formavit.

ΒΟ'ΡΑΤΟΝ, *cupressus*. ברושים. *Symm.* Ps. CIII, 17. Graecis literis vocem hebraicam expressit. *Drusius* reponendum censet *βοράθ*.

ΒΟ'ΡΒΟΡΟΣ, *coenum*, *lutum*. טיט, idem. Ier. XXXVIII, 6. *Hesych.* *βόρβορος*, *ὀχετὸς δυσώδης*.

ΒΟΡΕ'ΑΣ et *ΒΟΡΕ'ΗΣ*, *boreas*, *aquilo*, *pars aquilonaris*. צָפוֹן, idem. Iob. XXVI, 7. - צֹפֵן part. *abscondens*. *Aqu. Symm.* *LXX* Prov. XXVII, 16. *βορέας σκληρὸς ἄνεμος, ὀνόματι δὲ ἐπιδέξιος καλεῖται*, *boreas*, *ventus saevus*, *nomine autem dexter* vel *bonus vocatur*. Legerunt צָפוֹן vel potius צְפֹנִית. Inde apud *Hesychium*: *Βοῤῥᾶς* (ita in codice quodam *Prov.* l. c. scriptum fuisse, ex hoc loco possumus colligere), *ἄνεμος ψυχρὸς καὶ παγώδης καὶ σκληρός. τροπικῶς καλούμενος, ὁ παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι ἐπιδέξιος*. Apud eundem post v. *Βορηὰ* ita legitur: *Βοῤῥᾶς, ἄνεμος ψυχρὸς, παγώδης καὶ σκληρὸς, ὃς τροπολογούμενος σκαιὸς καὶ ἀπόπεμπος* (*Heinsius* in *Arist. S.* scribit *ἀπόπομπος*. Sed quum haec vox non in usu sit, mavult *Bielius* reponere *ἀπόπεμπτος*, de qua voce vid. *Suic. Thes.* T. I. p. 467.) *λέγεται, ὃς σημαίνει τὸν διαβολον. περὶ* (f. *παρὰ*) *δὲ τῶν ἀσεβῶν ἐπιδέξιος*. Fortasse autem ex his verbis in prioribus apud *Hesychium* pro *παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι* reponendum *παρὰ τῶν ἀσεβῶν*. Sir. XLIII, 24. *ψυχρὸς ἄνεμος βορέης πνεύσει*.

**ΒΟ'ΡΕΙΟΣ*, *borealis*, *boreus*, *aquilonaris*. Legitur in fragmento *Vers. Quintae* Psalm. LXXIV, 7. *βόρεια τμήματα*, quod nescio quid peregrini habere visum est *Montfauc.* ad h. l. *K.* Vide *Dieterichii Iatreum Hippocraticum* p. 289.

*ΒΟΡ*ῬΑ῀Σ*, idem. *הֹצֶן, *rheda*. Ez. XXIII, 24. Legerunt צָפֹן. - צָפוֹן, *Boreas*, *aquilo*. *Inc.* Ier. XXV, 26. *Hebr.* Ez. XX, 47. LXX Iob. XXXVII, 22. Ier. I, 14. *ἀπὸ προσώπου βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν*, a facie aquilonis exardescent mala super omnes, qui terram incolunt. Conf. ad h. l. *Heinsii Aristarch. S.* p. 20. ubi putat, quod LXX ibi *Aquilonis* nomine *diabolum* denotaverint, et vox *Βορέας* vel *Βοῤῥᾶς* ipsa hebraica sit, et *celeritatem tam in cursu quam in fuga* notet, ut sit quasi *boraach* aut *boreach*. Atque huc p. 21. refert *Iobi* locum c. XXVI, 13. ubi Dominus נָחָשׁ בָּרִחַ condidisse dicitur, quem LXX *δράκοντα τὸν ἀποστάτην*, *serpentem*, *qui defecit*, h. e. *diabolum*, interpretatos esse observat. Addo, quod et alii Vett. Boream pro symbolo diaboli habuerint, v. c. *Olympiodorus*, cuius verba vide ap. *Ghisler. Catena* in *Ierem.* p. 31. - צְפֹנִי, *aquilonaris*. Ioel. II, 20.

ΒΟΣΚΕ'Ω, *pasco*. רָעָה. *Aqu.* Gen. XXXVI, 24. *βοσκεῖν*. *Symm.* Ies. XI, 7. *βοσκηθήσονται*.

ΒΟ'ΣΚΗΜΑ, *pascuum*, *pastus*, it. *pecus*, *animal*, *quod pascitur*. יְרֹמֵּךְ, 3 pers. pl. fut. a רוּם, *exaltabuntur*. Ies. XLIX, 11. εἰς βόσκημα αὐτοῖς. Legerunt fortasse יִרְעוּ. – מִרְעֶה, *locus*, *ubi pascitur pecus*, *pascuum*. Ies. XXXII, 14. – מַרְעִית, idem. Ier. XXV, 36. – מִשְׁלַח, *emissio*, *locus*, *quo mittuntur pecudes ad pascendum*. Ies. VII, 25. – צֹאן, *grex*, *oves*. 2 Par. VII, 5. ubi βόσκημα cum πρόβατον permutatur in codd. ac speciatim *oves* notat. Adde *Symm.* Ps. XLIII, 12. et XLVIII, 15. – שֶׂה, *pecus*. *Aqu. Symm.* Lev. XXVII, 26. Vide et 2 Macc. XII, 11. *Hesych.* Βοσκημάτων, θρεμμάτων.

ΒΟ'ΣΚΗΣΙΣ, *pastio*, *depastio*. רְעוּת, *depastio*. *Symm.* Cohel. I, 14.

ΒΟ'ΣΚΩ, *pasco*, et metaph. *curo*, *prospicio*. בַּקָּו, *per amussim*. Ies. XXXIV, 17. εἰς τὸ βόσκεσθαι. Videntur קָו accepisse de *fune mensorio*, ac metonymice de *demensa terrae* seu *agri parte*. – רָאָה, *video*, *provideo*. 1 Reg. XII, 6. νῦν βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαβὶδ, nunc *prospice* domui tuae David: nempe alimentis et caeteris necessariis: vel, *rege* tu domum tuam. Ita *pascere* aliquando pro *regnare*. *Chald.* habet מַלּוֹךְ *regna*. Non legerunt רְעֵה, ut *Cappellus* voluit, sed רְאֵה acceperunt in notione *providendi* et *curandi*. – רָעָה, *pasco*. Gen. XXIX, 7. 9. Iob. I, 14. Dan. IV, 15. sec. *Chis.*

ΒΟ'ΣΤΡΥΧΟΣ, *cincinnus*, *capillus intortus*, *plexus*, *cirrus mulierum*. מַחְלָפוֹת plur. *cincinni*. Iud. XVI, 13. et 20. – קְוֻצּוֹת, plur. *capilli*. Cant. V, 3. 11. Arab. قُصَّةٌ *capillus frontis* s. *comae portio*, *quae fronti imminet*. *Hesych.* βόστρυχοι, πλόκαμοι.

ΒΟΤΑ'ΝΗ, *herba*, *gramen*. *אֹכֶל, *cibus*. *Inc.* Hab. III, 17. Non male quoad sensum. – דֶּשֶׁא, *gramen*, *herba*. Gen. I, 11. 12. βοτάνην χόρτου, primam herbam graminis. 2 Reg. XIX, 26. Ier. XIV, 5. – דֶּשֶׁא, *herbilis*. Ier. L, 11. – חָצִיר, *gramen*. 1 Reg. XVIII, 5. Iob. VIII, 12. – עֵשֶׂב, *herba*, *et quidem adultior*. Ex. IX, 23. 26. X, 12. 15. Zach. X, 1. – פַּקֻּעוֹת, *colocynthidae*, *cucurbitae silvestres*. *Aqu.* 2 Reg. IV, 39. βοτάνη ἀγρία, herba agrestis. De *herba salubri ac medendo apta* legitur Sap. XVI, 12.

ΒΟΤΡΥ'ΔΙΟΝ, *racemulus*, *uvula*. זַלְזַלִּים plur. *flagella in vitibus*. Ies. XVIII, 5. τὰ βοτρύδια τὰ μικρά.

ΒΟ'ΤΡΥΣ, *botrus*, *bacca*, *uva*. אֶשְׁכּוֹל, idem. Gen. XL, 10. Num. XIII, 24. 25. Cant. I, 17. *Theophr.* de *caus. plant.* lib. III. c. 22.

ΒΟΥ'ΒΑΛΟΣ, *bubalus*, ac secundum alios *caprae sylvestris genus*. יַחְמוּר. Deut. XIV, 5. Quod genus animalis hac voce significetur, non admodum proclive est dicere. Alii, ut

Eugubinus, *bovem sylvestrem*, alii *asinum ferum et sylvestrem*, ut *Forsterus* et *Kircherus*, alii *damam*, *hircum silvestrem*, *cervum*, *capram rupicolam* intellegunt. *Plinius H. N.* VIII, 15. de bobus sylvestribus, cui ego accedo. *Hesych.* βούβαλος, δορκάδιον. Vide *Bocharti Hieroz.* P. I. l. 2. c. 29. p. 284. et lib. 3. c. 22. p. 910.

*ΒΟΥΓΑΙ'ΟΣ, i. q. βαγώης *Addit. Esth.* XII, 6 ad quem locum *Grotius* recte monuit, proprie ita dictos esse eunuchos, sed coepisse vocem proferri latius ad aulicos omnes.

